

UNIV. OF
TORONTO
LIBRARY

Toronto University Library

Presented by

Messrs Joseph Baer & Co

through the Committee formed in

The Old Country

to aid in replacing the loss caused by

The disastrous Fire of February the 14th 1890

LL
M517T

POMPONII MELAE

DE

SITV ORBIS

LIBRI TRES

AD PLVRIMOS CODICES MSSTOS VEL DENVO VEL PRIMVM CONSVLTOS ALIORVMQVE EDITIONES RECENSITI

CVM NOTIS CRITICIS ET EXEGETICIS

VEL INTEGRIS VEL SELECTIS

HERMOLAI BARBARI, IOACH. VADIANI, PETRI IO. OLIVARII, FREDENANDI NONII PINTIANI, PETRI CIACCONII, ANDR. SCHOTTI, IO. OPORINI, PETRI IO. NVNNESII, IS. VOSSII, IAC. ET ABR. GRONOVIORVM, ET IAC. PERIZONII, NEC NON MSSTIS IO. GEORG. GRAEVII, IAC. GRONOVII, ET PETRI BVRMANNI, CONLECTIS PRAETEREA ET ADPOSITIS DOCTORVM VIRORVM ANIMADVERSIONIBVS

ADDITIS SVIS

A

CAROLO HENRICO TZSCHVCKIO

A. M. SCHOLAE ELECTORALIS MISNENSIS RECTORE, ET SOCIETATIS LATINAE IENENSIS SOCIO.

VOLVMEN III. PARS I.

LIPSIAE 1806

SVMTIBVS SIEGFRIED LEBRECHT CRVSII.

14405
1/8/91

NOTAE EXEGETICAE

IN

POMPONIVM MELAM

PARS I.

COMPLECTENS

LIBRVM I.

PROOEMIVM.

§. 1.

Situm) Ita, ut noſter, alii paſſim ſubiecto eodem verbo, vel ſynonymo. Salluſtius Iug. c. 17. in. *Africae ſitum exponere.* Horat. epiſtol. 2, 1, 252. *terrarum ſitus et flumina dicere et arces montibus impoſitas.* Plinius 3. in. *ſitus dicere.* Florus in prooem. 3. *Faciam, quod ſolent, qui terrarum ſitus pingunt.* Sic Solinus in. *terrarum ſitus — reddere* et Ammian. Marcell. 15, 9. in. *Galliarum tractus et ſitus oſtendere.* Ipſa vox *ſitus* ſeriem et ordinem regionum et locorum indicat, quo ſe invicem excipiunt. De ſpatio et ambitu intellexit Oroſius 1, 2. p. 29. Haverc. ubi ſic: *Situ et populis Africa minor videtur, quia et natura ſui minus habet ſpatii et coeli inclementia plus deſerti.* *Dicere* eſt deſcribere, enarrare, ut ſaepe in poetis, qui et *canere* ſic ponunt. Vid. Ovid. Metam. in. conl. Virgil. in Georg. 1. in. Quod I. Gronovius in nota MSta monuit, *dicere* non *ſcribere* a Mela poſitum fuiſſe, ut opus ingenioſum et tum verbis, tum ſententiis exornatum declararet, et argutum nimis videtur, et ſcriptoris modeſtiae parum accommodatum. TZSCHVCKE. Propoſitio plane poetica, qua docilem ſtatim lectorem facit. Sic Italicus: *Ordior arma, quibus coelo ſe gloria tollit Dardanidum.* [*Aeneadum.*] OPORINVS. Sic Homerus, Virgilius, Ovidius — carminum argumenta indicunt. Ceterum ſi non imitatus eſt noſtrum, at eandem mutatis verbis ſententiam ita expreſſit Florus c. l. *Quum praecipue hoc — operae pretium ſit*

cognoſcere; tamen, quia ipſa ſibi obſtat magnitudo, rerumque diverſitas aciem intentionis abrumpit, faciam, quod ſolent, qui terrarum ſitus pingunt: in brevi quaſi tabella totam eius imaginem amplectar.

adgredior) Signate in re difficili. Nam ea potiſſimum adgredi videmur, quae maiori conatu et viribus magis intentis perficiuntur. VADIANVS. Sic Iuſtinus in prooem. *rem magni et animi et operis adgreſſus;* Cicero de orat. 2, 44. *ancipitem cauſam et gravem,* et ſimilia, in quibus ad librorum argumenta transfertur, cum in bello alias ſaepe occurrat. Eodem, quo noſter modo, Sulpitius 1, 1. *res — dicere adgreſſus ſum.* Cf. Manilius in. Gr. ſic ἐπιχειρεῖν.

impeditum) Plinius 3. in. in ſimili cauſa: *infinitum id exiſtimatur, nec temere ſine aliqua reprehenſione tractatum. Haud ullo in genere venia iuſtiore, ſi modo minime mirum eſt, hominem genitum non omnia humana noviſſe.* VADIANVS. Sic locuti ſunt de geographia, quoniam intricata eſt. Itaque et Cicero de hac materia ſcribit lib. 2. ad Attic. epiſt. 6. ut vocet *difficilem ad explicandum.* Ipſe auctor mox lib. 3. c. 3. Germaniam dicit *multis fluminibus impeditam.* I. GRONOVIVS *MStus.* Ita vero ſolent auctores praefari, ut ab operis difficultate veniam ſibi et excuſationem concilient. Cf. Livius, item Florus in praefat. Sic Auguſtinus de civit. Dei 1, 1. *ſuſcepi magnum opus et arduum.*

capax) Plinius in praefat. de ſuis libellis, quos vocat, noſtrum forte cum augmento imitatus: *nec ingenii ſunt capaces — nec admittunt exceſſus aut orationes, ſermonesque aut caſus mirabiles vel eventus varios, non alia iucunda dictu, aut legentibus blanda, ſterili materia.* Atque hac aſperitate et ſterilitate ſe a ſimili propoſito deterritum fuiſſe adfirmat Cicero ad Attic. c. l. qui locus

cum noſtro comparari poteſt. Manilius 3, 39. *ornari res ipſa negat, contenta doceri.*

conſtat — nominibus.) Vadianus refert haec ad aſperitatem nominum, non Graecorum modo Latinorumque, ſed et barbarorum. Aſt Mela reſpicit ſterilitatem materiae, quae in continua nominum qualiumcumque ſerie non admittit facundiam et ſtyli ubertatem. PERIZONIVS. *Fere* intromittit, ne penitus lectorem absterreat ab tam ieiuna materia inquirenda. Nam hoc eſt artificium auctoris, ut praeter ſpem praebeat interſparſas ſatis venuſtas deſcriptiones regionum et inſularum. I. GRONOVIVS *MStus.* Reddit hic rationem eorum, quae modo dixerat, inverſo tamen membrorum ordine, ita ut verba *conſtat — nominibus* referantur ad proxima *facundiae minime capax;* illa autem *et eorum perplexo ſatis ordine* ad remotius illud *impeditum opus.* Simili inverſione utitur 1, 9, 4. in recenſendis Nili increſcentis cauſis, quas cum mox denuo ſummatim complectitur, membrum primum reſpondet cauſae in adpoſitis ſecundae, ſecundum primae. Item 2, 2, 4. ubi verba *probae formoſaeque in pretio ſunt*, referenda ſunt ad poſterius e membris praecedentibus *veneunt;* illa *ceteras qui habeant* ad prius *locantur ducendae.* Cf. etiam 2, 2, 1. (*multi immitesque.*) I. AVG. MVELLERVS in diatribe ſcholaſtica 1789. Luculenta, ſed non minus crebra eſt haec membrorum traiectio maxime in pronominibus *hic* et *ille*, cuius exempla dabunt Perizon. ad Sanctii Minerv. 2, 9. Graevius ad Cicer. pro Roſcio Com. c. 2. Duker. et Drakenb. ad Liv. 24, 29, 3. Oudendorp. ad Caeſ. de B. C. 2, 3, 4. et quos ſat magno numero producunt.

perplexo) Infra 1, 9, 5. hoc verbo de labyrinthi erroribus ambiguis utitur. *Deliberationem perplexam* novit Livius 37, 54, 7. *Perplexe loqui* eſt apud Terent. in Eun. 5, 1. in. Ita nempe dicuntur, quae ita ſunt

implicita, confuſa, intricata, ut perſpicue intelligi vel aperte planeque exponi non poſſint.

longa) Sic fere Frontinus in praef. *Longum eſt enim ſingula et ſparſa per immenſum corpus hiſtoriarum perſequi*, ubi quidem ad lectorem pertinet, quod recte contra Tennulium monet Oudendorpius comprobante nexu et ſenſu. Idem porro *perſequi* de iis dici notat, qui ordine enarrant et recenſent. Sic Graeci διεξελθεῖν, διεξιέναι, quae ſunt nota. Paſſim tamen iidem etiam διώκειν cum Latinis, uti Xenophon Memorr. 2, 1, 34. (etſi quidam malint διοικεῖν) Plutarch. de discrim. adul. — p. 183. (Vol. 6. Lipſ.)

longa) Propter immenſam rerum obiectarum copiam, unde magnum volumen poſſit confici; at hinc, propter perplexum ordinem, eo magis faſtidioſa.

benigna) Ab hominibus ad res transferri ſolet, et ſignificat id, quod largum eſt, liberale, abundans, copioſum, fertile, uti docet exemplis Vulpius ad Tibullum 1, 3, 62. Sic Gr. ἄφθονος. Hinc *ager* Ovid. Amor. 1, 10, 56. *terra* Tibull. 1, 3, 62. 3, 3, 6. et ſimilia. Sic noſter de Thracia 2, 2, 1. *viros benignius alit*, et de Mauretania 3, 10, 5. *fruges benigniſſime procreat*. Cf. viri docti ad Horat. od. 2, 18, 10. epiſt. 1, 16, 8. Schwartz. ad Plinii panegyr. in ſub[illegible]lem. ad c. 31. f. pag. 115. itemque Arntzen. ad c. l. Iaeger. ad Nazarii panegyr. 2, 6. Similiter vero Seneca de ira lib. 2. in. *primus liber benigniorem habuit materiam*. Contra dicitur *malignus*. Sic noſter 2, 2, 1. *eorum*, quae *feruntur, maligne admodum patiens*. Sic Virgil. Georg. 2, 179. *difficiles terrae collesque maligni*, in connexu, et in oppoſitione Plinius 2. epiſt. 17. *terra ferax* et *maligna*. *Sterilem materiem* eodem ſenſu dixit alter Plinius in praefatione. Nempe eadem ſemper verba obſtrepunt, nec liberius variare

mutatis verbis et nominibus et exornare licet orationem, etſi ſubinde adſperſit Mela, quae lenirent non ſolum taedium legendi, ſed et ſuaviter animos adlicerent et lubenter tenerent. Hinc Solinus in. *Inſeruimus pleraque differenter congruentia, ut, ſi nihil aliud, ſaltem ipſa varietas legentium faſtidio mederetur.* TZSCHVCKE. Semper hoc nomine queſtus Mela. Lib. 3. c. 3. de montibus Germanorum: *quorum*, inquit, *nomina vix eſt eloqui ore Romano.* Et: *quorum nomina noſtro ore concipi nequeant*, de Cantabris. [3, 1. f.] Huc facit et Lucretii de linguae Latinae inopia querela lib. 1. [v. 140.] *Multa novis verbis praeſertim cum ſit agendum Propter egeſtatem linguae et rerum novitatem.* SCHOTTVS. Notae ſunt querelae Ciceronis ſimiles. At hic non tam linguae copia, quam materia et elocutionis varietas ſpectatur, uti iam ſupra monuit Perizonius. TZSCHVCKE. Praeceſſit Livius 42, 38, 6. *Ibi et Theſſalis benigna materia gratias agendi Romanis pro libertatis munere fuit.* Et ſequitur Seneca de ira 2, 1. *Primus liber benigniorem habuit materiam;* et de beneficiis 6, 29. *Sequatur illum materia, qua tam benigne utitur largiendo iuvandoque.* I. GRONOVIVS.

cognoſci) Argutatur ſic Oroſius in praef. libri 3. *Brevitas etſi cognoſcendi imaginem praefert, aufert tamen intelligendi vigorem.* At ſic, ut noſter, Iuſtinus in praef. *cognitione quaeque digniſſima excerpſi.*

ſi non — at) *At* in hoc nexu idem eſt, quod *ſaltem, certe,* uti exemplis larga manu effuſis docuerunt Oudendorpius, A. Gronovius et Kappius, quae nolo vel repetere, vel augere. Explicationis tamen cauſa hoc unum addere liceat, quod auctores etiam ſubiiciunt *at certe*, (Cicero offic. 3, 7. aliique) vel ſimpliciter *certe,* (Cic. ad Attic. 3, 15. —) vel *attamen* (Cic. ad diverſ. 9, 6. —) *at ſaltem,* (Cic. ad diverſ. 9, 8. —) *ſaltem,*

(Liv. 2, 43, 8.) quorum plura dabit Turfellin. de partic. cap. 243. p. m. 791 fq. Rarioris formae exemplum in Iuftino 12, 8, 15. hoc eft: *fi non militibus, vel ipfe fibi parcat.* De voce *orantis* dictum eft Vol. 1.

pretium operae) Sic Seneca Nat. Qu. 6, 4. *Quod, inquis, erit operae pretium? quo nullum maius eft noffe naturam. Neque enim quidquam habet in fe huius materiae tractatio pulchrius, cum multa habeat futura ufui, quam quod hominem magnificentia fua detinet, nec mercede, fed miraculo colitur.* CIACCONIVS. Florus in prooem. libri 1, 3. *quum praecipue hoc quoque, ficut cetera operae pretium fit cognofcere.* Cf. Livii praef. in.

adtendentium) Sic vocat eos, qui ftudium aliquod impendunt huic generi doctrinae, perinde ut Sueton. in Calig. c. 53. fic dicit *eloquentiae attendere,* et in Galba c. 5. *iuri attendere.* I. GRONOVIVS *MS.* Coniunxit igitur Gronovius *operae adtendere,* quod fit dare fe operae, labori, ftudio. At durius puto et infolentius, cum *pretium* adiunctis genitivis dici foleat pro merces in utramque partem, veluti curae, laboris, pietatis, fceleris — pro quo Terentius Andr. 3, 5, 4. *pretium ob ftultitiam fero,* et Virgil. Aen. 12, 351. *alio pro talibus aufis Adfecit pretio.* In primis ufitata eft formula *operae pretium facere, operae pretium eft,* ubi de gravitate rei et utilitate admonetur, vel labor, opus aliquod efficacius commendatur, quod vel ex Lexicis difcitur. Cf. etiam Corte ad Salluft. Catil. 12, 3. *Adtendentium* igitur melius pendet ab *operae,* ut fenfus fit, fi quis adtenderit, i. e. adtente legerit, f. animum adiecerit. Pro eo dicere poterat, fi ad verbum retuliffet, adtendentibus, quae duplex ratio in his valet, ut ad fubftantivum recte etiam referre potuerit. Denique *abfolvere,* quod finem rei inchoatae, inftitutae indicat, eft conficere, perficere, quae paffim coniunguntur, ut nihil amplius defideretur; alias rependere operam.

§. 2. *alias*) Hic locus indicat, Pomponium aut fcripfiffe, quae temporum faevitia interciderint, aut maiora his de fitu orbis fuiffe fcripturum. Id quod libro 3. [c. 6, 4.] in Britanniae fitu his quoque verbis innuiffe mihi videtur: *Britannia qualis fit, qualesve progeneret, mox certiora et magis explorata dicentur:* per me fcilicet, ampliori opere inftituto, ut ego intelligo, quamquam ad alios quoque referri poffit. VADIANVS. Haec vox non innuit, plura illum poftea praeftitiffe, fed potius funt verba bene ominantia, in quo fuperftitiofiffimi effent gentiles, perinde ut Cicero de offic. 1, 2. *cum ftatuiffem aliquid hoc tempore ad te fcribere, et multa pofthac.* Ita Paullus ad Hebraeos 6, 3. *καὶ τοῦτο ποιήσομεν.* Sed addit: ἐάνπερ ἐπιτρέπῃ ὁ Θεός. Eodem modo Octavius apud Minucium Felicem [c. 36, 3.] *ac de fato fatis, vel fi pauca pro tempore, disputaturi alias et uberius et plenius.* I. GRONOVIVS *MS.* *Alias* i. e. infra nempe 1, 4, 5. ad quem locum fine dubio Mela refpicit. Ibi enim voce *exactius* utitur, ficut hoc loco. Hinc non opus eft, ut cum Vadiano, Hagero [v. ei. Geographifcher Bücher-Saal T. 2. P. 7. pag. 499. et 509.] ftatuamus, praeter hos de fitu orbis tres libros Melam alium eundemque maiorem librum, temporis iniuria nunc deperditum, fcripfiffe, aut certe fcribere in animo habuiffe. KAPPIVS *ad edit. 2. p. 97.* Sunt viri docti, qui *alias* idem effe velint, quod *inferius*, putentque Melam innuere ea, quae habet 1, 4, 5. Sed primum velim idoneum afferant locum, unde adpareat, *alias* idem interdum effe, quod *inferius;* mihi quidem reperire non contigit, etfi fedulo quaefivi. Si *alio loco* dixiffet, non pugnarem: eft enim pro *inferius* apud Ciceronem pro Plancio c. 8. f. coll. c. 16. Apud optimos certe auctores *alias* femper de tempore ufurpatur, apud pofteriores etiam de loco: (cf. Perizon. ad Sanct. L. 1. c. 17. not. 2.) Deinde, fi confideramus, quae fe dicturum Mela profitetur, facile apparet, hanc eius totam profeffionem exhauriri iis, quae his eius

de ſitu orbis libris continentur. Nam primo ait, ſe, quae ſit forma Totius, quae maximae partes, expediturum, quod fecit libri 1. capitibus 4. prioribus: deinde rurſus oras omnium, ut intra extraque ſint, perſecuturum: en tibi argumentum totius reliqui operis a libri 1. capite 5. ad finem. Quo vero facilius haec omnia ſciri cognoſcique poſſint, paulo altius ſummam repetiturum ſe ait, idque fecit lib. 1. c. 1. usque ad v. 7. Quod autem cap. 4, 5. eadem voce *exactius* utitur, non videtur rem conficere; nam dicitur comparate ad ea, quae quatuor capp. prioribus propoſita erant: ſed omnia tamen, quae ſequuntur, ex iis ſunt, quae *nunc*, non *alias*, ſe dicturum profitetur. Et quid, quaeſo te, per univerſum opus aliud, quam clariſſima et ſtrictim attigit, praeſertim ſi cum aliorum, veluti Strabonis, Ptolemaei et Pauſaniae ſimili in genere libris conferas. Quae cum ita ſint, eundum utique videtur in Vadiani ſententiam, Melam, exiſtimantis, alium librum, hoc ampliorem ſcribere in animo habuiſſe. Quod ille utrum poſthac abiecerit conſilium, an fato interceptus conata perficere non potuerit, an denique opus temporum iniuria interciderit, quis divinare poſſit? IO. AVG. MVELLERVS *in proluſione ſcholaſtica c. l.* Nolo disſimulare, me etiam olim in eadem ſententia, qua Kappius, fuiſſe, ad quam ipſe Mela deducere poſſit, dum cap. 4. huc reſpicere videtur. At lubenter victus argumentorum gravitate, ſingulis accuratius perpenſis, temerarii et male pertinacis eſſe putavi, diutius illi inhaerere, aut argutiis ſpeciem coloremque captare. Moverunt autem haec: Quae memorat noſter cap. 4. f. proxime et unice reſpondent iis, quae ſe in hoc libello expoſiturum eſſe promiſerat. Nempe primo hic erat dicturus de forma Totius, maximis eius partibus earumque indole et cultu, quod infra c. l. ſe praeſtitiſſe ait capp. 1. 2. 3. 4. Quod igitur hic eſt *deinde*, per nexus mutationem, ubi primam promiſſi partem exegerat, infra eſt *nunc*, et ita eſſe ipſa earundem rerum explicatio, etſi variatis verbis

uti recte ſolet, comprobat. Tum in utroque loco alia eſt voculae *nunc* obpoſitio. Hic enim obponitur *alias*, igitur remotum aliquid, ibi aliquid praeſens vel proxime praecedens, quod indicat pronomen *haec, hae* — Porro ſi τὸ *nunc* ad quatuor haec priora capita redigatur, *alias* ad reliquam partem proferatur, quis putet, illis capitibus expoſita eſſe ea, quae in natura regionum incolarumque memoranda maxime cenſeantur? Poſtea linguae uſus parum addixerit in altera ſententia retinenda, cum *alias* apud Latinos aliud tempus ſoleat indicare, atque hoc ſenſu *nunc* obponatur. Sic Cicero in Laelio 1, 4. *Sed de hoc alias; nunc redeo ad augurem.* Idem in Qu. Tuſcul. 3, 5. *Sed id alias; nunc quod inſtat.* Cf. ib. 3, 2. 4, 14. Ita paſſim, ubi ad viam, deverticulo quaſi facto, redeunt: *Sed haec alias.* Neque ſi quis velit de loco intelligere, ut ſit *alibi*, quo ſenſu poſterior maxime aetas frequentavit, ſubſidii aliquid firmi nactus fuerit, cum ne ſic quidem de eodem libro recte valeat. Denique ſuffragari huic ſententiae videtur ipſe Mela, qui 3, 6. in. *perſtringere* dicit de iis, quae antea in hoc libro commemoraverat. Quae Gronovius adtulit, parum morantur.

ſtrictim) Ita fere, in primis ſi ſequentia conferas, Eutropius in praefatione: *res Romanas — conlegi ſtrictim, additis etiam his, quae in principum vita egregia exſtiterunt.* Quid velit illa particula, ex adiunctis vel obpoſitis declaratur. Sic Gellius 1, 3. *ſtrictim atque curſim locum aliquem* (quaeſtionem) *transgredi.* Cicero pro Cluentio c. 10. *Cum ea, quae copioſiſſime dici poſſunt, breviter a me ſtrictimque dicuntur.* Idem de nat. Deor. 3, 19. *quibus de quaeſtionibus tu quidem ſtrictim, noſtri autem multa ſolent dicere.* Sic Ammianus 22, 15. *ſtrictim tangere* et *late digerere* obponit. Hinc Iuſtinus 43. 1, 2. *breviter initia imperii R. perſtringere*, Oroſius 6, 6. *hiſtoriam*, pro quo Sulpicius 1, 1. *res breviter conſtringere*, ubi ſubiicit *carptim dicere*, quae et coniungit

Plinius in panegyr. 25, 1. Quae tamen sic differunt, ut strictim epitomen historiae perpetuae, qualem confecit Eutropius, innuat, et sit quasi ἐξ ἐπιτομῆς, *carptim* autem, in glossis ἐκλογάδην, proprie ad partes hinc inde depromtas spectet, de quo, ne plura adferam vid. Corte ad Sallust. Catil. 4, 2. ubi fere, ut noster: *statui res gestas P. R. ut quaeque memoria digna videbantur, perscribere.*

Totius) Cum inferius [1, 1, 2.] terram universam in quinque Zonas distinguat, earumque unam tantum a nobis habitari tradat, tamen eam nunc partem *totum orbem* appellat, inferius vero [1, 1, 6.] *universum;* et superius [in praef.] *orbem;* ut cap. 4. f. Plinius etiam lib. 3. in. *Terrarum,* inquit. *orbis universus in tres dividitur Partes.* Seneca vero eam terrae portionem appellat *omnia,* in declamationibus [1.] *ita,* inquit, *est rerum natura; post omnia oceanus; post oceanum nihil;* et *universa* in Quaest. naturalibus. Sed adhuc angustius Plinius *terrarum orbem* Asiam vocat lib. 6. cap. 11. [f. 12.] et cap. 1. eiusdem libri de Bosporis: *Alitum quippe cantus canumque latratus in vicem audiuntur: vocis etiam humanae commercia, inter duos orbes manente colloquio,* [*manent*] *nisi cum id ipsum auferunt venti.* Lucanus vero etiam [5, 343.] *orbem Hiberum* Hispaniam appellat. CIACCONIVS.

quo — modo) Sic Tacitus Annal. 4, 6. *congruens crediderim recensere ceteras quoque reipublicae partes, quibus modis ad eam diem habitae sint.* Sallust. Catil. 5. extr. *quomodo rem publicam habuerint,* ubi praeter alia et nostrum locum adposuit Cortius. Ceterum conferri cum hac Melae expositione potest Eumenius in orat. pro restaurand. scholis cap. 20, 3. *Illic* (in porticibus) *omnium cum nominibus suis locorum situs, spatia, intervalla descripta sunt;* quidquid *ubique fluminum oritur*

et conditur, quacumque ſe litorum ſinus flectunt, qua vel ambitu cingit Orbem, vel impetu irrumpit Oceanus. Ipſe autem verborum ſenſus ſpectat terrae figuram et incolas.

expediam) De luculenta rerum difficilium expoſitione. Salluſt. Iug. c. 5. *Priusquam rei initium expedio;* Oroſius 1, 2. p. 23. Haverc. *Nunc, quidquid Danubius ſecludit, expediam;* Virgil. Georg. 4, 149. *naturas apum* et ſic ſaepe. Hinc cum *explico* in libris commutatur, uti apud Iuſtin. 43, 1. in. ubi vid. Graevius et A. Gronovius, et ad Phaedr. 3, 14, 6. Schefferus et Burmannus.

deinde rurſus) In altera libri parte. KAPPIVS *in indice ſ. v.* rurſus.

oras —) Sic Seneca [natur. Qu. 6, 1.] *urbes oraeque terrarum, et litora, et ipſum mare in ſervitutem fati venit.* Sed id inferius cap. 4. *oras* dixit *ac ſitus,* et lib. 2. c. 1. in. *Aſiae in noſtrum mare Tanainque vergentis finis ac ſitus eſt.* Niſi quis ex hoc loco utrobique *litus* pro *ſitus* legere velit. CIACCONIVS. *Oras* et *litora* iungit, quoniam ſolent de mari ubique adhibere, ſaepe quidem confuſe, ſed tamen ut in illis certa ſit diſtinctio, cum *litus* intelligatur de ipſa aqua, *ora* de arena vel rupibus, quae extremam aquam terminant, prout aliquoties accurate in hoc auctore patebit, ubi dicit, *oras ita habitari.* [1, 8, 3.] I. GRONOVIVS *MS.* *Oras* et *litora* diſtinxit cum aliis etiam Cicero de N. Deor. 2, 39. Nempe latius patent orae, quam litora.

intra) Ad ſinus, quas terras aperiens Oceanus facit. *Extra* ad extimum Oceanum. VADIANVS. *Intra* ad ſinus refertur. OLIVARIVS. *Intra* ad ſinus et maria mediterranea, quae continentem ſubintrant. *Extra* Oceanum verſus, quo tota terra ambitur. OPORINVS. *Intra* ad mare mediterraneum, quod *internum* etiam vocant, retulit,

Graeci τὴν εἴσω θάλασσαν; *extra* vero ad Oceanum, quem τὴν ἔξω θάλασσαν iidem appellant: ſic Latini *externum*. Infra cap. 4. *Intra extraque circumvectus orbem;* et Plinius 6, 31. [c. 32. f. ſ. 38.] *abunde orbe terrarum extra intra indicato.* CIACCONIVS. Sic *intra* de mari mediterraneo explicat etiam I. GRONOVIVS *MS.* 1. Referunt haec viri docti Vadianus et Ciacconius ad mare mediterraneum, quod *ſubeat* et intret terras, ac ad Oceanum, quod eas *circumluat.* At vero Auctor loquitur de omni pelago cum mediterraneum appellet noſtrum pelagus cap. 4. extr. et de *omnibus oris ac litoribus*, quae *ſubit* pelagus, quando ſinus facit, ſive in mediterraneo ipſo, ſive in Oceano. Circumluit vero omnia promontoria et terras continentis excurrentes, ſive intra, ſive extra ſint. *Subit* terras totum mediterraneum per fretum Gaditanum, ac dein per partes et ſinus ſuos in Hadriatico, ut et in Ionio et Aegaeo mari verſus Corinthum; *circumluit* vero Peloponneſum et extrema Italiae praeter promontoria variarum regionum. Similia de Oceano dici poſſunt. PERIZONIVS. *Intra* et *extra*, opinor, recte explicant ſuperiores de mari interno et Oceano ex Mela 1, 4. f. 2, 7, 1. et 3, 1. in. At ſequentia recte Perizonius de utroque intelligit, quod utrumque in mari interno et Oceano obſervatur uſuque venit. Ceterum nota orationis commutationem: *quae forma — quo modo — ut ſunt*, qualis fere obiicitur in Salluſtio Catil. 5. extr. Tantum in eo coniunctivus conſtanter ſervatur, cum hic ſubiiciatur indicativus, qui tamen etiam in hoc nexu locum ſuum tuetur.

ſubit) Hoc ad ſinus referendum eſt, quorum potiſſimi quatuor ſunt, duo a Meridie, ab Occaſu unus, et unus a Septentrione, de quibus ſuo loco mentio fiet. [c. 1, 3.] VADIANVS. Eſt ſuperiorum expoſitio; mare enim noſtrum ſubit atque intrat terras, Oceanus circumluit. CIACCONIVS. *Subire* mare ſ. Oceanus terram dici-

tur, cum ſinum facit, et intrat terram. GRAEVIVS *MS.* et I. GRONOVIVS *MS.* *Subire* dicitur, quando facit ſinum; *circumluere*, quando terra promontorium facit, ubi terra eminet. PETR. BVRMANNVS *MSt.* Sic *Traſimenus ſubit montes* apud Liv. 22, 4, 2. Curtius de Aorno petra: *radices eius Indus ſubit*, pro quo Strabo 15. p. 473. ſ. 688. dicit ὑποῤῥεῖν, et Diodor. 17, 85. προςκλύζειν. Sic Curtius 7, 3, 19. *Mare, quod Ciliciam ſubit*, quae loca iam notaverat ad Livium c. l. Dukerus. Ibi quidem eſt proxime accedere, ut intelligit Drakenborchius, etſi ad Iſſicum ſinum pertinere poteſt; (1, 13. in.) hic intrare, uti 2, 1, 4. *Subit tum ripam mare et — paene inſulam reddit.* Infra c. 4. f. ubi haec repetit vel adtingit, *ingredi*, ut *cingere*, quod hic eſt *circumluere.*

accipi) Cognoſci, intelligi. Sic Terentius [2, 3, 23.] *Si te aequo animo ferre accipiet.* Iuſtin. 20, 1, 15. *quos Lacedaemone profectos Spuriosque vocatos accepimus.* Contra *dare.* Virgil. eclog. 1, 19. *da Tityre nobis.* GRAEVIVS *MSt.* Eodem ſenſu obponitur etiam *tradere*, quod alias eſt docere, narrare, ut illud cognoſcere, diſcere. Exempla ſunt obvia. Dabunt tamen praeter Lexicographos Arntzen. ad Aurel. Vict. Caeſar. 41, 16. Cortius ad Salluſt. Catil. 6, 1. Emmeneſſ. ad Virgil. c. l. At hic potius notanda eſt tavtologia, quae quidem videatur minus commode adeſſe in tanta Auctoris brevitate. Ita tamen paſſim ſolent auctores. Sic *mater* et *parens* Florus 3, 18, 5. ubi vid. Dukerus. Plura dabunt Staveren. ad Nepot. Attic. 1, 3. et in primis Wopkens in lectt. Tullian. 2, 4. p. 141 ſqq. ubi et hunc locum excitavit. Cf. etiam Heuſinger. ad Nepot. Miltiad. 1, 2. Timoth. 3, 2. Datam. 8, 5. Home Kritik (ex poetis) T. 2. c. 21. Gronov. ad Arrian. de exped. Alex. 6, 12. p. 284. Cortius Salluſt. Catil. 12. in. Oudendorp. ad Caeſ. B. C. 3, 36, 4. aliique. Similia ex noſtro Vol. 1. propoſita ſunt. Sic *audire* atque *accipere* Cicero de offic. 3, 2. in. *accipere* et *cognoſcere*,

etsi magis haec discrepant, id. ad divers. 3, 7, 3. Plerumque in his notio aliqua accedit, aut animi commotio declaratur, quae cognatae significationis verba lubenter cumulat, et in eodem sensu haerere gaudet. Ceterum passivi formae in utroque verbo rarius occurrunt. Habet tamen Cicero de oratore 1, 51. *sciri* et alibi cum aliis post eum.

altius) Hinc et Cicero ad divers. 1, 9, 8. *Quod tibi ut planius exponam, altius paullo rationem consiliorum meorum repetam necesse est.* Ipsa formula saepius legitur.

LIBER I.

CAP. I.

DE MVNDO ET PARTIBVS EIVS.

§. 1. *Omne)* Graeci auctores caelum hoc, cuius complexu cuncta teguntur et continentur, τὸ πᾶν, τὰ πάντα, sive τὰ ὅλα frequenter vocant, et eorum imitatione Latini id ipsum, *omne*, *totum*, *universum*, *omnia*, *universa*, *universumque* etiam *mundum* appellarunt; sed exemplis, quae multa sane collegi, brevitatis causa supersedendum duxi, uno tantum Senecae loco contentus ero ex epist. 103. *illi*, inquit, *patria est*, *quodcunque universa circuitu suo cingunt*, *hoc omne*, *intra quod iacent maria cum terris*, *intra quod aer humanis divina secernens; intra quod disposita tot numina in aditus suos excubant.* CIACCONIVS.

Hoc) Cicero de Vniversitate ex Platonis Timaeo [c. 2.] *Omne igitur coelum*, *sive mundus*, *sive quovis alio vocabulo gaudet*, *hoc a nobis nuncupatus sit.* Plato

ſic: [in Timaeo p. 302. Bipont. ſ. 28.] Ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς, ἢ κόσμος, ἢ καὶ ἄλλο, ὅ, τι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὀνομάσθω. *Hoc* igitur δεικτικῶς dicebant veteres coelum digito demonſtrantes. Apud Ciceronem de nat. Deor. 2. [c. 25.] Ennius: *cui, quod in me eſt, exſecrabor hoc, quod lucet, quidquid eſt.* Hinc illa Plauto [in Amphitr. 1, 3, 45.] et Terentio [in Heavtont. 3, 1. in.] familiaria: *luciſcit hoc iam.* Plinius lib. 2. [c. 1.] ex Mela: *Mundum et hoc, quod alio nomine coelum appellare libuit.* SCHOTTVS. Veteres in multis, quae putabant, vel non eſſe ſatis expreſſa, vel etiam exprimi non poſſe, ſaepe ſolebant uti hac ratione, ut ponerent voculam *Hoc* maxime in compage univerſi, ut clare ſcribit Cicero ex Platonis Timaeo. — Habet igitur Mela ex antiquioribus, prout praecipue eſt fragmentum Ennii [ap. Ciceronem de nat. Deor. 2, 2. et 25.] *Hoc ſublime candens*, et adludit ad Platonem et Ciceronem. — Hinc ſumſerunt Comici, qui dicunt *luciſcit hoc iam.* — Imitatus eſt Seneca in epiſt. 95. *Omne Hoc, quod vides, quo divina atque humana concluſa ſunt, unum eſt.* GRAEVIVS, I. GRONOVIVS et PETR. BVRMANNVS *MSS.* Forſan nec Mela noſter nunc immemor fuit eius Pacuviani apud Varron. lib. 4. L. L. [c. 3.] *Hoc vide circum ſupraque, quod complexu continet terram.* Vtique Scaliger tale quid conſiderans videtur legiſſe ita Naevianum illud in Varrone lib. 6. L. L. [c. 2.] *Hoc ubi aethra coerula* [vulgo *ubi terra coerulo*] *ſeptum ſiat hemiſphaerium.* Vnde nec poſteriores aut aequales omiſerunt. Seneca epiſt. 95. *Omne hoc* — Vnde ferme apparet, quod Stoicum erat, a Pomponio traduci ad Geographiam; procedit enim inde Philoſophus ad alia, et ipſos potiſſimum homines, ut pateat, eos cognatos eſſe ceteris rebus: ita ſane actum fuit in pluribus. Sed ſcias principium totum eſſe Graecum: unde Suidas [h. v.] Σύμπαν, ὃ λέγομεν κόσμον· τὸ σύμπαν τόδε; ut mirari non oporteat, placuiſſe etiam Lucretio 5, 319. *Denique iam tuere*

Hoc, circum ſupraque, quod omnem Continet amplexu terram. I. GRONOVIVS.

quidquid eſt) Nihil amplius valet, quam *Omne Hoc.* CIACCONIVS. (Vid. Vol. 1.) Propter diverſas Philoſophorum ſententias. PETR. BVRMANNVS *MS.*

Mundi) In re ſimili prope iisdem verbis uſus eſt Plinius [lib. 2. c. 1.] *Mundum,* inquit, *et hoc, quod nomine alio coelum appellare libuit, cuius circumflexu teguntur cuncta.* Cicero de nat. Deor. lib. 2. [c. 13.] *Neque enim,* inquit, *eſt quidquam aliud, praeter mundum, cui nihil abſit; quodque undique aptum atque perfectum expletumque ſit omnibus ſuis numeris et partibus.* VADIANVS. Sic Plinius 2, 1. Graeci eadem ratione οὐρανὸν et κόσμον nominarunt. Plato in Politico [p. 30. Bipont. Vol. 6.] ὃν δὲ οὐρανὸν καὶ κόσμον ἐπωνομάκαμεν. Cicero in Timaeo [c. 10.] *cumque eum ſimilem univerſi natura* [vulgo *univerſitatis naturae*] *efficere vellet, ad volubilitatem rotundavit, comiteque eum ſapientia quam optimae mentis effecit, circumque caelum aequaliter distribuit, ut hunc varietate diſtinctum bene Graeci κόσμον, nos lucentem mundum nominaremus.* Varro in Satyra, cui nomen fecit *Dolium,* ſive *Seria* [p. 13.] *Mundus domus eſt maxima homulli — et appellatur a caelatura Caelum, Graece ab ornatu κόσμος, Latine a puritie Mundus.* CIACCONIVS. Mundus ab Ariſtotele, ſeu quisquis auctor eſt, libro de mundo ad Alexandrum [cap. 2. in.] et Cleomede lib. 1. [p. 71.] definitur κόσμος σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων. Sic Cicero ex Timaeo et ipſe Plato. [ut ſupra.] SCHOTTVS. *Mundus* origine ſua ſignificat ornatum muliebrem, Graecis item κόσμος. Cf. Plin. 2, 4. [ſ. 3.] Nomen hoc ei primus dedit Pythagoras. [cf. infra.] Apud poetas idem mundus eſt, quod coelum. Ovid. Metam. 2, 157. Tibullus 3, 4, [17.] GRAEVIVS et BVRMANNVS *MSS.* *Mundus,* ut *coelum*

modo latiori, modo anguftiori fignificatione ponitur. Latiori praeter fuperiores *mundus* explicatur etiam ab Ifidoro Orig. 3, 28. 13, 1. Sic Ocellus Lucanus c. 1. *τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν ὀνομάζω τὸν σύμπαντα κόσμον.* Et fic alii. Vtrumque tamen Stoicos diftinxiffe fcribit Plutarchus de placitis philofoph. 2, 1. Vid. Muncker. ad Hygin. Poet. Aftron. 1, 1. et quos memorat. Cf. et Lipfius in Phyfiologia Stoicorum lib. 2. differt. 17. Anguftiori pro *coelo* mundum ponunt Tibull. 3, 4, 17. *nox emenfa quadrigis Aethereum mundum;* Manilius in. *fidera — deducere mundo Adgredior.* Vid. Plin. 2, 1. Plato et Cicero in Timaeo cc. ll. aliique. Saepe ita Hyginus. Cf. quae notarunt Servius ad Virgil. Georg. 1, 240. Vulpius ad Tibull. c. l. Turneb. adverfar. 19, 24. 28, 14. Gronov. ad Statii Theb. 11, 130. Macrobius in Somnium Scip. 1, 20. et in obferv. 1, 9. Harduin. ad Plin. 2, 1. Staveren. ad Hygin. c. l. pag. 408. et quos ibi et in indice p. 586. producit. Primus inter philofophos coelum fic adpellaffe dicitur Pythagoras, teftibus Plutarcho de placitis philofophor. 4, 1. anonymo apud Photium cod. 259. p. 1318. Diogene Laertio in vita 8, 48. f. cap. 25. qui tamen monet, Theophraftum id Parmenidi, Zenonem Hefiodo tribuere. Vid. ibi If. Cafaub. et Aegid. Menagius, itemque Lipfius in phyfiologia Stoicor. lib. 2. diff. 6. Sic etiam Ariftoteles de coelo c. 9. ubi de vocis vi triplici exponit: *τὸ ὅλον*, inquit, *καὶ τὸ πᾶν εἰώθαμεν λέγειν οὐρανόν.*

unum) Hoc loco decepti quidam docti viri fcripfere, Melam hic de univerfo mundo agere, non de coelo, idque adeo, quia unum effe coelum nullus plane philofophorum, plures vero effe mundos quidam, atque hi non obfcuri fcripferint; fed ii nimirum meminiffe debuerunt, Ariftotelem lib. 2. de coelo cap. 6. hoc ad verbum tradidiffe: *ὅτι μὲν εἷς καὶ μόνος ἐστὶν οὐρανὸς, καὶ οὗτος ἀγέννητος, καὶ ἀΐδιος, ἔτι δὲ κινούμενος ὁμαλῶς, ἐπὶ*

τοσοῦτον ἡμῖν εἰρήσθω. Quem locum enarrans Simplicius ait, Ariſtotelem unum coelum eſſe dixiſſe, non quod planetarum globos ſphaerasque non noſſet, cum eos ipſe et in libris de coelo et in Metaphyſicis ſatis diligenter enumeraret, ſed quod unius mundi una eſſet coeleſtis regio. Idemque ſenſit illo loco lib. 2. [c. 1. in. de coelo] ubi Ariſtoteles ſcribit: *Πᾶς οὐρανὸς εἷς ἐστι καὶ ἀΐδιος.* Nam de coelo, non de mundo Ariſtotelem agere plane confirmat. CIACCONIVS. Contra Democritum et alios, qui infinitos eſſe mundos crediderunt, Plato unum aſſerit in Timaeo [p. 306. Bipont.] et inde Cicero in libro de univerſitate [cap. 4.] ad verbum; et alibi [de Leg. 1, 7. conl. de nat. Deor. 2, 62.] univerſum hunc mundum unam et communem civitatem deorum atque hominum exiſtimandam dicit. Plinius [2, 1.] *furor eſt,* inquit, *innumerabiles tradidiſſe mundos.* OPORINVS. Vnum vocat, quod perpetuum eſt, quod extra ſe nihil habet. PETRVS BVRMANNVS. Seneca Natur. Quaeſt. 2, 2. *Unitas eſt ſine commiſſura continuatio et duorum inter ſe coniunctorum corporum tactus. — Unum non ad numerum refero, ſed ad naturam corporis nulla ope externa, ſed unitate ſua cohaerentis. Ex hac nota corporum aer eſt.*

uno ambitu) Plinius [2, 1.] *extra, intra cuncta complexus in ſe, idemque rerum naturae opus et rerum ipſa natura.* Vitruvius lib. 9. [c. 4. ſ. 1.] mundum eſſe ait *naturae rerum conceptionem ſummam coelumque ſideribus conformatum.* VADIANVS. Igitur ſphaericum eſt. Refertur ad ea verba prooemii: *Quae ſit forma Totius.* OLIVARIVS. Haec verba ſatis oſtendunt, Melam de coelo hic ſolum ſermonem inſtituiſſe, cum dicat, illud extremitate ſuprema ſe cunctaque alia complecti. Declarant id quoque et ea, quae ſequuntur. CIACCONIVS. Continuum ac perpetuum inter ſe partibus iunctum. Plinius 2, 1. *cuius circumflexu teguntur cuncta.* GRAEVIVS *MS.*

Sic Strabo lib. 16. p. 523. f. 761. in. de Mofis doctrina: ἓν τοῦτο μόνον θεὸς, τὸ περιέχον ἡμᾶς ἅπαντας καὶ γῆν καὶ θάλατταν, ὃ καλοῦμεν οὐρανὸν, καὶ κόσμον, καὶ τὴν τῶν ὄντων (Codd. etiam τῶν ὅλων) φύσιν. Eratofthenes ad Arati Phaenomena p. 261. (in Petavii Uranologio) οὐρανὸς τὸ περιέχον πάντα τὰ ὄντα, qui tamen addit, πλὴν αὐτοῦ. Et fic alii. Similis, etfi in alia re, locus infra c. 13, 3. *totum fe nemorofo laterum orbe complectitur;* de Corycio antro. Ceterum hic aperte de univerfo loquitur, quod fit perpetuum, non finitum, nec extra fe quidquam habeat.

Partibus differt) i. e. regionibus, f. limitibus, ut libro 2. [c. 22.] Gellius coeli cardines nominat. Nam de partibus mundum conftituentibus, elementis fcilicet et coelo, quod fupra elementa eft, nihil ad Melam hic. VADIAVS. Manilius lib. 4. [v. 588.] has etiam coeli partes enumerat, cum ait: *Quatuor in partes coeli defcribitur orbis, Nafcentem, lapfumque diem, mediosque calores, Teque Helice.* Verum eas partes in horizonte cuiusque loci collocandae potius, conftituendaeque funt, quam in ipfo coelo. Cum enim id affidue continenterque verfetur, neceffe eft aliquas ex iis partes frequenter mutari, atque in aliarum locum alias fubinde fuccedere. CIACCONIVS. Talibus nempe, quae non effent feparatae et divifae, fed certe coniunctae, ceterum varietatibus appellationum diftinctae in ratione docendi. Loquitur Latine, quoniam non erat commodius vocabulum ad id fignificandum. Vnde Ovidius in Ibide [v. 33.] *Pars eadem coeli Zephyros emittit et Euros.* I. GRONOVIVS *MS.* Rectiffime ad numos et Melam Lucretius 6, 1109. *Quatuor a ventis et coeli partibus effe.* His partibus primis et maximis deinde minores adftruxit ingenium humanum. Itaque hinc etiam Cicero de Divin. 2, 18. *coelum in 16 partes diviferunt Etrufci.* Sic vero agit auctor, quafi haec excerpfiffet ex Agatharchide, cuius

fragmentum eſt p. 40. [p. 47. Hudſ. ſ. cap. 31.] τῆς ὅλης οἰκουμένης ἐν τέτταρσι κυκλιζομένης μέρεσι, ἀνατολῆς λέγω, δύσεως, ἄρκτου καὶ μεσημβρίας. Vid. Schol. in Homer. Odyſſ. 2, 1. I. GRONOVIVS. Ex his partibus, quod et Gellius 2, 22. notat, duae ſunt mobiles et variae, ortus et occaſus, quia ſol non indidem ſemper oritur, neque in eundem ſemper locum cadit. Inde vero per totidem mundi partes, quod dicit Plinius 2, 46. ſ. 47. quatuor olim ventos deſignarunt, qui eadem de cauſa poſt aucti ſunt numero. Vid. quae de iis conlecta dedit Kappius in excurſu 3. ad Ariſtotel. de mundo p. 367 ſqq. et olim Plinius c. l. praeter alios, poſt Vincentius Bellovacenſis in bibliotheca Mundi T. 1. lib. 4. c. 34 ſqq. pag. 253 ſqq. Ab iis ipſis ventis ſaepe ipſae caeli ſ. mundi partes indicantur, quod et noſter paſſim facit. Ceterum illae *partes* vocantur ab aliis etiam *limites*, *regiones coeli* (Gellius c. l.) *cardines mundi* (Quinctilian. 12, 10, 67.) *plagae coeli*. (Cicer. de Divin. 2, 13. et alii.)

nuncupatur) Verbum *nuncupandi* refert Tullius de Orat. 3, 38. inter priſca ac vetuſta, *quae poetarum licentiae liberiora eſſe*, *quam Oratoribus* ait; *ſed tamen raro habere etiam in oratione poetica verba aliquam dignitatem.* — At Pomponius ſaepe hoc verbo utitur, ut hinc appareat, quanto oratio Tulliana elegantior in hoc argumento futura fuerit. NVNNESIVS. At diſerte Cicero: *non fugerim dicere*, neque, quod in aliis locis, et hic fugiſſet, addicente crebriori uſu.

ortus) Paſſim etiam *exortus*, uti apud Gellium c. l. ubi etiam *ſeptentriones*, quod praeter noſtrum et alii frequentant, et Burmannus in notis MSStis Grammaticae rationi accommodatius putat. Sic Plinius 2, 79. ſ. 77. *exortus* dixit; item auctor ad Herennium 3, 22.

decurrit) Ideo ait *decurrit*, quod nobis, citra aequinoctialem ad multam latitudinem ſitis, devexus

Auſtrinus polus eſt, elevatus Arctous, quod ſphaeram rectam habentibus non contingit. E regione vero trans aequatorem transgreſſis polus noſter devexus eſſe incipit, quoque latius diſceſſerint illuc, tanto Auſtrinus ſibi polus altior apparet. VADIANVS. Hoc ideo dixit, quod, cum noſtrum orbem citra Zodiacum exiſtimaret eſſe ſitum, neceſſe erat omnem ſolis curſum illi a meridie eſſe. Sic Macrob. in Somn. Scip. 2, 7. *omne*, inquit, *iter ſolis in noſtro meridie eſt*. Et Vitruv. 8, 2. *auſter vero et venti reliqui, qui a ſolis curſu impetum faciunt.* Ubi *a ſolis curſu* pro *a meridie* dixit. CIACCONIVS. Praeclare. Nam ut docet Macrobius lib. 1. in Somn. Scip. cap. 5. Romani *cardini arctico* nomen impoſuerant, quod a nobis ea regio non longe remota eſſet, quamvis vi frigorum inhabitabilis exiſtimaretur; alteri vero cardini non fecerant nomen proprium, ſed *meridiem* a medio diei, cuius linea illi reſpondet, appellaverunt. *Decurrit* hic accipe pro deorſum currit, ut ſaepe. Summum enim ſolis punctum eſt meridies. Inde decurrit ſol, id eſt, deſcendit. Nihil manifeſtius. Viri docti tamen haec non intellexerunt. VOSSIVS. In Voſſii ſententiam deſcenderunt variatis verbis GRAEVIVS et BVRMANNVS *MS*. Non hic notat deorſum currere. Id enim contingit demum poſt meridiem; ſed qua curſum peragit. Neque enim in hoc compoſito praepoſitio *de* notat deorſum, ut ſatis docet exercitium equeſtre, quod Romani appellabant *decurſionem*, quae fiebat in plano campo, unde ſic etiam paſſim uſurpant auctores. Neque meridies ab auctore noſtro ita conſideratur, ut ſit ſupremum punctum, quod ſol per diem adſcendit, ſed certe latius ſpatium, comprehendens proximas horas circa meridiem, ut patet ex cap. 8. huius libri, ubi *fons Solis* per meridiem dicitur *rigere*, non ut minimo momento talis ſit, ſed certe aliquamdiu durans. I. GRONOVIVS *MSS*. Quod Voſſius explicat, deorſum currere, primo *qua* non eſt aequivocum τῷ *inde*; deinde cur maluit auctor meridiem deſignare a puncto ſummo,

unde inciperet decurrere, quam potius a termino, in quem definit adfcenfus? Naturalius enim erat defcribere ab eo, quod fieret ante meridiem, quam quod poft meridiem. Tum verbo *decurrere* utitur auctor de Nilo [1, 19, 2.] et Caico, [1, 18, 1.] et Himera, [2, 7, 17.] et Baeti, [3, 1, 5.] non tam ut defcenfum et lapfum eorum notet, quam fpatium, per quod agunt alveum. Quum Manilius fcribit lib. 1. [v. 512.] de Orione: *et toto* [Bentlei. *et notio*] *femper decurrere mundo*, notat Scaliger, *Orionem occupare utriusque hemifphaerii magnas partes*, non quia deorfum currit. Omnino meridiem vocat iftud fpatium, quod et in adfcenfu et in defcenfu accenferi folet meridiei. Illud cum peragit fol, eft in meridie, et ibi decurrit non aliter, quam miles Romanus in exercitatione campeftri, aut funere. Convocari huc debent, quae fcribit Feftus Pompeius in voce *Pofticum: Sic etiam ea coeli pars, quae fole illuftratur ad Meridiem, antica utique nominatur; quae ad feptentrionem eft poftica: rurfumque dividuntur in duas partes Orientem et Occidentem.* Hinc igitur et ab auctore ad Herennium fcribitur lib. 3. cap. 22. *Solis exortus curfus, occurfus nemo admiratur.* I. GRONOVIVS. Miror Voffium. — Nec enim Mela fpectavit hic quidquam devexi, aut deorfum verfi, fed fimpliciter id unum, quod Europaeis in feptemtrionali plaga habitantibus fol ab ortu ad Oceanum decurrat femper per Meridiem. Quo circa hic *de* in *decurrere* nihil aliud notat, quam curfum et fpatium fuum abfolvere, plane ut in *debellare, decantare* et *defaltare canticum.* Sic Plautus Sticho 1, 2, 14. *decurfo aetatis fpatio.* Phaedrus 3, 20. in. *Qui natus eft infelix, non vitam modo triftem decurrit.* Hinc *decurfio campeftris* fub armis inter exercitia militum vel praecipua erat. Sic ergo et hic fol curriculum fuum decurrit quotidie, qua autem parte aut via decurrit, ab ea parte nobis eft Meridies. PERIZONIVS. Vir doctus in edit. 1696. adfcripferat: qua defcendit ab aequatore ad tropicum

Capricorni tempore, quo apud nos hiems. Quod quorſum hic valeat, non video. Recte, opinor, Gronovius et Perizonius vim verbi vindicarunt, ut nihil aliud velit, quam *currere*. Atque hoc in primis declarat locus auctoris ad Herennium. Sic fere Eumenius de omnibus plagis in panegyr. ad Conſtant. Caeſ. cap. 4, 3. *Nec ſolum, qua dies oritur, et praeterit, et conditur, ſed etiam ex illa ſeptemtrionali plaga, ſalutari beatis luce provincias.* Sic Tibullus 4, 1, 160. *Seu propior terris* (ſol) *aeſtivum fertur in orbem Seu celer hibernas properat decurrere luces.* Comprobat hanc explicationem ipſe nexus, et, quibus *decurrere* interponitur, ortus et occaſus. Neque adparet, cur deſcenſum tantum, non etiam adſcenſum indicaverit, quia ſic ab utraque meridiei meta aequali ſpatio ſol abeſt, contra ad eandem tendit et ab eadem recedit in curſu ſuo. Quae de fluviis ex Mela dedit Gronovius minus rem evincere videntur. Vid. Burmann. ad Phaedr. 1, 1, 8. ubi etiam Melae locum 1, 18. de decurſu a ſuperiori parte adpoſuit. At ita *depugnant* dicit noſter 1, 19, 17. quod cum *dimicant* deinceps variatur. Cf. Nepos in Themiſt. 4, 4. Neque enim ſemper valet ad finem pugnare, dum ceſſetur, uti *decertare*. Vid. Burmann. ad Phaedr. 1, 30, 5. Oudendorp. ad Hirt. de B. Afric. c. 29. et quae de hoc verbo aliisque notavit Taubmann. ad Virgil. Aen. 11, 59. Ita hic non eſt, curſum abſolvere, ſed facere, ita tamen ut certam viam ſequatur et ad metam propoſitam contendat.

ab adverſo) Apparet artificioſe ab auctore captatam eſſe hanc deſcriptionem, quoniam ſeptemtrioni nihil cum ſole, ut quidem praecedentibus tribus partibus. Petit igitur loci demonſtrationem non ab curſu ſolis, ſed a meridie. I. GRONOVIVS *MS.*

§. 2. *Huius medio)* Contra Cicero *infimam in mundi medio terram eſſe* ait, *non ſublimem,*

ſexto de republ. libro, [immo cf. Somn. Scip. c. 5.] *Terra,* inquit, *complexa medium mundi locum.* [Praecedit: *ima ſemper ſede haeret.*] Et iterum: [cap. 4. extr. c. l.] *Nam ea, quae eſt media et nona tellus, neque movetur, et infima eſt.* Sed nimirum id eſt, quod idem prima Tuſculana [cap. 28.] ſcribit, *tum globum eminentem e mari fixum in medio mundi univerſi loco.* Eſt ergo *ſublimis* hic eminens e mari atque exſtans. Licet idem de natura Deor. 2. [c. 45.] aquam terra eſſe altiorem tradat his verbis: *Eademque ratione mare, cum ſupra terram ſit, medium tamen terrae locum expetens, conglobatur undique aequabiliter, neque redundat umquam, neque effunditur.* Et Virgilius lib. 3. Aeneid. [v. 522.] *Cum procul obſcuros colles, humilemque videmus Italiam.* Eius interpres Servius, *rem,* dicit, *phyſicam exprimit, quia omne, quod continet, altius eſt eo, quod continetur.* CIACCONIVS. Thaletis eam fuiſſe ſententiam adfirmat Plutarchus de placitis philoſophorum 3, 11. Parmenidis et quidem primum Diogen. Laert. 9, 2. ſ. 21. Anaximandri idem 2, 1. Zenonis et diſcipulorum, idem lib. 7, 82. ſ. 155. Timaei Locri, Plato in Timaeo p. 13. (Bipont. Vol. 10.) Idem putavit Ariſtoteles de coelo 2, 13, 14. et, quod teſtatur, plurimi. Ita quidem etiam Aratus in phaenom. v. 23. Cicero in Somnio Scip. c. 5. Quaeſt. Tuſcul. 1, 28. Plinius 2, 69. et alii. Contra Manilius 1, 170. *medium totius et imum eſt.* Et ſic Cicero in Somn. Scip. c. 5. *ima ſede ſemper haeret complexa medium mundi locum.* Nempe ut terra aequali pondere librata undique et medium et imum locum occuparet.

ſublimis) Eminens e mari atque exſtans. CIACCONIVS, cuius integram notam antea dedi. Univerſi medio terra ſuſpenſa, et ſupra Oceanum eminens, undique cingitur mari. Sublimis h. l. eſt eminens. GRAEVIVS *BIS.* Nempe hactenus, ut a mari non obruatur, prout *ſuſpenſam* dicit Manilius, [1, 180.] *libratam* Ovidius. [Metam.

1, 15.] Seneca dicit *geſtatam* et *ſuſtentatam* Nat. Qu. 6, 6. ubi addit, Thaletem iudicaſſe, terram ſubiecto humore portari et innatare. I. GRONOVIVS *MS.* Exſtans conſpicitur ex veteribus philoſophis, qui orbem conſiderant tamquam formam magnae navis exhibentem, vel globum ligneum. Feſtus in voce *ſublimis*. BVRMANNVS *MS.* De illa Thaletis opinione cf. etiam Ariſtotel. de coelo 2, 13. et Seneca in Nat. Qu. 3, 13. ubi, quod antea fecerat Ariſtoteles, et in priori loco eam refutare conatur, quod terrae motus inde explicari poſſe ille putarat, uti, teſte Plutarcho de placitis philoſophor. 3, 15. Democritus. Ita vero etiam Zeno apud Diogen. Laert. 7, 82. ſ. 155. *τὴν γῆν ἐν ὕδατι εἶναι* tradiderat aliique plures. Plinius 2, 66. *in toto ſuo globo tellus medio ambitu praecincta eſt circumfluo mari.* Idem 2, 112. ſ. 108. *Oceano velut innatare* dicit. Πλωτὴν εἶναι ὥσπερ ξύλον vetuſtiſſimam fuiſſe opinionem auctore Thalete refert Ariſtoteles c. l. Loca multa dedit Lipſius in phyſiologia Stoicorum lib. 2. diſſert. 17. Hinc ipſam terram multi inſulam vocant, ut Cicero de Nat. Deor. 2, 66. in Somn. Scip. c. 6. ad quem cf. Macrobius 2, 9. Strabo 1, p. 3. ſ. 5. Dionyſ. v. 4. et ex eo Priſcianus v. 9. et Avienus v. 12. Vid. Politus in animadverſ. in Euſtathium ad Dionyſ. lib. 2. c. 1. p. 162. et quae infra ad §. 3. notantur.

eodemque) Sententiam explicavit Lipſius in Phyſiologia Stoicorum lib. 2. diſſ. 17. Nempe terram dicebant duplici Oceano dividi et velut decuſſari; priorem eſſe ipſum verum magnum Oceanum, qui terram ab ortu ad occaſum [cf. et Herodot. 4, 8.] mediam dividit, ſub ipſa zona torrida, i. e. ſub aequatore; alterum, qui ab illo ortus eandem terram parte altera mediam ſecat ab auſtro in ſeptemtriones. Itaque duplici hoc Oceano tota terra ſcinditur in partes quatuor, i. e. totidem inſulas, e quibus unam duntaxat nos habitamus. Loca veterum et

disputationes, quas ad argutias refero, idem ibi exhibuit. Sic Eumenius in Panegyr. in Conſtantium Caeſ. cap. 4. *orbis quadrifariam duplici discretus Oceano*, ubi ex Lipſio illam opinionem explicavit etiam Iaegerus. *Triquadrum* hinc vocat Oroſius 1, 2. in. Poteſt huc referri locus Melae 1, 9, 4. de adaucti Nili cauſis, *ubi ſubter maria* (*Antichthonas* ibi ponit) *caeco alveo penetraverit, in noſtris rurſus emergere*, a vero parum abſcedere dicit. Quod igitur iam monuit Perizonius, cuius et aliorum notas repetii Vol. 1. Mela orbem terrarum in duas partes dividi exiſtimat. Sic 3, 7, 7. *alterum orbem* noſter etiam memorat. Neque tamen illa a mari facta diviſio ſatis eſt accurata, quia non ſub aequatore ſtatim, neque mediam terram mare illud dividit.

duo latera) *Latera* mox *partes* appellat, ut lib. 2. cap. 5. in. cum ait *Galliae Lemanno lacu et Cebennicis montibus in duo latera diviſae.* Antiqui enim iam inde a Niceta Pythagoreo terrarum orbem in duas oras longe inter ſe diſtantes, rurſusque in quinque zonas, diviſum eſſe dixerunt. Et ſic complexus eſt Cicero 1. Tuſcul. [c. 28.] *Tum globum terrae mari eminentem, fixum in medio mundi univerſi loco, duabus oris diſtantibus habitabilem et cultum; quarum altera, quam nos incolimus, ſub axe poſita ad ſtellas ſeptem, unde Horrifer aquilonis ſtridor gelidas molitur nives; altera auſtralis, ignota nobis, quam vocant Graeci* ἀντάξονα, ſive, ut ego legendum exiſtimo ἀντίχθονα. Scribit enim Plutarchus lib. 3. de placitis philoſophor. c. 9. Nicetam [in Gr. ibi eſt Οἰκέτης vel, ut Beckius dedit, Ἱκέτης,] Pythagoreum exiſtimaſſe, duplicem eſſe terram, ταύτην καὶ τὴν ἀντίχθονα, ceteras partes incultas, quod aut frigore rigeant, aut urantur calore. CIACCONIVS. Videndus de iis Macrobius in Somn. Scip. 2, 5. I. GRONOVIVS *MS.*

hemiſphaeria) Scribit Strabo lib. 2. [p. 66. ſ. 96. cf. et p. 76. ſ. 111.] a Geographis coelum omne

terramque, quae illi fubftrata eft, aequinoctiali orbe in duo hemifphaeria dividi, alterumque ab illis *Aquilonium*, *Auftrale* alterum appellari. Pomponius vero, qui ex opinione Philofophi, forfan Leucippi, [cf. Diogen. Laert. 9. cap. 6. f. 30. Plutarch. de placit. philof. 3, 10.] terram non globofam, fed planam effe credebat. CIACCONIVS. Leucippo addi poterat Anaximencs, qui menfae figuram terrae dedit, tefte Plutarcho c. l. Adtigit etiam hanc quaeftionem Ariftoteles de coelo 2, 14. Ceterum haec verba explicationem potius vocis *latera*, quam diverfitatem adiiciunt; tum *latera* fenfu latiori pofuit de partibus terrae, uti 2, 5, 1. utrumque verbum commutat. Solet nempe Mela adpellationes rerum, locorum, hominum explicatione adiuncta declarare. Porro agnofcit Antichthonas, quae rotundam terrae figuram indicare videntur. Denique ea, quae de Cafio, Arabiae monte, refert 1, 10. aliter vix intelligi poffunt. Rotunditatem terrae multis adftruxerunt Ariftoteles de coelo 2, 14. et Plinius 2, 65. nec hodie eam quis in dubium vocat. Ceterum, quae hic funt hemifphaeria, Martianus Capella 6. p. m. 196. vocat *hemicyclia*, et unam terrae partem, quam nos habitamus, *fupernatem*, alteram *infernatem*; fuperioris item initium ducit a folari ortu. Sic Cleomedes de circulis lib. 1. p. 93. (Bafil.) τὸ ὑπὲρ γῆς καὶ ὑπὸ γῆς δοκοῦν ἡμισφαίριον.

ab oriente) Quoniam fupponebatur lux prima ab oriente oriri. Hinc igitur etiam divifionem aliamque terrae confiderationem, uti eam mox quoque dicit ab ortu porrectam ad occafum, eodem modo inchoant ab oriente, non ab occafu. I. GRONOVIVS *MS.* Ab illa divifione in duas partes paffim *geminus coeli axis*, *geminus mundus* dicitur, de quo cf. Iaeger. ad Corippum 1, 111. Unde motus initium ponebatur, dextras mundi partes faciebant Pythagoras, Plato et Ariftoteles, contra laevas, de quo cf. Plutarchus de placitis philof. 2, 10. et quae differit

Ariſtoteles de coelo 2, 2. Initium autem ducebant, ut Plinius 2, 112. ſ. 108. diſerte explicat, ab India ad Herculis columnas.

Zonis) Nota terrae facies dividitur in 5 ſpatia ſ. plagas, quae Graecis ζῶναι dicuntur, Latinis *cingula*, *plagae* ſ. *faſciae*. Quoniam zona eſt ſpatium terrae, quod duobus circulis maioribus includitur, nomen acceperunt zonae a natura locorum, in quibus finguntur. Nimirum una torrida, duae frigidae et duae temperatae. Circuli, quibus cinguntur, ſunt quatuor, Arcticus, Antarcticus, Tropicus Cancri et Tropicus Capricorni. GRAEVIVS *MS.* Latini etiam plerumque ex ſolemni uſu vocem Graecam retinent. Melius tamen *faſcias* vocari monet Martianus Capella 6. p. m. 196. qua voce uſus eſt Iuvenalis 14, 294. *Cingula* ſunt Ciceroni in Somn. Scip. c. 6. Zonarum quinque auctorem Parmenidem facit Poſidonius apud Strabon. 2. p. 69. ſ. 94. quot in coelo fecerant Thales et Pythagoras, teſte Plutarcho de placit. philoſ. 2, 12. quorum et hic in terra quinque ſtatuit eodem Plutarcho teſte 3, 14. Parmenidem ſecutus eſt Zeno, illius diſcipulus, (Diogen. Laert. 7. c. 83. ſ. 156.) tum Ariſtoteles, etſi in earum conlocatione a Parmenide paullo discrepans, (Strabo 2. p. 65. ſ. 94 ſq.) Eratoſthenes, (Heraclides in allegor. Homeric. p. 476. Gal.) et plures alii, in quibus Strabo 2. p. 66. ſ. 96. Virgil. Georg. 1, 233. (qui ut docet Iunius in animadverſ. 3, 5. ſua duxit ex Eratoſthene,) Ovid. Metam. 1, 45 ſq. Tibull. 4, 1, 152 ſqq. Plinius 2, 168. Prolixe praeter Strabonem de iis disſeruit Macrobius in Somn. Scip. 2, 5. et 7. et ad noſtrum locum Vadianus. Earum veſtigia quaerunt in ſcuto Achillis apud Homer. 20, 270. qui πτύχας vocat, de quo vid. Heraclides c. l. Contra 6 zonas ſtatuit Polybius, teſte Strabone 2. p. 65. ſ. 96. duas ſub circulis arcticis, duas inter has et Tropicos, duas inter Tropicos et Aequatorem. Polybio adſenſus eſt, vel idem putavit,

Posidonius, ut refert Achilles Tatius in isagoge in phaenomena c. 31. torridamque zonam ab iis in duas dividi addit. Alii auctore Cleomede de circulis lib. 1. p. 93. (Basil. 1585.) πάλιν τούτων τῶν εὐκράτων ἑκατέραν εἰς δύο διαιροῦντες — τέσσαρας οἰκουμένας εἶναί φασιν, ὧν μίαν μὲν ἔχειν ἡμᾶς τοὺς ἱστορουμένους ἀνθρώπους. — Zonas autem circulorum coelestium ope distinxerunt, quod quidem refutat Strabo lib. 2. p. 65. f. 95. quia arctici circuli non sint itidem, ut tropici, apud omnes iidem, alicubi etiam nulli, zonae autem sint immutabiles. Vocantur autem zonae quinque, vel κύκλοι, in quos coelum dividunt, ἀρκτικὸς, θερινὸς τροπικὸς, ἰσημερινὸς, χειμερινὸς τροπικὸς et ἀνταρκτικός. Cf. Plutarch. de placit. philos. 2, 12. Eodem auctore 3, 14. Pythagoras 5 zonas sic designavit ἀρκτικὴν, θερινὴν, χειμερινὴν, ἰσημερινὴν et ἀνταρκτικὴν et illis respondere 5 zonas in coelo statuit, quod et probat Macrobius in Somn. Scip. 2, 7. Illas Servius ad Virgil. Georg. 1, 233. vocat *septemtrionalem, aestivalem, aequinoctialem, brumalem, australem.*

aestus) Plinius 2, 68. *Media, qua solis orbita est, exusta flammis et cremata, cominus vapore torretur.* Martianus lib. 6. p. 196. suo modo: *media flammis atque anhelis ardoribus torridata propinquantes animantum amburit accessus.* Virgil. Georg. 1, 233. *corusco semper sole rubens et torrida semper ab igni.* Et sic alii. Habitabilem esse veterum plerique negarunt; nempe, ut scribit Macrobius 2, 5. c. l. cingulus ille, aeterno adflatu continui caloris ustus, spatium, quod et lato ambitu et prolixius occupavit, nimietate fervoris victuris inhabitabile facit. Latini *torridam* zonam, Graeci διακεκαυμένην vocant. At hodie alia omnia innotuerunt; nec veteres omnes in ea opinione haeserunt, quod omnino notat Achilles Tatius in Isagoge in Phaenomena Arati p. 153. (in Petavii Uranologio) et Posidonii exemplo apud Cleo-

medem c. l. probat Lipſius in phyſiologia Stoicorum lib. 2. diſſert. 17. cui et alia addi poſſunt. Ita enim Eratoſthenes et Polybius, teſte Strabone lib. 2. p. 66. ſ. 97. plagam aequatori ſubiectam temperatam eſſe contenderant. De Polybio plura in hanc rem ediſſerit Geminus in elementis aſtronomiae cap. 13. (in Petavii Uranologio) p. 54. Ponit autem Polybius illum tractum in media zona torrida. Et ſic ipſe Geminus eam zonam habitari ex Aethiopum ſedibus ſtatuit p. 53. Huc in primis valet Ptolemaeus in Aethiopiae deſcriptione. Alios addit collegium Conimbricenſe ad Ariſtotelem de coelo 2, 14. p. 402. ſubiunctis rei cauſis.

infeſtat) Saepe eſt laedere, vexare, populari, uti paſſim etiam in noſtro alibi. In gloſſis σίνειν explicatur. Vid. Muncker. ad Hygin. fab. 18. p. 62. ed. Staver.

ultimas) Septemtrionalem et auſtralem; frigidas ſolent adpellare Latini, Graeci κατεψυγμένας. Heraclides p. m. 475. δύο τελέως ἀοίκοιτοι διὰ τὸ κρύος, ἥτε τὸν βόρειον εἰληχυῖα πόλον, καὶ τὸν ἀντικρὺ νότιον. Cf. de iis Plinius 2, 68. et, qui exornant, Virgilius et Tibullus cc. ll. Cauſa haec, quod calor ſolis ad eas nunquam accedit, ut ex veteribus docet Macrobius in Somn. Scip. 2, 7.

reliquae) Temperatas vocant Latini, εὐκράτους uſitate Graeci. De iis cf. antea laudati auctores.

paria — pariter) Eodem ſcilicet tempore, ſed, quum apud nos eſt ver, tunc in altera iſta eſt quaſi auctumnus, et, quum apud nos aeſtas, apud illos eſt hiems; ſole ſcilicet nunc ad illam, poſtea ad noſtram ſecedente. Quod tangit etiam cap. 9. ubi hariolatur de cauſa exundationis Nili, quaſi nonnulli dixerint, ſolſtitio Aegypti reſpondere hiemem Antichthonum. I. GRONOVIUS *MS.* Obſervatur, ut notum eſt, hoc diſcrimen,

quanto magis obpositi pedibus (antipodes) ab aequatore distant, cum sub aequatore viventibus eadem sint simul et pariter anni tempora. *Pariter* est simul, Sueton. in Vitell. c. 9. Ovid. Fastor. 1, 627. Mela 3, 1, 1.

Antichthones) In MS. quem nos legimus, *Antipodes* omnino legitur et c. 9. huius libri. Nec mirum. Nam et Servius in Virgilii Georg. 1, 235. Aen. 6, 532. atque 8, 671. videtur Antipodas appellare eosdem. In fragmento sive Eratosthenis, sive Hipparchi, quod editum est cum commentariis Hipparchi in Aratum [p. 266. in Petavii Uranologio] et in prolegomenis Achillis Tatii [p. 156. c. l.] *Antipodes* nominantur, qui diversa hemisphaeria incolunt. Cleomedes [lib. 1. p. 94.] autem docet, *Antipodas* proprie nominari eos, qui in altero hemisphaerio κατὰ διάμετρον oppositi sunt. Quam significationem videtur sequi M. Tullius Academ. 4, 39. et hos appellare obliquos 6. de republica, ut exponit Macrobius in Somn. Scip. 2, 5. Martianus tamen Capella [lib. 6. p. 196. Grot.] eos, qui κατὰ κάθετον siti sunt, Antipodas appellat, quos Tullius videtur *transversos* in in Somnio Scip. c. 6. dixisse. Antichthona terram videntur Pythagorici vocasse alterum hemisphaerium, ut apparet ex Plutarcho de decretis philos. [3, 9.] Sic et Taprobane insula Antichthonum appellatione alter orbis existimata, ut Plinius 6, 22. [s. 24.] et Solinus c. 56. [s. 53.] prodiderunt, quem et Lucanus 1, 457. *orbem alium* nominavit. Quod ita visum Hipparcho noster Mela antea observaverat lib. 3. [c. 7.] Tatio [ad Aratum] et Anonymo, qui cum illo circumfertur, Antichthones proprie dicuntur, qui ad perpendiculum sub aliis sunt. — Eratostheni quidem, aut Hipparcho, ut alii legunt, et Tatio αὐτόχθονες sunt, qui idem hemisphaerium incolunt, et alii austrum, alii septemtrionem spectant. Hi antoeci esse videntur Cleomedi, [de circulis lib. 1. p. 93. Basil.] Macrobio [in Somn. Scip. 2, 5.] et Martiano, [lib. 6.

p. 196.] qui contrarias duas temperatas ſub eodem hemiſphaerio habent, quos et *adverſos* arbitratur Macrobius [c. l.] a Tullio appellatos. Sed malim legere *averſos*, [uti et hodie editur,] cum eos ἀντοίκους proprie eſſe demonſtret Cleomedes. Ex hac acceſſione illud effici videtur, ſi Mela hoc loco de uno tantum hemiſphaerio et zonis illius disputet, melius αὐτόχθονας dicturum fuiſſe; ſin autem de zonis, quae utrumque haemiſphaerium ambiunt, ut videtur, loquatur, recte Antichthonum nomine eos ab illo notatos. NVNNESIVS. Antipodas eosdem etiam dici, adnotant Olivarius et Oporinus, etſi hic de *antoecis* a Mela intelligi addit. Vadianus ſuo more longius hic exſpatiatur, ut lubens nemo ſequi velit. Praeſtat igitur Voſſii notam ad breviorem ſummam redigere. Duplicem terram ſtatuit Pomponius, ut multi alii, hanc noſtram et obpoſitam ἀντίχθονα, unde, qui habitant, ἀντίχθονες. Hic tamen intelligendi ii, qui ſunt in obpoſito nobis hemiſphaerio auſtrali, quod vel oceano, vel zonae fervidae interventu a noſtro ſeparatum eſt, ut omnes fere veteres γῆν ἀντίχθονα intellexerunt. At quia ſic aliqua illius terrae pars in noſtro eſt hemiſphaerio, non ſunt proprie antichthones vel antipodes, ſed antoeci, etſi, quia maior eius terrae pars ſub horizonte noſtro merſa eſt, alicubi etiam κατὰ διάμετρον obpoſita, recte eam iuxta hypotheſin veterum antichthones inhabitare Mela dixit. Ita Voſſius. Antichthones ita ſaepe dicuntur, ut iidem ſint, qui Antipodes. Sic in Plinio 6, 24. ſ. 22. explicat etiam Harduinus. Ἀντάξονα eam terram a Cicerone in Qu. Tuſcul. 1, 28. adpellari putant, et de America noſtra intelligunt Lipſius in Phyſiol. Stoicorum lib. 2. diſſ. 19. et Turnebus in praefatione in Dionyſ. Alex. V. Opp. T. 3. p. 39. Hic ſine dubio ſunt antoeci, qui inhabitant hemiſphaerium auſtrale et ſub eodem, quo nos, iacent meridiano. Geminus in Elementis aſtronomiae p. 50. in Petavii Uranologio ſic: Ἄντοικοι οἱ ἐν τῇ αὐτῇ νοτίῳ ζώνῃ ὑπὸ τὸ αὐτὸ ἡμισφαίριον κατοικοῦντες.

Contra antipodes in altero hemifphaerio κατὰ τὴν αὐτὴν διάμετρον κείμενοι τῇ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένῃ, ut fupra Cleomedes. Cf. Plinius c. l. et in primis Martianus Capella lib. 6. p. 196. qui ab iis antipodes explicatione facta diftinguit. Veteres omnino, quod cogebat rei ignoratio, ita faepe de antichthonibus loquuntur, ut eam, quam nos incolimus terram, illi obponant. Sic cum Mela Cicero c. l. et Pythagorei apud Plutarch. de placitis philofophorum 3, 9. — ita eos defignant, ut auftralis plaga et adverfa veftigiis noftris terra intelligi poffit. Cf. Lipfius in phyfiologia Stoicor. 2, 19. ubi quidem in Mela de adverfa terra, ab obpofito nobis axe apud Ciceronem c. l. ex vulgari quidem olim lectione explicat. Ad auftrale hemifphaerium ipfe Mela ducit in primis 1, 9. Qui antichthonas ab antoecis diftinguunt, ut Achilles Tatius in Arati phaenomena p. 155. (in Petavii Uranol.) hos borealibus obpofitos faciunt zonae auftralis incolas; antichthonas, qui ex diametro fimilibus in zonis habitant; quod quidem in Mela probari nequit.

plagae) Hanc vocem elegit, quoniam Latini videntur proprie ufurpaffe hoc vocabulum, ut, quod fpatium in coelo appellaverunt *zonam*, id in terra fubiecta dixerint *plagam*. Id quod colligi clare poteft ex Ovid. Metam. 1, 48. ubi cum dixiffet: *utque duae dextra coelum totidemque finiftra Parte fecant zonae*, adiicit: *totidemque plagae tellure premuntur.* Hinc quoque dicit Iuftinus 42, 3, 2. *Mithridatem eam coeli plagam domuiffe.* I. GRONOVIUS *MS.* *Coeleftes* tamen etiam *plagas* dixit idem Metam. 12, 40. ut paffim alii fic vocem adhibent, quod fit per connexum rerum fimilium.

incognitus) Tamen lib. 3. [c. 7, 7.] Taprobanem grandem infulam effe dicit, et ex Hipparchi teftimonio primam partem orbis alterius. Si orbis alterius i. e. lateris auftrini, temperati pars prima, cur incognitam alteram zonam temperatam Mela negas? Si vero eft,

unde ſcire potuiſti, ita non eſſe? cum dicas tamen, quod Hipparchus ſcripſerit, prope verum eſſe. Plinius 6, 22. [ſ. 24.] frequentiſſimae eam vel ex recentiorum teſtimonio habitationis eſſe ſcribit. — Adde, quod Pomponius lib. 3. [c. 9. in.] ſcribit, ſupra Aegyptum Meroënos eſſe, qui partim Macrobii nominentur; Meroënos autem intra Cancri tropicum et aequatorem eſſe, Ptolemaeus [cf. lib. 8. in Africae tab. 4. et 1, 10, 23.] auctor eſt. Quid quod lib. 3. [c. 9.] ait, Eudoxum, avorum ſuorum temporibus, cum Lathurum Alexandriae regem profugeret Arabico ſinu egreſſum, per hoc pelagus, ut Nepos affirmat, Gades usque pervectum eſſe, ſicut et Hannonem Plinius 2, 67. per fretum Gaditanum egreſſum et Arabiam usque veniſſe, et ſuam navigationem ſcripto prodidiſſe aſſerit. Mirum, non toſtos fuiſſe Eudoxum et Hannonem in duplici per torridam zonam tranſitu, cum tamen, ut idem ait, propter ſideris incendium temperatae invicem perviae non ſint. Idem Plinius 2, 16. [ſ. 13.] nihil habitari in terris, quam quod zodiaco ſubiacet, conſtanter aſſerit, termini autem obliquitatis zodiaci ſunt paralleli tropici: ſub ardore igitur, teſte Plinio, unica mortalium habitatio erit. Cui opinioni fundamenta ieciſſe Stoici videri poſſunt, qui, ut in placitis [2, 23.] tradit Plutarchus, ſolem ſubiecti ſibi alimenti tractum percurrere dixere: eum autem eſſe oceanum et terram, cuius ex ſpiratibus paſcatur, ut hoc modo zodiacum zonis temperatis obduci falſo crediderint: ut et Maro ex Eratoſthenis ſententia lib. Georg. 1. [v. 239.] qui zodiacum per ambas temperatas tendi, ſuis fortaſſe innixus auctoribus, credidit. — VADIANVS. Niſi immemorem ſui fuiſſe Melam velis, aliter de illarum regionum ſitu ſtatuit. Sed et ita de iis loquitur, ut ex aliorum fide illa commemoret, ipſe, ut 1, 9, 4. poſita conditione dubiusque id proferat. Eſſe tamen et antichthonas in auſtrali zona itemque antipodas, etſi de illorum ſedibus nihil comperti habeatur, ex ratione ſphaerae terraeque figura intelligi cenſuit iam Geminus p. 52. c. l.

§. 3. *ab ortu)* Hoc enim praetulerunt antiqui, cuius exemplum ostendit in cap. 15. huius libri, ubi, quum Taurum adgrederetur describere, definit quidem locum, ubi sic nominatur, sed non vult, ut illic credatur incipere, sed statim transit in ultimum Orientis finem, et ibi dicit *eum exsurgere, donec in Lycia exeat in pelagus.* Videtur antiquos ad hanc sententiam deduxisse cursus et lumen solis, quod ab ortu procedens pedetentim ostendit terras versus occasum. I. GRONOVIVS *MS.* Cf. ad 1, 15, 2. Aliam caussam adfert Aristoteles de coelo 2, 2. quod dextrum sit, unde motus ad locum agitur, idque fieri in stellis ab oriente ad occasum. Longitudinem autem mundi ibi metitur a polo ad polum, contra latitudinem. Hinc vero in siderum etiam cursu oriens dextra coeli pars putabatur, contra occidens ex Hygini observatione, de quo pluribus exponit Iunius in animadvers. 3, 3. Terram inversa ratione Eratosthenes, teste Strabone lib. 2. in. ab occasu ad ortum porrexit, sic ut terminos constitueret columnas Herculis et montes Indiae. Cf. Ciacconii nota proxima.

porrecta) Sic lib. 2. c. 7. [§. 5.] de Cypro: *recto iugo inter Ciliciam Syriamque porrigitur*, h. e. extenditur. Alias *proiecta* solet dicere, ut 3, 6. [§. 4.] de Britannia: *Ceterum ut adhuc habuimus inter septemtrionem occidentemque proiecta.* Sic enim in libris MSS. legitur. Et eodem libro cap. 5. [§. 8.] *an tellus infesta frigoribus sine ambitu et sine fine proiecta.* Nonnunquam et *vecta*; ut 2, 3. [§. 3.] *Graecia, dum Myrtoum pelagus attingat, a septemtrione in meridiem vecta.* Ceterum huius habitabilis longitudinem ab ortu ad occasum porrigi, Strabo, [lib. 2. p. 58. f. 85.] Ptolemaeus [1, 6.] Geographique omnes tradunt. Plinius 2, 108. [f. 112.] *pars nostra terrarum Oceano velut innatans longissime ab ortu ad occasum patet.* CIACCONIVS. Est, in longitudinem patet. Iustin. 2, 2. in. Tacit. Annal. 2, 56. Longi-

tudo ab oriente ad occidentem, latitudo a ſeptemtrione. BVRMANNVS *MS.* Sic Horatius epiſt. 1, 7, 41. *locus planis porrectus ſpatiis.* Mela 1, 2, 2. *ſua litora porrigit.* Nempe dicitur de locis planis et in longitudinem extenſis, uti multis exemplis docuerunt Oudendorp. ad Lucan. 9, 432. Burmannus ad Propert. 2, 7, 22. ubi et hic locus adpoſitus eſt, et qui producuntur. Neque tamen, quod vult Ciacconius, idem eſt, quod proiectus, quippe hoc ſitum ſimpliciter indicat, illud ſitus ſeriem et progreſſionem, etſi ſaepe utrumque verbum in libris commiſcetur, de quo Vol. 1. ad 3, 6, 4. Dionyſius v. 6. terram quidem ab ortu ad occaſum εὐρυτέραν dicit, ſed, quod iam monuerunt Papius eumque ſecutus Hillus, non ut obponat latitudini, ſed ut omnino maiorem extenſionem indicet. In notanda autem ſingularum regionum longitudine auctores, et in primis poetae, menſuram regionis ipſam in quamvis partem agunt, uti docuit d'Orville ad Lucan. 4, 672. (ed. Burm.) p. 268.

et quia —) De horum verborum explicatione et ſenſu vid. Vol. 1. Quod iam Caſaubonus monuit ad Strabonem lib. 1. p. 44. ſ. 64. unice haec reſpiciunt terrae eam partem, quam nos incolimus, obpoſitam Antichthonum terrae. Atque ea eſt ab ortu ad occaſum duplo longior, (ita fere ſtatuebant veteres) quam a ſeptemtrione ad meridiem, cum ſub polo frigus, ſub aequatore aeſtus incolas arceat, et illud ſpatium ſic reddat contractius. Nempe omnis haec terrae menſura in longum latumque aeſtimata, ab hominum cognitione pendebat, qui ab ortu ad occaſum longius erant progreſſi. In re ipſa veteres conveniebant; de ipſa ratione, prout aucta eſt, et prolata cognitio, diſputabant.

aliquanto — longior) Immo *multo,* ut Ariſtoteli videtur Meteorolog. 2, 5. et Straboni Geogr. lib. 1. [c. I.] SCHOTTVS. Immo plus duplo eſt maior longitudo

iuxta aliorum veterum opinionem. Nam qui minimum dixere ad centum et octoginta gradus terrae cognitae longitudinem extenderunt. vossivs. Melam etiam hoc nomine reprehendunt Ciacconius, et Politus in animadverf. in Euftath. ad Dionyf. lib. 2. cap. 2. p. 167. omnes falfo ex male percepta fignificatione vocis *aliquanto*, quae non eft *paullo*, fed *haud paullo*, *longe*, *multo*, uti notum eft hodie poft admonitionem in primis Ernefti ad Suetonii Caef. cap. 68. Quare nofter a communi fere veterum opinione minime disfidet, quae duplo maiorem faciebat longitudinem, uti iam dictum eft. De utraque extenfione disferit Strabo c. l. qui longitudinem ducit ab extremis Indiae finibus ad Hifpaniae ultimos, uti Plinius 2, 112. f. 108. latitudinem ab extremis Aethiopibus ad Thulen, a meridiano fitu ad feptemtrionem. Idem Plinius de utriusque dimenfione plurium opiniones recenfet, et ex eo Martianus Capella lib. 6. p. m. 198. Cf. etiam Strabo lib. 2. p. 79. f. 116. Ptolemaeus 1, 7 fqq. cuius aetate ab Oriente ad occafum innotuerant 180. gradus, a meridie ad feptemtrionem 80. tantum. Hinc vero maior terrae cognitae extenfio ab oriente ad occafum eius longitudo vocatur, minor a meridie ad feptemtrionem eius latitudo, nec ducta eft haec adpellatio communis hodie a Ptolemaeo primum, ut docet Strabonis locus, lib. 2. p. 58. f. 85. qui hinc lib. 2. p. 81. f. 118. terrae chlamydis dat figuram.

ambitur) Ita et nofter 3, 5, 8. ex Homero et Phyficis. Sed nihil, etfi olim dubitavit Herodot. 4, 8. hac opinione vulgatius apud veteres, quorum loca, fi quis velit producta ferie perluftrare, fiftent Bochartus in Chanaan 1, 36. et Gefnerus de Phoenicum — navigationibus ad calcem Orphei p. 420 fqq. Primum id et recte tradidiffe Homerum adfirmat Strabo lib. 1. p. 2. f. 3. adiectis locis cum quaeftione de varia vi vocis *Oceanus* in eius carminibus. Cf. et Schlichthorft in Geogr. Homeri

pag. 3. Ita vero habere, adſtruere nititur Strabo lib. 1. p. 3. ſ. 5. et terrarum orbem veram inſulam eſſe inde conficit cum Ariſtotele de mundo cap. 3. Cf. etiam Plin. 2, 67. et ſupra notata. Veritas hodie ſatis conſtat, etſi diverſo longe ſenſu terrae cognitae ambitus intelligitur. Sno tamen idem etiam veteres tantum non omnes ſtatuebant, indiciis quidem minus certis aut falſis, etiam opinionibus ducti, qualis eſt de mari Caſpio, ex quo in Eoum mare curſum agebant. Cf. 3, 7. in.

quatuor) Terram habitatam multos ab Oceano recipere ſinus ſcribit Strabo lib. 2. p. 83. ſ. 121. quorum tamen maximi ſint quatuor, quos ſic recenſet: a ſeptemtrione Caſpium ſ. Hyrcanum, a meridie Perſicum et Arabicum, quartum mare internum. Cum Strabone conſentiunt praeter Melam etiam Dionyſius v. 43 ſqq. Ariſtides in Aegypt. T. 2. p. 354. ed. Iebb. Priſcian. v. 53 ſqq. Avienus v. 66 ſqq. Cf. Plutarchus in Alex. cap. 44. Ampel. c. 7. in. Male autem Caſpium mare inter ſinus referunt, de quo ad 3, 5.

§. 4. *Hoc)* Vltimum, i. e. mare internum. Ceterum, quod iam Ciacconius notavit, totum hunc locum imitatus eſt Plinius 4, 12. ſ. 24. eodem partium ordine verbis tantum variatis ſic: *irrumpit — exſpatiatur aequor rurſusque in artum coit* de Propontide et Boſporo, — *longe refugientis occupat terras* de Ponto Euxino, — *medio flexu iungitur oſtio Maeotii lacus* de Cimmerio Boſporo.

decem milibus) Fortaſſe ex Cornelio Nepote, quem alibi etiam laudat, [3, 5. 8. et 9, 3.] ſumtum. Is enim et T. Livius, [vid. Plin. 3, 1.] ubi plurimum 10. M. P. patere fretum dixerunt, ubi minimum ſeptem, quod et Solinus [c. 26. ſ. 23.] ſequitur de 7. millibus. Martianus [lib. 6. p. m. 201.] ubi minimum quinque,

ubi diffunditur feptem, ubi plurimum decem M. patere fcribit. Turannius tamen Graecula [Turranius Gracilis h. in Plinio legitur] a vico Mellaria ad promontorium Africae Album tantum 5. M. patere fauces Oceani dixit. Quo loco licet mirari fretum non iisdem finiri terminis a Pomponio, quibus circumfcribitur 2, 6. Nam cum ibi illud producat usque ad Iunonis promontorium, necefse eft illud patere amplius 10. M. P. A Belone enim ad Tingi Mauretaniae 30. M. P. traiectum facit Plinius 5, 1. et in itinerario maritimo Antonini [p. 495. Wefsel.] eft 220 ftadiorum. [i. e. fere 28. M. P.] Quare *fretum* Pomponio hoc loco, ut Plinio, tantum porrigetur a Mellaria ad Calpes usque promontorium. Demon [h. Euctemon] Amphipolita tribus millibus pafsuum tantum fretum diftineri cenfuit, ut praefert Avienus. [in ora marit. v. 340.] Sed Graecis quantum fit tribuendum in rebus Hifpanicis, ex Strabone intelligitur. NVNNESIVS. Stadia vix feptem habet Damaftes apud Avienum v. 372. c. l. Scymnus Chius v. 139. ftadia 120. i. e. 15. P. M. Omnino autem magna eft de eius latitudine discrepantia, de qua et de longitudine conferri poteft d'Anville in Memoires de l'academie — de Paris Vol. 30. p. 122. Cf. etiam Otto Phyfifche Erdbefchr. T. 1. p. 626. Nempe, quod monet Vofsius, prout vel proxima litora, vel promontoria, vel, quas undique ponunt infulas, accipiunt; hanc tamen menfuram parum a veritate abire.

terras aperit) Haec ex Ariftotele de mundo cap. 3. tralata putabat Schottus, quem refutavit Nunnefius, quod eius libri auctor incertus fit; tum minus id necefse fuifse, cum haec publica fuerit opinio ex Geographorum teftimoniis, ac praefertim Avieni, qui optimos quosque et clarifsimos laudet, [v. 42 fqq.] e quibus fuam disputationem fumferat; quamvis Plinius 4, 13. [f. 27.] contrariam aliorum opinionem proferat, in qua etiam fententia fit Ariftoteles in Meteorologicis. [2, 1.] Haec

NVNNESIVS. Falſo Melam alios ſecutum hoc tradere monuerunt Graevius in notis MSStis et Voſſius. Vid. Vol. 1. Nempe disſentiunt veteres. Alii enim per inundationem irrumpentis Oceani ad fretum Gaditanum mare internum naſci credunt; alii a Ponto inde, quod quidem haud improbabili argumento niti putant, quia aeſtus ſemper ex Ponto profluens nunquam reciprocetur. Vid. Plin. 2, 100. ſ. 97. et ex eo Solinus c. 22. ſ. 18. Ita quidem de Ponto ſtatuunt Ariſtoteles in Meteorolog. 2, 1. Strabo lib. 1. p. 38. ſ. 55. Seneca Natur. Qu. 4, 2. Max. Tyr. 32, 3. Agathemer. 2, 14. aliique. Vid. Stuckius ad Arriani peripl. p. 112. et quae adtulit Gyllius de Boſporo Thracio 1, 4. De altera opinione Ariſtotelis de mundo locus cap. 3. qui ad noſtrum mirifice facit, ſic habet: *ὁ Ὠκεανὸς ἐν τῷ πρὸς δύσιν στενοπόρῳ στόματι διανεῳγὼς κατὰ τὰς Ἡρακλείας λεγομένας στήλας τὸν εἴσρουν εἰς τὴν ἔσω θάλατταν, ὡς ἂν εἰς λιμένα, ποιεῖται.* Conſentiunt in ipſa re Plinius lib. 3. prooem. et c. 1. Ampelius c. 7. Iſidor. 13, 16. et Mela idem repetit 1, 5. 3. Hinc *limen noſtri maris* vocat Flor. 3, 6, 9. At Macrobius Saturnal. 7, 12. ex Oceano quidem aquas interni maris recipi adfirmat, duplicem tamen fluxum Ponti facit, quorum unus ſupernas eius aquas, quippe dulciores, foras mittat, alter deorſum labatur, unde intelligi poſſit, cur natantia, quae in Pontum iacta ſunt, foras pellantur; columna ſi deciderit, introrſum minetur. Strato apud Strabon. lib. 1. p. 34. ſ. 49. loca ad Boſporum Thracium aeque atque ad fretum Gaditanum vi aquae fluviis auctae perrupta eſſe exiſtimat. Experientia et obſervationibus conſtat, Ponti et Aegaei maris aquas in mare internum labi nec inde refluere, et parum effluere per fretum Gaditanum in Oceanum, ut, cum ſex horis illud in Oceanum effluat, Oceanus per horas 18 in mare internum ingrediatur, neque tamen hac undarum invectarum copia oras egredi. Vid. Furnerius in hydrogr. 9. 6. p. 338. et Otto Phyſiſche Erdbeſchreib. T. 1. p. 631. ubi in cauſas in-

quirit. TZSCHVCKE. Verbum *aperit* valde placuit auctori noſtro in iſto loco, adeo ut repetat 2, 6, 8. ubi de hoc loco ſcribit. I. GRONOVIVS *MS.* In Ariſtotele c. l. ſic dicitur διανοίγειν, ut in ſequ. ἐπιπλατυνάμενος ἀναχεῖται. Sic *aperire* de hoc freto etiam Plin. 3. in prooem. Flor. 3, 6, 9. ut ἀνοίγειν de Ponto Agathemer. 2, 14.

abigit) Loquitur tamquam ſi mare cum terra luctata ſit, ut vix valida iam ad reſiſtendum compelleretur mari aditum dare, quoniam ibi vel vallis, vel mollior ora inventa praebet illi facilitatem erumpendi. I. GRONOVIVS *MS.* Notandus hic omnino eſt color, poeticus fere, quem Mela ſolet deſcriptionibus ſuis inducere, ut modo, indole, forma aliisque, participiorum ope adiunctis res oculis ſenſibusque quaſi ſubiiciat. Tum, quo ſpectat Gronovii nota, rerum formas, ſpecies, eventus facta inverſione in cauſas et effecta transfert, de quo in diſſert. de Mela c. 7.

ex diverſo) Ex contrariis partibus, ut ſaepe. Sic paullo inferius*[§. 6.] de Nilo. Coeunt vero ad Hellespontum Europae litora et Aſiae, illa a ſeptemtrione, haec a meridie. CIACCONIVS. Idem verbum, ut *cedere* adhibet Apuleius de mundo p. m. 5. *ſaepius coeuntibus terris — rurſus cedentibus.* Infra de eodem loco: *ubi primum ſe artat.* Plinius 4, 24. ſ. 12. de Boſporo: *in artum coit* et *latius exſpatiatur.* Sic Seneca de vita beata cap. 4. de exercitu obponit *in anguſtum coartare* et *in latius pandi.* Martianus Capella lib. 6. p. m. 213. in eadem narratione: *rurſum diffunditur mare latiſſimum, iterumque contrahitur.* Solinus c. 18. ſ. 12. *in anguſtias ſtringi* (de Helleſponto) et *aequore patentiſſimo confundi. Coire* de rebus, quae ſpatio disſitae contrahuntur. Sic Iuſtin. 4, 1, 16. *promontoria*, Seneca in Herc. fur. v. 1212. *ſaxa* et ſimilia. Omnino hic tenenda eſt elegans verborum variatio.

minus mile) Herodotus lib. 4. [c. 85.] Strabo [lib. 2. p. 85. f. 124.] *ſtadiis ſeptem.* Plinius lib. 6. in. *anguſtiae ad Helleſpontum* 875 *paſſuum* et lib. 5, 32. [ſ. 40.] *Abydum oppidum, ubi anguſtiae 7 ſtadiorum.* Xenophon vero lib. 2. [c. 1, 21.] Ἑλληνικῶν *quindecim.* CIACCONIVS. Latitudinem eam facit Xenophon ad Aegos potamos, cumque eo conſentit Plutarch. in Lyſandro c. 11. At nimis ad Abydum contrahit Polyb. 16, 29. dum duo tantum ſtadia ponit. De ſeptem ſtadiis conſtat ſibi Plinius etiam 4, 18. ſ. 11. et ex eo ſic repetit Martianus Capella lib. 6. p. m. 212. cum Solino c. 18. ſ. 12. Vid. ad Melam 2, 2, 7. TZSCHVCKE. Hinc Aſia cerni poterat, ut refert Livius 38, 16, 5. I. GRONOVIVS *MS.*

laxat) De Propontide. Ariſtoteles c. l. πλατύνεσθαι hoc ſenſu de Ponto Euxino, uti de Propontide Agathemer. 2, 14. cum noſtro.

quam fuit) In Helleſponto. Nam qui plurimum, ſtadia 5. ei tribuunt. Quae proxime ſubiiciuntur, reſpiciunt Thracium Boſporum, de cuius anguſtiis vid. ad 1, 19, 5. Sic vero στενοῦται Agathemer. 2, 14. *Spatium* adpoſite hic adpellari notat Cicconius.

acceptum) Ita inverſe ſolet de mari, quod intrat in terram, ſinum — Eodem ſenſu etiam paſſim in aliis legitur, ut *excipere, recipere.* Vid. ad 1, 7, 3. et in indice.

ingens) Sic iterum 1, 19, 6. *Vaſtum mare* Plinius 4, 24. ſ. 12. de Ponto Euxino. Cf. 1, 19, 6. *Magna palus* eſt Maeotis.

ore) De Boſporo Thracio et Cimmerio dici ſolet, uti multis exemplis, etiam hoc poſito, adſtruxit Burmann. ad Vellei. 2, 101. Sic Apollon. Rh. 1, 2. πόντοιο στόμα; Pindar. Pyth. 4, 363. Ἀξείνου στόμα. Sed et ad alios

ſinus et hinc ad fluviorum oſtia paſſim refertur. Rationem huius adpellationis in eo quaerit Burmannus, quod crederent, Pontum per Boſporum exire in Propontidem. Quod quidem valet de Thracio, ſed et mutatis mutandis ad Cimmerium referri poteſt; etſi Mela aliter ſtatuit. Omnino autem de anguſto exitu in latius ſpatium dicitur, ut Graecis στόμα, στόμιον, quod veluti ad χάσμα deducit, ut apud Lucian. in dialog. mort. 21, 1. Hinc ἀναστομοῦν et συστομοῦν. Infra pro eo noſter: *qua paludi committitur.* Tum *ceterum* eſt ſed, ut paſſim in Livio et aliis. Sic Florus 2, 18, 8. Tacit. Ann. 1, 44. Hiſt. 1, 66. in. Terent. in Eun. 3, 1, 62. Adelph. 4, 7, 18. — Vid. Drakenb. ad Liv. 9, 21. in. et 46. in. Schwartz. in ſubplem. ad Plinii Panegyr. c. 5. p. 583.

Noſtrum mare) Ita Plinius, Solinus et antiquior his Salluſtius [in Iugurth. c. 17. et 18.] et alii ſcriptores loquuntur. NVNNESIVS. *Noſtrum mare* amat Mela, ut levis lectio docere poteſt. Pro eo etiam *noſtrum pelagus,* ut 1, 4. f. *noſtra aequora* 1, 2, 1. *noſtra maria* 1, 2, 5. 15, 2. 2, 6. extr. 3, 8, 5. Hinc *noſtrum fretum* 3, 10. extr. *noſtra litora* 1, 3. f. Nempe *noſtrum* apud hiſtoricos Latinos paſſim eſt Romanum, cum de Suis loquuntur. Vid. Bentlei. ad Horat. odd. 3, 6, 10. Spectari utique debet ſitus Romanorum vel auctorum domicilia, cum alias omnino vicinum mare ſignificet. Vid. Weſſel. ad Diodor. 4, 18. Grotius tamen ad lib. 2. c. 3, 13. de iure belli et pacis ita dictum cenſet, quod erat in ditione Romanorum. Sic *noſtrum mare* dicitur etiam ab aliis, ut Livio 26, 42, 4. Caeſ. de B. G. 5, 1, 2. et aliis, quos memorat Duker. ad Flor. 3, 6, 9. Corte ad Salluſt. B. Iug. 18, 4. et qui nominantur. In Graecis dici ſolet ἡ δεῦρο θάλαττα, (Maxim. Tyr. 41, 1.) ἡ καθ' ἡμᾶς θάλασσα (Diodor. 4, 18. Maxim. Tyr. 14, 2. Polyb. 3, 37, 6. —) ἡ ἔσω θάλασσα, (Ariſtoteles de mundo c. 3. Gellius 10, 7. qui diſerte id notat, Polyb. 2, 39. in.)

ἡ ἐντὸς θάλασσα, (Strabo lib. 2. p. 83. ſ. 121. qui addit, eandem τὴν καθ' ἡμᾶς vocari, Appian. in Mithridat. c. 93 94. et alibi) ἡ ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν θάλασσα plenius apud Ariſtotel. Meteorol. 2, 1. Dionyſ. Halic. 1, 3. Plutarch. in Pompeio c. 25. Τήνδε τὴν θάλασσαν paſſim vocat Appianus praeeunte Herodoto 4, 39. et 41. quod notat Schweighaeuſer. ad praefat. cap. 1. Ita vero etiam Ariſtotel. Meteorol. 2, 2. Sicut vero Graeci de eo ἐντὸς et ἔσω adhibent, ſic Latini vocant *internum* (Plin. 3. prooem. 3, 5. in. ſ. 4.) *inteſtinum* Flor. 4, 2, 76. qui obponit *externum* i. e. Oceanum Atlanticum, (cf. Salluſt. Iug. c. 17, 4.) quem et Graeci τὴν ἔξω θάλατταν adpellant, ut Plutarch. in Caeſ. c. 12. Liban. Vol. 1. p. 395. Reisk. Sic τὴν ἔξω vel ἐκτὸς et τὴν καθ' ἡμᾶς θάλατταν obponit Polyb. 3, 37, 9 ſq. Ἑσπερίην ἅλα vocat Dionyſ. p. 45. reſpectu aliorum marium et quod ex Oceano occiduo oriatur. *Mare mediterraneum* ſerius dictum eſt, nec niſi apud poſteriores reperitur, veluti Solin. c. 22. ſ. 18. Ita vero, interprete Iſidoro Orig. 13, 16. vocatur, *quia per mediam terram usque ad Orientem perfunditur, Europam et Africam Aſiamque disterminans.* Generaliter etiam *magnum* dici putat Oroſius 1, 1. Cf. Ioſuae liber 1, 4. Cauſam inde petit Iſidorus c. l. *quia cetera maria in comparatione eius minora ſunt.* Vid. Harduin. ad Plin. 9, 18. ſ. 15. Burmann. ad Valer. Flacc. 1, 50. et quos memorant. Alias tamen *mare magnum* de Oceano dicitur, uti ex auctorum locis docuit Corte ad Salluſt. Iug. c. 18. et aperte declarat Polyb. 3, 37. f. Et ſic Ampelius c. 7. Atlanticum idem vocari ait, ut Plin. 3, 10. ſ. 5. Extendit autem Mela a freto Gaditano ad paludem Maeotida. Quidam de partibus eius paſſim tantum ponunt, ut probat Markland. ad Max. Tyr. 32, 3.

§. 5. *Fretum)* Varie vocatur. 1) *Gaditanum fretum* a Plinio 3, 1. Flor. 3, 6, 9. — Γαδειραῖος

πορθμὸς a Plutarcho in Sertorio c. 8. quod Gades adtingebat (nofter 3, 6. in.) 2) *fretum Herculeum*, ut in Silio Ital. 1, 199. Ἡράκλειος πορθμὸς Ptolem. 2, 4. Caufam habes infra 1, 5. et 3, 6. in. 3) *Septe Gaditanum* a feptem fratribus et urbe Septa in continente adverfa, uti in Geogr. Ravenn. 1, 3, 17. et alibi faepe. Cf. Weffel. ad Antonini itiner. p. 408. Alii alio modo indicant, ut Strabo 1. p. 40. f. 58. et alibi τὸν κατὰ τὰς Ἡρακλείους στήλας πορθμὸν; Diodor. Sic. 5, 20. τὸν κατὰ τὰς στήλας πόρον; Polyb. 3, 37. τὸ καθ' Ἡρακλείους στήλας στόμα; Scymnus Chius v. 139. τὸ τῆς θαλάττης τῆς Ἀτλαντικῆς στόμα; Livius 23, 5, 11. *fretum Oceani;* Cicero pro lege Manil. c. 12. *oftium Oceani;* Salluft. Iug. c. 17. *fretum noftri maris et Oceani;* Sueton. in Vitell. c. 13. *fretum Hifpaniae.* Alia vel etiam plura dabunt Ortelius in thefauro Geogr. h. v. et Fifcher. in prolufione 3. ad Palaephat. p. 44. ad calcem ed. 1789. Quae tamen a regionibus vel populis petuntur cognomina, definit Plinius 3, 10. f. 5. ubi haec: *Gaditanum fretum, qua intrat, cum intravit, Hifpanum, quatenus Hifpanias illuit, ab aliis Ibericum, aut Balearicum.* Idem vero etiam fimpliciter, ut Siculum, adpellatur *fretum*, quod ex nexu facile discerni poteft. Sic nofter 1, 3, 2. et alibi, Cicero in Vatin. c. 5. Ampelius c. 6. Palaephat. c. 32, 10. Cf. Fifcher. c. l. et Davifius ad Iul. Caef. de B. Civ. 1, 29. ubi tamen fluctuantur interpretes. Contra ex nexu de Siculo apud Flor. 1, 26. extr. ubi cf. Duker. *Eftreccho de Gibraltar* Hifpanis; Italis *Stretto di Gibraltar;* Franco-Gallis *le detroit de Gibraltar;* nobis *Meer-Enge von Gibraltar* vel fimpliciter *Strafse*, unde *Strafsenfahrer.* De eius latitudine differit d'Anville in Memoires de litterature — de Paris T. 30. p. 122 fqq.

π ο ρ θ μ ὸ ς) Sic Plinius 3, 10. f. 5. *qua intrat* πορθμὸς *a Graecis, a nobis Gaditanum fretum.* Eft enim,

ut explicat Suidas, ἀμφίγειος θάλασσα, vel, ut Eustath. ad Dionyſ. v. 140. πόρος στενὸς ἑκατέρωθεν γῆς μεσολαβούμενος. Hinc I. Gronovius monet, male in Lexicis (olim) *ſinum maris in anguſtias coartati* exponi, cum ſit *tranſitus*, a quo *ſinum* diſerte diſtinguit Iuſtin. 4, 1. extr. Sic Schol. Apollonii ad 1, 938. ἡ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν γῆν ἔχουσα στενὴ θάλασσα. Plura dabit Fiſcher. c. l. pag. 42 ſq.

alia aliis) Quorum plurima nominatim collegit iſte Ampelius c. 7. I. GRONOVIVS *MS.* Cf. etiam Mela 1, 3. Plin. 3, 10. ſ. 5. Solin. c. 26. ſ. 23. Agathemer. 2, 14.

Helleſpontus) Cf. ad 2, 2, 7. De *Propontide* ad 1, 19, 2. De iis eodem modo Mela 1, 18. extr. et 1, 19, 2.

expandit) Repete ex praecedentibus hic et deinceps *ſe;* etſi ſaepe omnino activa reciproco vel paſſivo ſenſu poni notum eſt, ut *movere, mutare, vibrare, vertere, remittere, ferre, ſiuire, volutare, lavare* et plurima alia. Loca dabunt Acidalius ad Vellei. 1, 8. f. Barth. ad Gratii Cyneget. v. 9. Burmann. ad v. 143. Heinſius ad Ovid. Faſtor. 1, 141. Berneccer ad Iuſtin. 36, 2, 15. et de Graeco uſu ſimili Verheyk. ad Antonin. Liber. c. 37. et in primis Vechnerus in Hellenolex. lib. 1. P. 1. c. 6. cum nota Heuſingeri.

effundit) At ex Ponto aqua continuo curſu elabitur, et poſt per fretum Gaditanum in Oceanum exit. Cf. Plinius 14, 13. Cui adſentitur Belon in obſerv. 1, 24. p. 24 ſq. et Gyllius de Boſporo 1, 4. p. 59. De Thracio Boſporo et quae poſt commemorantur, ſuis locis dicetur. Pro *effundit* ſupra *expandit.* Ita vero hoc verbum Latini, ut Graeci κεχύσθαι, adhibent de amplis et ſpatioſis. Vid. Ruhnken. ad Vellei. 2, 43, 1.

committitur) Pro coniungitur, ut saepe. [et supra de eodem.] Sic Flor. 1, 4, 2. Curtius 3, 1, 13. Hinc commissurae vocantur corporis, quod membra connectunt. BVRMANNVS *MS.* Cetera maria hactenus terras influere opinio fuit Melae, paludem vero Maeotida non videtur sensisse donum esse Oceani. Et sane ita quoque Herodotus, [4, 86.] quem passim sequitur, qui Maeotin matrem Ponti nominat, uti quoque multi alii. VOSSIVS. Vid. ad 1, 19, 16.

§. 6. *tres partes)* Hoc et ipsum petitum est ex Homero [Il. 15, 189.] τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, de quo agit Meursius c. 5. de denario Pythagor. I. GRONOVIVS *MS.* Arguta haec potius sunt, ut alia, quae ibi notavit Heyne, quam vera et ipsa re probata. TZSCHVCKE. Constantior quidem est opinio de tribus partibus; at fuere tamen, qui in duas tantum dividerent, Sallust. in Iug. cap. 17. *in divisione orbis terrarum plerique in parte tertia Africam posuere; pauci tantummodo Asiam et Europam esse, sed Africam in Europa.* Plinius 5, 1. *Europam plerique merito non tertiam portionem fecere, verum aequam in duas partes ab amne Tanai ad Gaditanum fretum universo orbe diviso.* Varro lib. 1. de R. R. c. 2. *Primum,* inquit, *cum orbis terrae divisus sit in duas partes ab Eratosthene, maxime secundum naturam ad meridiem versus et ad septemtriones.* Sic idem de L. L. 4, 6. *Asiam* habet ad Meridiem et Austrum, *Europam* ad septemtriones et aquilonem. Lucanus 9, 411. Europae partem Africam, si quis ventos coelumque sequatur, esse dicit. CIACCONIVS. Varro in duas, Asiam et Europam; veteres apud Herodotum [2, 16.] in quatuor, Asiam, Africam, Europam et Aegyptum; recentiores in tres tantum; nam Aegyptum Asiae partem faciunt. OLIVARIVS. Totidem agnoscit Polybius 3. [c. 57.] unde Mela transtulisse videtur. SCHOTTVS. Non puto, quod ea sententia multo est antiquior et ab Herodoto [c. I.]

communis Graecorum et Ionum fuiſſe dicitur. Non defuerunt tamen, qui duas tantum facerent orbis partes. — NVNNESIVS. Tres partes ſtatuunt praeter ſuperiores etiam Strabo 1. p. 45. ſ. 65. Dionyſius v. 9. Priſcian. v. 14. Geminus cap. 13. Ariſtoteles de mundo c. 3. Agathemer. 2, 2. Timaeus apud Polyb. 12, 25. Oroſ. 1, 2. Iornandes de reb. Get. in. Apuleius de mundo p. m. 6. Iſidor. de origin. 14, 2. Martian. Capella 6. p. 201. et alii. Quidam eorum de diviſione in duas partes ſimul monent, etſi paucos tantum ita ſtatuiſſe volunt, e quibus eſt Iſocrates in paneg. c. 48. in. Alios indicat Weſſeling. ad Herodot. 2, 16. quibus adde Schol. Pindari ad Nem. 4, 112. Hinc adparet, veteres olim inter ſe disſenſiſſe, et Eratoſthenem primum in duas partes diviſiſſe. Vid. quae de eo disputat Herodotus et Strabo cc. ll. hic etiam 17. p. 567. ſ. 824. quorum ille malit quatuor, hic pro duabus propugnat, quod terra aequatore in duas partes aequales optime diſpeſcatur. Ita Polybius 12, 25. contra Timaeum disputat de tribus partibus, etſi ipſe 3, 37. totidem ponit. Nempe tres illae partes habitatam terram ſpectant et uſum vulgarem; duae ex mathematica ratione et Geographia magis probantur. Hinc etiam paſſim *orbis uterque geminus*, de quo vid. Broukhuſ. ad Tibull. 4, 1, 176. et Staveren. ad Fulgent. Mythol. 2, 16. et omnino de varia diviſione terrae apud veteres Cellarius in Geogr. ant. 1, 11. et Berkelius ad Stephan. p. 383. Qui duas partes faciunt, Africam dant vel Europae, ut Salluſt. c. l. Lucan. 9, 413. Auguſtin. de civit. Dei 16, 17. Agathemer. 2, 2. — vel etiam Aſiae, ut Sil. Ital. 1, 195. etſi prius ſit uſitatius. Vid. Scaliger. Hypercrit. cap. 6. et Larcher ad Herodot. 2, 16. Tom. 2. p. 191. Hinc forte Stephanus paſſim pro Libya ponit Aſiam, prout veteres ſecutus erat Geographos, qui duas tantum terrae partes agnoſcebant, nec ideo corrigi debet. Cf. Weſſel. ad Herodot. 2, 16. Sed in ipſa partium enarratione non omnes eundem ordinem ſequuntur. Africam primo loco ponit

Dionyſius, patriae amore ductus, ut putat Euſtathius ad v. 7. Strabo tamen Amaſenſis, ut idem addit, ab Europa exorditur, Mela, Hiſpanus, ab Africa, Plinius ab Hiſpania, ab Italia Solinus, et ſic alii aliter ab arbitrario termino, progreſſi. Cf. etiam Duker. ad Flor. 2, 8, 1.

Tanais) De hoc et Nilo ſuis locis. Tanaim autem plerique Europae et Aſiae terminum ſtatuunt. Sic Strabo lib. 11. in. et multi alii. Cf. Euſtath. ad Dionyſ. v. 14. Stuckius ad Arriani peripl. Ponti Eux. p. 150. et Cellarius in Geogr. ant. 1, 11, 3. Maeotidem ponit Hippocrates de aere cap. 34. in. Sunt tamen, qui Phaſin malint, uti Herodotus 4, 45. Aeſchylus in Prometheo ſoluto apud Arrian. in periplo Ponti Eux. p. 19. Hudſ. eoque reſpicere videtur Plato in Phaedone p. 247. Bipont. ubi dicit, nos habitare a Phaſide ad columnas Herculis. Antiquiorum eam fuiſſe opinionem, poſt dimiſſam, adfirmat Agathemer. 1, 1. Cauſam in eo quaerit Cellarius c. l. quod notior ex Argonautarum fabula fuerit Phaſis, quam Tanaïs. De Nilo cf. ad 1, 2, 2. Alii tamen Europam et reliquas partes iſthmis ſepararunt, ut diſerte notat Dionyſ. v. 19. ubi cf. Hill.

mediam) Imo in Maeotidis extimum angulum. OPORINVS. Ideo in mediam Maeotida dicit defluere Tanaim, quia ſub eodem meridiano ſitum eſſe exiſtimabant veteres oſtium Tanaidis et Boſporum Cimmerium. Itaque medium iſtum lacum transire aiunt et in Pontum egredi per Boſpori anguſtias, tamquam per ſuum oſtium. Sane hunc Boſporum Cimmerium Tanain quoque vocari, alibi [ad Anonymi periplum Ponti Eux. in Geographicis ant. Gronovii p. 140.] oſtendimus. Strabo vero etiam [lib. 2. p. 86. ſ. 126.] totam Maeotida partem vocat Tanaidis. Eadem eſt ratio, ut puto, quamobrem Helleſpontus, quem olim de tota Propontide intellexerunt, Boryſthenes dictus ſit. VOSSIVS.

diverſo) i. e. contrario, uti ſaepe apud Iuſtinum. Nilus enim diverſus a meridie verſus ſeptemtrionem fluit. GRAEVIVS *MS.* Cf. ſupra §. 4. Plurima loca, in iis hunc etiam, de hoc vocis ſenſu congeſſit ad Frontin. 3, 6, 1. Tennulius.

CAP. II.

BREVIS ASIAE DESCRIPTIO.

§. 1. *hanc)* Aſiam, quae Gr. Ἀσία. Dionyſ. v. 20. Ἀσὶς αἶα et v. 25. Αἰσιῆτις αἶα; Ovid. Metam. 5, 648. 9, 447. *Aſis terra.* Inde *Aſiacus*, *Aſiaticus*, *Aſianus* paſſim in Latinis. De Graecis cf. Stephanus h. v. Nomen plerique derivant ab Aſia, Promethei uxore vel matre, minus tamen recte, veluti Herodotus 4, 45. Stephanus h. v. Schol. Apollonii ad 1, 444. Euſtath. ad Dionyſ. v. 270. et 620. Tzetzes ad Lycophr. v. 1283. — Quidam etiam ab Aſieo Cotyos vel Atyos filio, de quo vid. Euſtath. cc. ll. Valckenar. ad Herodot. c. l. Berkel. ad Stephanum p. 177. et Politus ad Euſtath. in Homer. T. 1. p. 488. Addit Stephanus cum Euſtathio et Schol. Apollonii ad 1, 444. ἀπὸ τοῦ πολλὴν ἄσιν ἔχειν i. e. ἰλὺν, uti hanc vocem explicat Euſtath. ad Il. 2, 461. p. 192. f. Baſ. Agathemer. 1, 1. ἀπὸ τοῦ ἄσσον εἶναι τοῖς ἀπ' Εὐρώπης ἀπιοῦσι. Bochartus in Phaleg. 4, 33. a Punica voce *Aſi* i. e. medium, ex ſitu inter Europam et Africam. Olim hiſtorici Graeci ſenſu artiori Aſiam dixerunt, non de tertia orbis terrarum parte, ſed de ea regione, quae ipſis in obpoſita ora erat proxima, de quo cf. Eratoſthenes apud Strabonem lib. 1. p. 45. ſ. 65. et quae ibi notavit Caſaubonus. De vario Aſiae ſenſu disſerunt etiam Stephanus h. v. et Euſtath. ad Dionyſ. v. 620. Sic Priamus ad Virgilium Aen. 2, 557. *regnator Aſiae* dicitur. Ita certe Troada ab Aſio Troem vo-

caſſe, cum antea Ἐπίτροπος vel Ἐπίῤῥοος nominaretur, ſcribunt Malalas in Chronogr. lib. 5. p. 45. Ven. et Cedrenus p. 105. Ven. Homerus, quod et notavit Stephanus, Aſiam et Europam plane ignoravit, certe nomen non adtulit. Nec occurrit apud Hebraeos in V. T. ubi reliqua omnia אִיִּים vocantur. Primum reperitur in libris Maccabaeorum. Poſt accuratius cognita et ad tertiam terrae partem prolata, vel ſic tamen varie deſcripta eſt, uti docuit Cellarius in Geogr. ant. 3, 1. Sic ſtrictiori ſenſu Aſia dicta regio circa Sindicam (Strabo 11. p. 339. ſ. 492. et 7. p. 213. ſ. 311.) *Maeonia*, (idem lib. 13. p. 431. ſ. 627. et Schol. Apoll. 2, 779.) quae tamen antiquiora maxime tempora ſpectant. Latiori ſenſu diviſerunt Halyos fluvii termino, (Herodot. 1, 28.) poſt Tauri montis, ut eſſet Aſia intra et extra Taurum, (ἐντὸς et ἐκτὸς) illa Graecis verſus ſeptemtrionem, haec ad meridiem. (Strabo 2. p. 88. ſ. 129.) Quae quidem diviſio invaluit poſt pacem a Romanis cum Antiocho M. factam, apte quidem, quia συνεχὲς ὄρος δι' ὅλης τῆς Ἀσία διήκει. (Diodor. 18, 5.) Cf. ad Eutrop. 4, 4. Eius partes et regiones recenſet Livius 38, 39. Poſt latius progreſſi Romani Aſiam ſimpliciter dixerunt, propriam etiam, quam in duas partes diviſit Agrippa, uti refert Plinius 5, 28. ſ. 25. etſi prior uſitatius de Aſia propria intelligi ſolet, in quam praetores et proconſules mitti ſolebant; et ſic a Syria aliisque regionibus Aſiae occupatis, quippe quae ſuos haberent magiſtratus et rectores, diſtinguitur, veluti apud Dionem 38, 38. 47, 29. 51, 58. Vid. etiam Cellarius in Geogr. ant. 3, 1, 4 ſqq. Uſſerius in disquiſitione de Aſia proconſulari in. Noriſius ad Cenotaphia Piſ. diſſ. 2. c. 11. et quae adferuntur ad Guthrie Allg. Welt-Geſch. T. 2. p. 95 ſqq. Regiones, quas complectebatur, recenſent Strabo lib. 12. in. et Ptolemaeus 5, 2. Paſſim etiam ex nexu et ſerie narrationis de parte aliqua Aſiae dicitur. Sic Eumenes et Pharnaces reges Aſiae vocantur apud Liv. 40, 2, 8. qui proprie fuerunt Ponti; ſic Atta-

lus paſſim, qui fuit Pergami. Vid. ad Eutrop. 4, 6. 4, 18. Aſia maior et minor poſteriori tempore uſum obtinuit, etſi ad antiquiora tempora ex actibus apoſtol. 19, 31. minus probabiliter referre malit Conſtantin. Porphyrog. de them. 1, 3. Alia porro diviſio civilis fuit, alia geographica. Sed revocat Mela ad tertiam terrae partem, quam eodem modo definierunt Plin. 6, 14. ſ. 13. et Oroſius 1, 2.

tangit) i. e. adluit, ut 1, 19, 16. *lacus, qua terras tangit.* Pro eo 1, 5. in. *contingere.* Quare etiam Ciacconius improbat, neſcio quos, qui hic maluerunt *cingit.* Illud etiam ex ipſo nexu hic eſt magis accommodatum. Saepius tamen ipſum proprium verbum *adluere* ponit.

ita —) Notanda elegans converſio pro ſimplici forma *et — et* ex comparata diverſarum rerum ſimilitudine.

Eous) Multum tribuit hic auctor Graeco ſermoni, dum vitat vocem *Orientalis*, quae utique in L. L. commode derivatur a ſubſtantivo participiali, quod adiungit, nempe *Oriente.* Forſan quia nec a meridie, nec a ſeptemtrione deducit, adiecit, ſed diverſas appellationes ibi praebet Oceanus. Sic voluit etiam reſpectu Orientis dicere potius *Eoum*, quam *Orientalem*, idque plane mordicus tenet, ut patet ex cap. 15. ubi maluit dicere *Eoa litora*, non Orientalia. I. GRONOVIVS *MS.* Eodem modo etiam Plinius 6, 14. ſ. 13. *Eous oceanus;* 10, 50. ſ. 23. *Eoum mare* et 5, 27. *Eoa litora*, etſi idem *meridianum Oceanum* habet 6, 35. ſ. 29. et *ſeptemtrionalem* 4, 27. ſ. 13. Nempe nondum invaluerat uſus, ut vox Orientalis adhiberetur, quippe quae primum occurrit in Iuſtino et hinc in aliis. Quare Plinius praetulit 37, 11. ſ. 2. *Oceanum excortivum*, et 13, 48. ſ. 25. *Orientis Oceanum.* Attamen dixit idem 18, 77. ſ. 34. *Occidentalis.* Nempe adeo dominatur uſus. Graecis eſt Ἠῷος ſ. Ἑῷος vel πρὸς

ἀνατολὰς Ὠκεανός, uti Diodoro 18, 5. ἡ πρὸς ἕω θάλαττα Straboni 11. p. 349. f. 507. Ἠὼς autem pro ἀνατολὴ, unde ἀνατολικὸς explicat Euftath. ad Dionyf. v. 56. Idem vero ad v. 28. eundem etiam Indicum vocari fcribit, et τὸν νότιον intelligit de Erythraeo et Aethiopico praeeunte ipfo Dionyfio v. 36 fq. quem et reddiderunt Prifcian. v. 46 fq. et Avienus v. 67 fq. Sic et Agathemerus 2, 14. ad ortum folis habet Eoum et Indicum Oceanum, ad meridiem τὸν νότιον; ita ut pars orienti propior fit mare rubrum, occidenti Aethiopicum. Contra Strabo 15. p. 474. f. 689. Eoum mare fecernit etiam ab Indico, dum Indiam extendit ab Ariana ad mare Eoum, auftrale et orientale latus Indiae in Atlanticum pelagus procurrere dicit. Cf. 11. p. 349. f. 507. Sic ad meridiem Indicum mare habent Ptolemaeus 7, 1. et 2. et Marcianus p. 25. et 28. Hudf. ad orientem finum magnum iidem cc. ll. Nempe alii Indicum mare latiffime in Orientem et occidentem (alio fitu eft in meridiem) porrigunt, uti patet ex Agathemero 2, 14. et fic in ipfa re confentiunt. Conftat autem fibi Mela cum Plinio, ut feries huius capitis declarat; et loca alia. Cf. 3, 7, 1. et 2. ubi noftrum locum refpicit. Et fic iisdem fere verbis Plinius 6, 21. f. 17. Hinc Taurum ab Eois litoribus ducit 1, 15, 2. cum Plinio 5, 27. et diverfa progreffione ad Orientalem Oceanum promovet Arrian. in Ind. cap. 2.

Indicus) Atqui ab Oriente fic appellari potuit. Sed geographia vetus Indorum terras maxime ftatuit, quae refpicerent verfus meridiem, quod ita longo tenore continuatur, ut partes litorales prope ipfum Nilum adhuc defcriberent fub nomine Indorum; unde apud Martialem 7, 29. [7, 30, 4.] *navigata rubris et niger Indus aquis.* Vnde etiam Victorinus apud Servium ad Virgil. Aen. 4, 378. dixit, mare rubrum effe, quod eft iuxta Indiam. I. GRONOVIUS *MS.* Cf. proxime notata.

Scythicus) Dionyſ. v. 32. vocat πεπηγότα et Κρόνιον, ut v. 48. ubi cum Caſpio coniungit, quod de Scythico poſt adfirmat noſter. Νεκρὸν etiam vocari notat Euſtath. ad v. 28. et 32. ubi ſimul nominis Κρόνιον cauſam adfert ex fabulis. Alia dabunt interpretes ad Plin. 4, 27. ſ. 13. etſi ex Ptolemaeo 3, 5, minus recte Harduinus. Ipſe tamen ibi Plinius et poſt 4, 30. ſ. 16. ſenſu ſtrictiori de parte ſeptemtrionalis Oceani dicit. Scythas autem communi nomine univerſas gentes ſeptemtrionales vocabant, etſi etiam verſus orientem ad mare Eoum et Indiam promovent. Cf. 3, 7. in. et Strabo 11. p. 340. ſ. 507.

perpetua) Continua nec multis curva ſinibus. Id evidens eſt ex vetuſtis tabulis, quae extremae Indiae frontem admodum aequam ſtatuerunt. Hodie autem non adeo planam eius oram eſſe, compertum eſt. VADIANVS. Quaſi directo, quod neque ſinus admittat, neque promontoria proiiciat. Cf. 3, 1, 9. CIACCONIVS. Ipſe Mela hic paullo poſt dicit *ſolida*, cui voci 2, 4, 1. opponit *in duo cornua ſinditur*, ut τῷ *perpetuus* 3, 6, 4. *obliqua retro latera abſtrahit* de Britannia. Gr. eſt διηνεκής, προσεχής. Cf. etiam ad 1, 5, 3.

fronte) *Frontes* ſcriptori dicuntur illae continentis partes, quae maxime in mare procurrunt et eminent; Graecis μέτωπα. GRAEVIVS *MS.* et ſic fere Burmannus. *Frontem* translate dicunt, quidquid advenientibus adverſum occurrit. Et univerſe quidem liberum eſt, quam quis partem ſive oram velit frontem conſtituere; hac vero conſtituta, quae ex obliquo aut transverſo adiacent, latera erunt v. c. 2, 2, 1. Itaque poteſt eadem ora modo frons eſſe, modo latus, prout ad diverſa refertur: veluti 2, 1, 1. quae ora latus eſt Ponti Euxini, fit frons earum terrarum, quae verſus Illyricum porriguntur. Ita etiam 1, 3, 5. 2, 3, 7. Illud tamen obſervaſſe

mihi videor, Melae fere frontem eſſe oram eam, quae mari obverſa eſt, velut 1, 3, 1. 2. cui *Ponticum latus* reſpondet §. 4. 1, 2, 6. 1, 3, 2. 17, 3, 2. 2, 2, 7. coll. 8. 2, 3, 3. 2, 4, 8. coll. §. 9. 2, 6, 3. 3, 1, 3. 6, 4, 8, 6. 10. in. Receſſiſſe tamen ab hoc more ſuo videtur 2, 6, 1. ubi latera dicuntur rami iugi Pyrenaei et ibidem §. 5. — Latera interdum ſimpliciter ſunt partes, 1, 1, 6. et fortaſſe 1, 19. Ita etiam dicuntur orae exiguo intervallo oppoſitae, ut in fretis, ceterum ſimiles et propemodum parallelae, ducta ſimilitudine a lateribus corporis humani, velut 1, 18. extr. 2, 7, 19. MVELLERVS, Rector de ſchola Electorali Miſnenſi meritiſſimus, *in ſpecimine altero animadverſ. in Melam ad h. l.* Sic frons caſtrorum, quae hoſtibus eſt obverſa, in obſidione, quae urbi. Vid. Oudendorp. ad Iul. Caeſ. de B. G. 1, 80. et quae diſputantur ad Liv. 26, 42, 6. Sic *arietis frons*, qua murus ſubvertitur, apud Veget. de re milit. 4, 14. De anteriori ſtatuae parte Rutil. itiner. 1, 230. Sic Graecis μέτωπον de acie in primis, de quo Schweighaeuſer. in ind. Polybii. Hinc ad locorum ſitus refertur, et illam regionum, urbium, montium, fluminum etiam (uti apud Rutil. itiner. 1, 179.) partem indicat, quae in conſpectum maxime procurrit vel prominet, et adeuntibus obiecta eſt. Quod contendit Ancherſen de valle Deae Herthae P. 1. c. 2. (in origin. Dan. P. 1.) p. 32. accuratiſſime Tacitus obſervat, ut illam plagam mundi, cui oculos quaſi et faciem deſcribenda regione obvertit, *frontem* ſemper adpellet; illam, unde orſus eſt, *tergum*, ceteros, per quos incedit, *latera*. Atque ita ſolet etiam Mela, ubi locum vel tractum aliquem undique deſcribit, etſi unum alterumve verbum ſignis ſuis paſſim denotat. Sic 1, 15. de Tauro ponit *latera*, *dorſum*, at *frontem* infert verbis: *ab Eois litoribus exſurgens, vaſte ſatis adtollitur;* 2, 2, 10. de Atho *exſtare* de fronte et *dorſum;* 1, 9. in. de Aegypto *dorſum*, *litus* de fronte, et pro lateribus *immitti*, ut 2, 2. in. 1, 17, 3. de Teo et Clazomenis *terga*

et *frontes.* Sic *frontem* vocat eam regionis, loci partem, quae mari, in quo cursum agit, obiecta est, *latera*, qua in obliquum illa invertuntur; quod apertum est 2, 6, 3. in Lusitaniae descriptione; et sic 3, 1, 7. de eadem *frons* et *flexus.* Sic 3, 1, 3. *ora Baeticae frontis.* Cf. 3, 10. in. 2, 3, 3. Mastusiam 2, 2, 7. *frontem* vocat, quae aliis est promontorium, uti fit aperte 1, 3, 2. Cf. Voss. ad 3, 8, 6. et Perizon. ad 1, 13, 1. Et sic de montibus, qui recto impetu extentaque forma ad plagam aliquam vel terram porriguntur, uti de Pyrenaeo 2, 6. in. ubi frons in terras convertitur, latera versus mare procedunt. In latere enim est linea progressionis, in fronte progressionis initium. Cf. ad 2, 3, 7. Hinc frons potest esse angusta, ut Arabiae. Tum vero frons alio respectu et progressione potest etiam esse dicique *latus*, uti praecedens nota etiam recte declaravit. Sic Asiae *frons* dicitur infra §. 2. ad Hellespontum et 1, 18. extr. *latera.* Cf. loca iam ante notata. Sic et alii. Dionysius v. 242. Aegypto dat τρισσὰς πλευρὰς, pro quo *margines laterum ternos* dicit Priscian. v. 229. et Avienus v. 364. *trinam frontem*, ubi cf. Schrader. Tractum tamen incurvum et sinus excludere videtur. Vid. infra §. 2. *dein fit venienti obviam.* Aliis verbis frontem et latus 1, 12, 4. sic describit: *Inde iam non obliqua pelago, sed adversa adiacens Asia.*

versa) Sic 3, 1, 8. CIACCONIVS. Orosius 1, 2. *per totam transversi plagam Orientis extenditur.* De ipso hoc verbi usu multa legi possunt ad Vellei. Vol. 2. p. 116. ed. Ruhnk. Cf. etiam Longolius ad Taciti German. p. 5.

effundit) Longe porrigitur, extenditur. Infra §. 3. coniungit *late patere*, uti solent auctores proprio verbo tropicum adnectere, et contra, ad amplificationem et variationem.

quantum) Hoc ſi ad Melae et Ptolemaei tempora referimus, verum eſt. Hodie autem, ut deprenſus eſt Africae circuitus, maioris latitudinis Europa cum Africa et mari mediterraneo exſiſtit, praeſertim ſi ab extimis utrimque terminis metiamur. VADIANVS. Maior tamen hodie illarum cum mediterraneo latitudo cernitur. Sed etiam Strabo Africam Europae coniunctam non aequari Aſiae ſcribit lib. 17. [p. 567. ſ. 824.] De propria vero huius apud veteres menſura Plinius 5, 27. ad finem. [ſ. cap. 28.] OPORINVS. Idem monuerunt Graevius et I. Gronovius MSS. nempe quia verſus meridiem parum eſſet cognita.

Inde) Ab illa fronte Orientali ſive in Eoum mare verſa. GRAEVIVS *MS.* Latera deſcribit a fronte recedens. *Aliquatenus* ut *aliquamdiu* Kappius in indice explicat: per ſatis longam regionem locorum, tractum, uti 2, 4, 4. quo ſenſu hoc ſaepius occurrit. Ita quidem ex conſecutione, non ſimpliciter et proprie. Poteſt enim modo ad longum, modo ad parvum intervallum et ſpatium referri, prout fert rei modus et menſura.

ſolida) H. e. nullo mari interrupta, ſed ita, ut coepit, occidentem verſus procedens. Sic de Italia 2, 4, 1. CIACCONIVS. *Solida* ſunt continua, quae non interrumpuntur. Sic *ſolidus dies* apud Horatium; [1. od. 1, 20.] *ſolidus orbis* apud Ovid. Metam. 1, 31. BVRMANNVS *MS.* Non admodum ſolida, quia inter magnum ſinum et eum, qui Gangeticus dicitur, ingenti peninſula procurrit in Oceanum, quae aureae Cherſoneſi nomen habet. Ptolemaeus. [7, 2.] Verum Oceanus illic curvare magis litora, quam ſinus facere videtur, cum amplo illapſu late ea diſtendat, nec anguſtis intret faucibus, ut per ſinus ſolet ſupra nominatos. VADIANVS. Forte huic dubitationi ſuccurrere voluit voce *aliquatenus,* etſi non ſatis illa valet.

Arabicum) Si ab orientali fronte Afiae in occidentem progrediamur, prius occurrit Perficum, quam Arabicum mare, fed in locorum nominibus ordinem perfequi non eft facundiae admodum benigna materia, ut in prooemio teftatus eft Mela. Ideo provinciarum locorumque ordinem interrumpit aliquando, ut hoc ipfo capite: *In flexu,* inquit, *ipfa Cilicia; extra autem Lycia et Pamphylia,* cum Ciliciae propior fit Pamphylia, quam Lycia. CIACCONIVS. Eft haec aliqua, at parum valida excufandi caufa, et quae negligentiae culpam non diluat. Nimirum haec ex progreffionis ferie diiudicari debent.

ex Scythico) Vti fupra. De ipfo errore, quem interpretes notarunt, alibi.

angustior) Quia in noftrum mare inclinans, latera contrahit. VADIANVS. Nimis hoc praemature, cum de fequentibus valeat. Immo, quod ipfum indicat nofter, propter Scythicum Oceanum, a quo tractum illum occupari credebant, ubi hodie eft terra continens. *Recipit, accipit* nofter de mari, finu, terra, in quae Oceanus, amnes exeunt, vel penetrant. Vid. 3, 1, 6. 3, 8, 2. 1, 1, 3. Sic hic poftea *excipere.*

quam fuerat) Hoc ad vetuftae picturae fidem retulit. Hodie falfum effe nemo nefcit. VADIANVS.

finem) Hoc eft ad caput Bonae Spei, verfus meridiem, et Tanain, verfus feptemtrionem. OLIVARIVS. Ad terminos, quibus feparatur Africa et Europa. GRAEVIVS *MS.* Vbi vel homines, vel ipfa natura terminavit appellationem Afiae, et regiones alio nomine occurrunt. I. GRONOVIVS *MS.* Europae a feptemtrione, Africae a meridie. Ideo ait altero cornu ad Tanaim eam, altero ad Nilum pergere. Nam mediam aeftus maris noftri cohibent. VADIANVS. Recte haec. Nam de capite Bonae

Spei nemo hic ferio cogitet. In ipfa oratione formae variatio notanda eft.

aequoribus) Aegaeo, Hellefponto, Propontide, Euxino, Maeotide. OPORINVS. Mediae Afiae parti adfunditur mare mediterraneum in Syria nimirum et Afia minori. GRAEVIVS *MS.* Res ipfa docet, hanc partem Afiae primo Graecis fuiffe cognitam, unde huc egregie convenit, quod docuit Bochartus in Phaleg. 4, 33. *Afi* notare medium in fermonibus Orientis. I. GRONOVIVS *MS.* Cum Mela in utroque latere mediae Afiae cornua notatis locis ponat, fatis adparet, mediam latius hic valere et intra duo illa cornua quaerendam effe.

excipitur) Venuftum verbum, quod indicat, curfum, vim, impetum alicuius intercipere et fiftere, quocunque id fiat modo. Sic *ruentem* Virgil. Aen. 10, 387. *fugientes* Cicero Catil. 3, 4. *progreffos* Solin. cap. 27. f. 24. — Plura in Lexicis proftant. Cf. etiam de vi huius verbi Garaton. ad Cicer. pro Sextio c. 66. Eft igitur hoc loco: Continua ferie inde ab Eoo mari procurrens Afia ad mediterraneum mare in curfu recto definere cogitur, et hinc dextrorfum et finiftrorfum in Scythiam et Aegyptum avertitur. Vid. Burmann. ad Lucan. 2, 420. ubi hunc locum explicavit.

cornu) Metaphoram ab hiftoricis R. ufurpatam in ordinatione acierum, ubi cornu dicitur pro latere, hic auctor traducit quoque ad Geographiam fatis commoda ratione, ubi non tantum latera fic notantur, fed laterum quoque extremitates aut prominentiae. I. GRONOVIVS *MS.*

§. 2. *Ora eius)* *Orae* nomine videtur intelligere tantum eam partem Afiae, in qua confinia funt Africae et Europae. Nam in alveo Nili confinia Africae

et Aſiae collocat; ab oſtiis autem Nili mare noſtrum usque ad Tanaim, et huius ripa Europam ab Aſia ſeparant. Capite tamen 3. *oram* vocat ambitum totius Europae. NVNNESIVS. *Ora* hic extremitatem et terminum notat, ut apud Ciceronem lib. 2. de finibus [c. 21.] *regiones, quarum nulla ora, nulla extremitas.* Sic cap. ſequ. de Europa: *Ora eius a Tanai ad Helleſpontum.* CIACCONIVS. Recte de extremitate et finibus ſenſu verbi proprio, uti etiam explicat Servius ad Virgil. Aen. 9, 528. *Ripa* autem eadem ratione ad Nilum, qua poſt ad Tanaim.

cum alveo) Senſus: Ora Africae ſecundum Nili alveum ripis in pelagus deſcendit. Nam in ortum porrecta Libya ad Nilum ripas facit, ſicut a ſeptemtrione et occaſu, mari terminata, litus. VADIANVS. Loquitur paullo indiſtincte, quia noverat Geographos de accurata diſtinctione Aſiae ab Africa disſentire, aliis ſtatuentibus ſinum Arabicum, aliis Nilum, aliis denique integram Aegyptum ſeparantibus et ab Africa et ab Aſia. I. GRONOVIVS *MS.* 1. Aſiae Africaeque terminos cum noſtro hic ad Nilum ſtatuit etiam Plinius 3, 1. et Agathemer. 1, 1. Canopicum eius oſtium Marcianus p. 7. Hudſ. Alexandriam, quod perinde eſt, alii teſte Hirtio de B. Alex. c. 14. Cf. etiam Plinius 5, 9. ſ. 4. 6, 38. ſ. 33. De pluribus in Aegypto terminis disputat Herodotus 2, 16, 17. Alii iſthmis orbis terrarum partes ſeparant, et hic ponunt eum, qui eſt inter Arabicum ſinum et Aegyptum, veluti Dionyſ. v. 24. aliique teſte Agathemero 1, 1. Sinum vero Arabicum melius terminum fieri exiſtimat Strabo 1. p. 24. ſ. 35. Infra 1, 8, 2. noſter Catabathmon Africae finem dicit. Cf. Salluſt. Iug. c. 19. Cellarius in Geogr. ant. 1, 11, 3. et quae ad 1, 9. in. notavi. *Deſcendit* poſt apte propter connexum cum fluminis delabentis curſu.

incedit) Ab occidentali oſtio Nili ad ſinum Iſſicum;* neque omnino adverſa pelago obiacet terra neque

omnino cedit, ac se patitur demergi, sed obliqua quodammodo venienti litora porrigit, et ab eo flexu vi maiori resistere incipit, et quasi victrix ingentem frontem in altum agit. Sic cap. 12, 4. CIACCONIVS. Nempe iuxta eandem lineam, quam tenuit in parte sua Africana, ita patitur istud pelagus adhuc aliquantisper procedere. I. GRONOVIVS *MS.* Ita. Nam, quod ad sinum Issicum hic proferunt, uti Vadianus, Ciacconius, Oporinus, Graevius MS. id ad subsequentia pertinet; hic ad initium Palaestinae, quod et viderat et contra Vadianum notaverat Soonus. *Diu* autem de progressione et tractu, ut §. 3. 1, 3, 5. 1, 9, 2. 2, 1, 8. et alibi. Sic *aliquamdiu* 1, 13, 3. 2, 5, 5. Porro *ripa* de flumine, *litus* de mari, quae diserte discernit 3, 9, 3. ut Ovidius Metam. 1, 42. *pro ripis litora pulsant.* Cf. ad 2, 1, 4.

venienti obviam) Tamquam pelagus non admissura. VADIANVS. Atqui iam ante veniebat. Nempe ita describit acrem et vehementem impetum, qualis solet esse aciei, cum vehementia aggredientis hostem, ut notet, quoniam terra illic resistit impetenti ac porro irrumpere conanti, prout illud verbum aliquoties eo sensu usurpat Florus. I. GRONOVIVS *MS.* *Venire* de vario motu motusque consilio valet, quippe est verbum generis, prout nexus definit. Hic accedit vox *obviam;* et sic *obviam venire* hostili sensu dicitur, de quo vid. Dukerus ad Flor. 3, 14, 14. et, quem adlegat, Barth. ad Claudian. 4. Consul. Honor. v. 484. Pro eo Florus 4, 11, 4. *venienti bello occurrere.* Explicat hunc locum ipse Mela 1, 12, 4. Describit autem hic Asiae litora ab initio Palaestinae ad sinum Issicum, unde deinceps ad Cariam et Troada progreditur.

ingenti ambitu) Sic vocat sinum Issicum, quem *grandem* dicit 1, 12, 4. et *maximum* 2, 7, 5. Sic Dionysius [v. 119.] κόλπος ἀπείρων. CIACCONIVS. Hic

totus locus de forma Aſiae, artificioſus et ſubtilis eſt. Deſcribit enim a Nilo ad Tanaim ſinus et promontoria. *Porrigit litora*, quum iacet utrimque pelago ſubmovente latera et diſiungente; *fit venienti obviam*, quum ſinus aut promontoria facit. SOONVS.

incurvat) Apte et ad ſenſum, uti ſolet noſter, poeticam formam imitatus, pro facit ambitum.

fronte) Igitur ubi latus contra obiectum mare et diverſa progreſſione trahitur. Sic *diverſas frontes* Hiſpaniae dat 1, 3, 5. *Latus* poterat dicere, at *frontem* praetuliſſe videtur propter longiorem extenſionem, uti contra Ponticum latus. Quia vero in definienda hac parte ad Helleſpontum ſubſiſtit, cum prope Cariam litus inflectatur, *extendit* omnino de longo tractu et latiori ſenſu poſuit. Nempe ſic ad Troade usque procedit, ut diſerte ſcribit §. 6.

Helleſponticum) Vid. in notis criticis ad h. l.

transverſo margine) Leniter reflexo litore ab eo angulo, qui infra Colchidem eſt ad usque Boſporum Cimmerium. VADIANVS. *Margine* poſuit pro litore, ut in Hiſpania 3, 1, 7. et *transverſo* pro obliquo. Nam de hoc aditu Maeotidis ſic ſcribit c. 19, 15. *obliqua tunc regio et in latum modice patens, inter Pontum Paludemque ad Boſporum excurrit*. CIACCONIVS. Nempe linea obliqua illi, quam in Aſia litore ſuppoſuit, a meridie in ſeptemtrionem; nunc oppoſita lineam ab oriente verſus occidentem exhibet, plane ut in charta agnoſcit Iuvenalis [6, 483.] *longi relegit transverſa diurni*, quae ſcilicet in margine per aliter ductam lineam interdum ſolent addi. I. GRONOVIVS *MS.* Discrepant hic omnino interpretes in conſtituendo initio transverſi marginis et ipſa lineae eius progreſſione. *Transverſus* intelligitur ex iis,

quae veteres de forma epiſtolarum et libellorum memorialium commemorant, in quibus paginas et tabulas ſolebant ſitu et ordine, quo ſit hodie in libris, ſequi. Quodſi impleta verſibus, recto ordine ſubſequentibus, pagina aliquid ſupereſſet, quod illa non caperet, nec tamen in novam paginam coniicere vellent, tum vero transverſo pagina ſcribebant in margine. Hinc Cicero ad Attic. 5, 1. *Nunc venio ad transverſum illum extremae tuae epiſtolae verſiculum.* Hinc transverſa charta, qua ante Iul. Caeſarem conſules et duces in epiſtolis ad ſenatum mittendis utebantur ſec. Sueton. in Caeſ. cap. 56. ita deflectit a vulgari epiſtolarum forma, ut maior eſſet latitudo chartae, quam longitudo a ſummo ad imum. Sic omnino poſita aliqua linea intelligitur transverſa, uti lineae a meridie in ſeptemtriones ductae, quod hic vult Gronovius, transverſa eſt ab oriente in occidentem. Porro cum transverſa facto angulo a priori linea diſcedant, illud latus hic intelligi debet, quod inde a Colchide, ubi curvum eſſe litus deſiit, ad os Maeotidis ſ. Boſporum Cimmerium extenditur. Atque ita idem valet, quod dixit *flexus in ſinu adverſi litoris ſe adtollens* 1, 19, 12.

ipſam, gremio —) Clarius nunc loquitur, quam ſupra de Nilo, quia fere omnes ſtatuerunt, Tanaim eſſe limitem Aſiae et Europae. I. GRONOVIVS *MS.* 2. Recipit paludem ſinu facto ſc. circa iam reducta. GRAEVIVS *MS.* I. e. incurvat ſe primum usque ad oſtia, per quae Tanais in paludem evolvitur; deinde uti Tanais deſcendit, ita ipſa aſcendit. Cf. antea de Nilo. MVELLERVS *in proluſione ſcholaſtica* 2. *ad h. l.* *Gremium* quod quidem abeſſe poterat, ſed ad ampliorem et inluſtriorem orationis formam acceſſit, de medio litorum ſinuum interiori flexu ſic etiam dicitur 2, 3, 1. 3, 5, 4. De lectione et ſenſu verborum, quae disputarunt viri docti, vid. not. crit. Equidem mutata maxima diſtinctione ita explicanda puto:

Aſia penitus nunc in anguſtiſſimum ſpatium retracta, quo paludem continet. —

§. 3. *primos)* Quod iam notarunt I. Gronovius MS. et Perizonius, non reſpectu temporis et originis dixit, ſed ſitus et initii Aſiae ab Oriente deducendae. Sic 2, 1, 2. et paullo poſt 1, 4, 4. ubi, quod hic eſt *accipimus*, dixit etiam *audimus*, quo ſenſu illud et alibi ponitur. Cf. etiam praef. extr.

Indos) De his et aliis ſuo loco, niſi qui cum regionibus in hoc tantum capite commemorantur. Indi vero et Seres ſaepe coniunguntur, veluti ab Horatio 1, 12, 56. Floro 4, 12, 62. Cf. Broukhuſ. ad Propert. 3, 3. in. 4, 3, 8. et noſter infra 3, 7. in.

Spectant) De gentibus habitare, de locis ſitum eſſe. Sic et Graeci βλέπειν ponunt. *Aeſtus* non maritimi, ſed ſolis, ut 1, 9, 4. propter viciniam torridae zonae, uti contra poſt *frigoribus*. De voce *diu* ad §. 2.

continuis) Nullis aliis gentibus interiacentibus. *Continuus* eſt non interruptus. Sic Vellei. Paterc. 2, 110. *ſilva;* Sueton. in Caeſ. c. 38. *agri.* GRAEVIVS *MS.* Sic ſaepe. Supra *perpetuus.* Vellei. cap. 109, 5. *continentes ſilvae.*

Ariane) Plinius 6, 23. ſ. 25. Arianen ab Aria nihil ſeparaſſe videtur, quia conſtat, Ariam fuiſſe fertiliſſimam, Arianen ad Auſtrum maxime ambuſtam fervoribus, quod utrumque de Ariana narrat Plinius. Strabo certe, ſicut Pomponius, lib. 15. [p. 497. ſ. 723. ſ.] omnino ſeparat, nomenque Arianes ad usque quandam partem Perſarum ſecundum oram Auſtrini Oceani ad Medos et Bactrianos, tum et Sogdianos ſeptemtrionales extendi aſſerit. Gentes vero eius eſſe Paropamiſadas in

Indum verſos, poſt Arachotos in Auſtrum, et ſimiliter Gedroſios aliosque, qui oram illic habitant. Ideo idem lib. 11. [p. 355. ſ. 516.] Arachoſiam, ad Indum usque in ortum excurrentem, Arianae partem eſſe ſcripſit. Hinc Mela hoc loco Gedroſiam ſeorſum nominat, quod ea non tota ad Arianen pertinet; *Ariam* autem idem lib. 11. [c. I.] Bactrianae conterminam et monti ſubiectam, qui Bactrianam habet, quae ad occidentem Paropamiſadis adiacet, ut et Ptolemaeus tabula Aſiae nona indicat. — VADIANVS. Ariam hic non recte collocat, tamquam ſi litoralis eſſet regio. Hoc miror, neminem hic reprehendiſſe, illud vero reprehendiſſe, quod Ariam et Arianam diverſa faciat, cum tamen in eo prorſus nihil commiſerit. Verum operae pretium eſt, paucis oſtendere, quamnam veteres differentiam inter Arios et Arianos ſtatuerint, quoniam haec res multos eruditos egit. Ὁ πάνυ Salmaſius in aliquot locis [vid. ad Solin. p. m. 358. 845 ſq. —] eos diſtinguit, alibi vero eosdem eſſe affirmat in ſuis ad Solinum commentariis. [vid. p. m. 845.] Verum ita ſe res habet. *Aria* regio ſemper dicta fuit illa tantum portio terrae, quae ad Arium flumen erat ſita. Non tantum usque ad tempora Alexandri M. et ſucceſſorum eius, verum etiam multis ſaeculis poſtea Ariae iidem fuerunt termini, quos Ptolemaeus [6, 17.] et alii huic adſignant. Scio quidem Herodotum [7, 62.] et Pauſaniam [2, 3.] narrare, Medos dictos fuiſſe Arios ante adventum Medeae; verum id nihil ad rem facit, etiamſi verum ſit; et forſan fabula eſt. Immo auſim adfirmare, eſſe fabellam, cum iam ab ipſo ſtatim initio ita ſint dicti, nec ullum aliud habuerint nomen. *Ariana* vero longe alia eſt. Nomen id inauditum ante tempora Alexandri. Verum poſtquam ab Ariis ſubacti fuere, Bactrii, Gedroſi, Sogdiani aliaeque complures gentes, factum eſt, ut pleraeque illae regiones Ariorum dicerentur provinciae. Plinius itaque [6, 23. ſ. 20.] Gedroſos, Arachotas et Paropamiſadas vocat Ariorum ſatrapias, quod, ſecus ad Salmaſius facit, ad

ditionem referri debet. Arii unius regionis dicuntur incolae. Longe alia eſt Ariana. Illa enim extenditur ab Indo flumine usque ad os ſinus Perſici. Comprehendit vero praeter ipſam Ariam has quoque regiones: Gedroſiam, Drangianam, Arachoſiam, Paropaniſum, Bactrianam, Sogdianam, Parthiam, Carmaniam, et ſi quas alias regiones ſubegerunt aut Menander, aut alii, vel ante, vel poſt illum Ariorum duces. *Aria* itaque nomen unius tantum regionis, *Ariana* vero totum continet Ariorum imperium. Attamen quaedam ex ſupra dictis provinciis non totae ſub Arianes nomine continentur. Carmaniam vero integram contineri teſtatur Strabo tum alibi, [lib. 15. p. 495. ſ. 720.] tum etiam, cum inquit, Carmaniam ultimam eſſe partem Arianae. [lib. 15. p. 499. ſ. 726.] In priori vero loco, ubi Ariana dicitur prima portio Aſiae Perſis ſubditae, cum ſic Carmania, pars Arianae, poſtrema eſſe non poſſit, pro ἡ Ἀριανὴ μερὶς πρώτη leg. ἡ Ἀριανῆς μερὶς πρώτη. Sic omnia clara et manifeſta ſunt. Melae autem verba ſic accipienda, ac ſi dixiſſet, Indo proximam eſſe Arianam, deinde ipſam Ariam, unde reliquis nomen. Verum in eo peccavit, quod littoralem fecerit Ariam. VOSSIVS. Ita etiam explicat Harduinus ad Plin. 6, 23. ſ. 21. Arios et Arianos diſcernunt etiam alii, in quibus Plinius 6, 29. ſ. 25. cum Strabone lib. 11. p. 355. ſ. 515. et lib. 15. p. 495. ſ. 720. Latius Arianos ad Indiae fines extendit Diodor. 2, 37. contra alibi Arios. Alii alterutrum populum commemorant, ut *Arios* ſolos Arrian. de exped. Alex. 3, 25. et alibi; *Arianos* Dionyſ. v. 714. et 1098. Alii promiſcue utrumque ponunt, in iis Curtius 6, 6, 20. et 7, 3. in. in eadem narratione. Cf. ibi interpretes; Arrianus c. l. ſuo more hic habet Arios. Ita Arios laxiori ſenſu intelligit Plinius 6, 23. ſ. 21. dum Gedroſios, Arachotas — iis contineri ſcribit. Contra Arianos idem ſtrictiori ſenſu 12, 18. ſ. 8. ubi a Gedroſiis diſtinguit, et Theophraſtus hiſt. plant. 4, 5. de eadem re Ariam habet; item Strabo 15. p. 498. ſ. 724.

ubi, dum Alexandri expeditionem defcribit, ab Arianis ad Drangas eum veniffe narrat, quos alias fub Arianis complectitur, et paullo ante Ariis conterminos facit. Alii enim, qui idem iter defcribunt, Arios nominant, uti Arrian. 3, 25. c. l. Curtius 6, 6. Diodor. 17, 78. fi cum Arriano compares. Sic Artacoana Ariis tribuit Arrian. 3, 25. Arianis Plin. 6, 25. f. 23. quod et obfervatur in Ario fl. Vid. Salmaf. ad Solin. c. 55. f. 58. p. m. 843 fq. Arios autem fenfu anguftiori ponunt Diodor. 18, 3, 39. et Iuftin. 13, 4, 22. in divifione regni poft Alexandrum M. Pofterior utique aetas folam Ariam videtur n..viffe, quippe quam folam habent Ptolemaeus 6, 17. et Ammianus 23, 6. etfi hic incolas vocat Arianos, non Arios. Proprie tamen, ut fatis docuit Voffius. Quod Arianam eſt latiori fenfu eandem effe putat Uphagen in parerg. hiftor. p. 142 fq. quae fit Aria, ftrictiori fenfu parvam tantum regionem, Perfidi et Carmaniae iunctam, h. Argian, parum hinc eft probabile. At Mela Arianae fines contrahit, dum regiones fubiicit, quae in illa continentur, de quo vid. not. crit. Dicuntur autem illae regiones Gr. Ἀριανὴ et Ἄρεια vel Ἀρία. Hinc Ἀριανοὶ, poetis, ut Dionyfio v. 714. et 1098. Ἀρηνοὶ, et hinc Avien. v. 895. *Arieni.* Geogr. Ravenn. 2, 4. *Ariini.* Ab Aria dicuntur Arii, in Graecis modo per ει modo per ι, ut ipfa regio, nec fibi conftant auctores editi in iisdem adeo editionibus. Cf. Herodot. 3, 93. 7, 62. et 65. (Weffel.) Diodor. Sic. 18, 3. 5, 39. Ab Ἄρειοι ductum *Arei* apud Iuftin. 13, 4, 22. quod et praeferunt MSS. notante Gronovio 41, 1, 10. Vfitatius tamen in aliis legitur *Arii.* Ἀρισὸς ab Aria notat ex Hellanico Sephanus. Ab Ariis autem defcendiffe videntur Ariani, uti a Sogdiis Sogdiani, a Bactriis Bactriani et fic in aliis, quod valet ad Voffii notam. *Aria* nominata ab Ario. (Arrian. de exp. 4, 6. et ex eo Euftath. ad Dionyf. v. 1098.) Ipfam Arianam ambuftam fervoribus defertisque circumdatam dicit Plin. 6, 25. f. 23. male cultam ob foli malignitatem Strabo 2.

p. 89. f. 130. ſterilem Dionyſ. v. 1099. et ex eo Priſcian. v. 1005. et Avien. v. 1300. In Aria tamen vini fertilitatem praedicat Strabo 11. p. 355. ſ. 516. et aliquot urbes commemorat; plures Ptolemaeus 6, 17. et iis adeo abundare adfirmat Ammian. 23, 6. quae partim ex ſuperioribus iudicari debent. Ariana complectitur h. orientalem Perſiam; Aria h. *Iran*, vel aliis *Herat* eſſe putatur. Vid. Borhek Beſchr. von Aſien T. 3. p. 436. Mannert Geogr. 5. p. 4 ſqq. de Perſia.

Cedroſis) Carmaniam omiſit, quam tamen inter Gedroſiam et Perſida mediam recenſere debuerat. Ipſum hoc non ignoraſſe adparet ex eo, quod infra [3, 8, 4.] Carmanios ad introitum ſinus Perſici recte collocaverit. VOSSIVS. Si verum et integrum Melam dederunt librarii, parum ille certa lege agit, ut antea iam monui. Ariana videtur complexus eſſe; at ſic Ariam, Cedroſin poterat cum aliis quibusdam etiam omittere, aut omnes debebat memorare, quarum in primis in uberiori expoſitione mentionem fecit. Tum vero ex hac comparatione magna vel inconſtantia, vel depravatio elucet. De ipſa Cedroſi vid. ad 3, 8, 4.

Perſarum) Non proprie ipſi Perſae, ut ipſi Arabes ſinum Arabicum, quoniam Perſia non tetigit Oceanum, ſed tantum populi Perſarum, ſeu Perſis ſubiecti, ſeu a Perſis progeniti. I. GRONOVIVS *MS.* Hinc vero dixit non Perſae, ut Arabes, ſed populi Perſarum. *Alterum* i. e. Arabicum.

Aethiopum) Quia Nilo Africam terminavit. VADIANVS. Cf. 3, 9. in.

Illic) Ad latus ſeptemtrionale in occaſum. VADIANVS. Verſus ſeptemtrionem. Hactenus enim expoſuerat litorales populos Aſiae Orientalis et auſtralis. GRAE-

vivs *MS.* Nempe ex fuperioribus *illic* intelligi debet, etfi non aperte *hic* praeceffit.

Cafpiani) Hos et Cafpios eosdem putant Vadianus, Oporinus et Kappius. Tum vero Cafpium finum proprie dixit, de Cafpii maris parte, ad quem 3, 5, 4. Cafpios ponit, ut ad Hyrcanum et Scythicum alios, quos feorfum hic memorat, etfi vel fic Albanos omifit. Si tamen hic latiori fenfu Cafpium finum pofuit pro toto mari, quod vocant, ut Plinius 2, 68. cum hic non tam regionum et locorum partes perfequatur, quam potius fummatim illa complectatur, tum verbo *cingunt* ampliorem ambitum indicet, Cafpiani videntur effe Cafpianae gentes, quas et ita vocat Plinius 6, 15. f. 13. et nofter poft aliis in hoc tractu interponit. Sic Cafpiani occurrunt in Curtio 4, 12, 9. et quidam pro *Captiani* non temere fubftituunt in Nepotis Dat. 8, 2. Ipfum regionis tractum Κασπιανὴν videtur vocare Strabo 11. p. 346. f. 502. Cf. Vol. 1.

Ultra) In occafum et feptemtrionem. VADIANVS. Verfus Sarmatiam Afiaticam. OPORINVS. Hic non ad feptemtrionem fupra Cafpianos declarantur fitae Amazones, fed ad occidentem in eadem fere linea progrediendo. Nam hae funt Amazones, non illae in Cappadocia habitantes, fed in feptemtrione, quae a Plinio 6, 13. f. 15. et ipfo Mela 3, 5, 4. ideo dicuntur *Amazones Sauromatides.* Similiter et Hyperborei eadem ratione verfus occidentem tendebant ultra Amazones. PERIZONIVS. Mela ab Oriente Indiae progreditur ad Nilum usque i. e. ad occidentem, quatenus ea ora meridiem fpectat. Hinc ad obpofitam plagam pergit, ubi voce *illic* de Scythis fupra indicaverat. Igitur utro modo te vertas, habebis hic occidentem, quatenus eius latus feptemtrionem vergit.

Amazones) Quas 3, 5, 4. vocat *Sauromatidas*, ubi plura de iis, ut de *Hyperboreis* ad 3, 5, 1.

§. 5. *Interiora)* Sequuntur gentes mediterraneae. Nempe quando de terris loquitur noſter, *interius* ſignificat regiones a mari remotas. Vid. 1, 6, 2. ubi ipſe explicat ſic: *interius et longe ſatis a litore. Oram* obponit 1, 19. in. ubi cf. notata. Et ſic alibi. Contra de mari eſt in medio mari, ut 2, 7, 11.

Gandari) Incipit rurſus a parte Aſiae orientali. De ipſis his populis ſive ſcripturam ſpectes, ſive ſitum, fervet interpretum disputatio, uti ex not. crit. patuit. Efferuntur enim varie, veluti Γανδάριοι, Γάνδαροι, Γάνδαραι, quod ibi notavi. Iidem etiam dicuntur Γανδαρίδαι a Diodor. 2, 37. 17, 91. et alibi, Plutarcho in Alex. M. cap. 62. etſi ibi in fine per τ, et in orat. 1. de fortit. Alex. p. 295. Lipſ. ubi quidem vulgo Γανδρίδαι. Pro eo Γαργαρίδαι exſtat in Dionyſio v. 1144. Priſciano v. 1050. et Avieno v. 1349. etſi dubie in his, cum in Dionyſio libri quidam Γανδαρίδαι, quod et probant viri docti, et in Priſciano *Gangaridae*, qua forma utuntur Latini, ut Virgil. Georg. 3, 26. Curt. 9, 2, 2. Plin. 6, 22. ſ. 19. Solin. c. 55. ſ. 52. (etſi hic minus recte *Gangarides* habet) Valer. Flacc. 6, 67. et ipſe Ptolemaeus 7, 1. qui tamen ſitu diſtinguit a Gandaris. Ita vero, quaſi a Gange adpellati, unde et *Gangaridae* probat Cellarius in Geogr. ant. 3, 23, 34. et in Diodoro emendat, uti Oberlin. ad Vibium p. 396 ſq. Cf. ad 3, 7, 6. Sic utraque forma variatur in libris Oroſii 1, 2. p. 21. Haverc. Ipſorum regio Straboni 15. p. 481. ſ. 699. dicitur Γανδαρὶς, et ib. p. 479. ſ. 697. Γανδαρῖτις. Cf. Salmaſ. ad Solin. c. l. etſi hic falſa ex auctoribus admiſcet. Γανδαρικὴ eſt apud Stephanum ſ. v. Ῥῶν. Gravior de ſitu disputatio. *Gandaridas* ſuos Diodorus circa Gangis oſtia et verſus Oceanum ad Orientem locat, in quo cum Curtio et Ptolemaeo, in quibus tamen ſunt *Gangaridae*, conſentit. Plinius etiam 6, 22. ſ. 19. noviſſimam gentem ad Gangem eſſe ſcribit; et parum discrepant alii quidam.

At miſti videntur duo populi illorumque ſedes eſſe diverſae. In Mela certe ferri hic ad Gangis oſtia nequeunt. Succurrit Strabo, qui Gandaritim longius inde removet ad Pori ditionem trans Aceſinen et Hyarotim ad Hypanim cum Dionyſio. Ita etiam Ptolemaeus Gandaras a Gangaridis ſitu longe remoto ſeiungit, quorum illis nihil omnino cum Gange fuit commune, ſed ex Alexandri hiſtoria vel forma depravata vel populi miſti. Cf. Salmaſius et Harduinus, hic ad Plinium, cc. ll. Hinc vero intelligitur, cur a Stephano Ῥῶν dicatur πόλις Γανδαρικῆς Σκυθίας et ad Gerrum et Scythas relegentur Gangaridae i. e. Gandaridae a Valerio Flacco 6, 67. Hinc vero de utraque in auctoribus ſcriptura poteſt iudicari. Cf. notae criticae.

Paricani) Ita et in aliis occurrere dictum eſt in not. crit. Stephanus ex Hecataeo derivat a Paricane, Perſidis urbe. Quod ſi recte habet, cum non de urbis incolis loquatur hic Mela, ſed de toto populo, primaria illa regionis Perſicae urbs fuit, quod cernitur in Bactris et aliis. Harduinus ad Plin. 6, 18. ſ. 16. coniicit, forſitan eſſe eos, quos Cteſias apud Photium cod. 72. p. 109. Βαρηκανίους (al. Βαρκανίους) vocet. Sed de eorum ſitu certi aliquid conſtitui vel ſic nequit. Stephanus ex Hecataeo omnino Perſidis urbem vocat. Cum in Cteſiá praecedant Derbices, (de quibus 3, 5, 4.) et Herodotus coniungat cum Caſpiis, in illo tractu quaerendi videntur. Si *Attaſini* Plinii 6, 18. ſ. 16. quos inter Candaros et Paricanos ponit, ex Harduini opinione Strabonis 11. p. 354. ſ. 513. ſunt Attaſii, etſi alii Augaſii malunt, ad Maſſagetarum et Sacarum confinia reiici debent, et tunc Mela inde ab India verſus auſtrum et ſeptemtrionem interiores populos recenſet. Diverſi *Pariani*, de quibus ad 1, 19. in.

Bactri) Sic et Plinio 6, 18. ſ. 16. et alibi vocantur. Stephanus idem notat et Βάκτριοι et Βακτριανοί,

quae duae formae variantur adeo in libris apud Arrian. de exped. Alex. 4, 17. ubi Gronovius et Schmiederus praetulerunt prius. Et sic 4, 15. et alii multi auctores, qui tamen nec ignorant posterius, ut ipse Arrian. 4, 1, 6. qui sic modo Susii scribit, modo Susiani, de quo Blancard. ad 3, 11. p. 179. Sic Βάκτροι et Βακτριανοὶ in libris Herodoti 3, 92. Bactranos etiam a Βάκτροι dici posse, uti est in cod. Palat. arbitratur Salmas. ad Spartiani Hadrian. c. 21. extr. quae tamen forma vix alibi occurrat. Si latius patent Bactriani, quam Bactri, ipsi auctores discrimen turbant. Ipsa regio, Βακτριανὴ usitate, at et Βακτρία apud Strabon. 11. p. 355. s. 516. Ctesiam in excerpt. apud Phot. p. 120. Plin. 8, 26. in. s. 18. dicitur; eius urbs primaria τὰ Βάκτρα. *Bactrum* tamen etiam reperitur apud Plin. c. l. Solin. c. 52. s. 49. et a Stephano memoratur Βάκτριον. Dicta olim *Zariaspe* (Strabo 11. p. 354. s. 514 sq.) et μεγίστην vocat Arrian. de exp. Al. 4, 1. Plures urbes recenset Ptolemaeus 6, 11. et Strabo 11. p. 356. s. 516. Alias condiderat Alexander M. alias everterat. (Strabo 11. p. 556. s. 517.) A Sogdiana dirimebatur Oxo fl. (Strabo 2. p. 59. s. 73.) et vicina erat Ariae et Indiae, (idem paullo ante) Margianae et Paropamisadis. (Ptolem. 6, 11.) Alexander Persis eripuit, quo mortuo in satrapias distincta fuit, et Arianae adscripta. Idem 2. p. 50. s. 73. et 11. p. 356. s. 516. excepto oleo omnium feracem praedicat. H. ubi habitant *Tatari Usbeks* s. ubi *Chorasan*, omninoque versus orientem a Caspio mari in Tataria libera. De Sugdianis ad 3, 5, 6.

Harmatotrophi) Eodem nexu coniungit Plinius 6, 18. s. 16. Vid. plura in not. crit.

Comarae) *Gomarae* esse videntur Martino in hist. des Gaules Tom. 1. dissert. 12. p. 134. quos explicat Gomariens, Cimmeriens, Aborigines, qui post Celtae et

Galli dicti fuerint; ſuo id more. At nihil inde ad Melam proficitur. Cf. etiam, quae disputat Bochartus in Phaleg. 3, 8. de terra *Gomer*, cui eſt Phrygia κατακεκαυμένη. Uphagen in parergis hiſtor. p. 20. Cimmerios putat Gomerios, qui olim habitarunt a Danubio ad Tanaim, et poſtquam per Thracium Boſporum diſperſi in Europam penetrarant, Gallos etiam et Cimbros latius complectuntur. Sed nolo his hariolationibus praeter rem emiſſis inhaerere.

Comani) Praeter ea, quae in not. crit. contuli, Κόμανα, τὰ, urbs Ponti, aliquoties in Strabone, uti 11. p. 359. ſ. 521. memorantur; cognominis Cappadociae ſuperioris 12. p. m. 383. ſ. 557. huius etiam in Euſtathio ad Dionyſ. v. 694. Sed utraque cum incolis, urbis praeterea et hoc gentili hinc remota. De *Paropaniſiis* vid. ad 3, 7, 6. de *Dahis* ad 3, 5, 6. et de voce *ſuper* Vol. 1. pro *ultra*, ut ὑπὲρ in Graecis, de quo multa exempla congeſſit Hill. ad Dionyſ. v. 138. Poſt *Chomari*, quos in Bactrina in not. crit. memoravi, optime hic locum ſibi vindicant.

Maſſagetae) Gr. Μασσαγέται. Hos et Sacas antiquiſſimi auctores nominarunt populos trans Hyrcanum mare verſus ſeptemtrionem, notante Strabone 11. p. 349. ſ. 507. Ipſe ponit a Caſpio inde mari Dahas, deinceps ad orientem magis Maſſagetas et Sacas 11. p. 352. ſ. 511. Trans Araxem ad ortum ponit Herodot. 1, 201. cum quo plane conſentit Dionyſ. v. 739. et qui illum reddunt Priſcian. v. 718. et Avienus v. 917. Duplici eos ſitu producit Ptolemaeus, in Sacis (6, 13.) et in Margiana ſub Derbicibus, qui quidem prope Oxum habitarunt nec procul a Dahis, etſi verſus Caſpium mare nimis promovet; (6, 10.) prope Oxum iuxta Bactrianos Eratoſthenes teſte Strabone 11. p. 354. ſ. 513. Sacas autem praeterea illis multi auctores adiungunt, veluti Diodor. Sic. 2, 43. Plin. 6, 19. ſ. 17. — Alii, in quibus Dionyſius,

Strabo, cum Herodoto Araxum f. Araxem in illorum regione memorant, de quo vid. disputata ad 3, 5, 5. Nempe Araxes fine dubio hic non eft Armeniae, fed Oxus, qui Bactrianam et Sogdianam dividebat. Ita concinit fitus in Herodoto. Tum Sogdianos ipfis conterminos declarat etiam Arrianus de exped. Alex. 4, 16. et in primis 17. Sacae autem, quos adiungunt, Scythicus populus fuerunt ultra Sogdianam et Bactrianam verfus feptemtrionem et orientem. Cf. omnino de iis ad 3, 7, 1. Quia vero Maffagetae Scythae fuerunt, et vel fic diferte, vel ex nexu dicuntur, apud Stephan. h. v. Arrian. 4, 16, 17. — intelligitur, cur in funefta illa Cyri expeditione pro Maffagetis Scythas quidam referant, ut Iuftinus 1, 8. Diodor. 2, 44. et utrumque nomen variet Lucianus in Macrobiis c. 15. cum plerique duce Herodoto Maffagetas commemorent. Fecit autem Scytharum nomen, ut illam Cyri expeditionem et ipfos Maffagetas propter Araxis in eorum regione mentionem ultra Armeniam a Sacis removerent, uti ad 3, 5, 5. notavi. Ita Synefius de regno p. 12. (Parif. 1553.) Getas trans Iftrum coniungit, in ultima Germania Schol. Lucani ad 3, 283. At quia Araxen Maffagetarum de Armeniae Araxe intelligerent, factum etiam poftea videtur, ut nomine mutato Maffagetas ad illum tractum prope Pontum reiicerent. Hinc Albanos pofterioris aevi eos fuiffe adfirmat Dio 69, 15. ex quo repetiit Zonaras 11, 24. Pro Albanis alii ponunt Alanos, uti docent interpretes ad Dionem c. l. et Lucan. 8, 223. Et fic Maffagetas vocat Alanos Ammian. 23, 5. quos tamen diftinguit Claudian. in Rufin. 1, 312. (prope Maeotin) et in Scythia intra Imaum refert Ptolem. 6, 14. Hunnos in illa fede conlocat Procopius de B. Vandal. 1, 11. et faepe alibi promifcue ponit. Sic Evagrius 3, 2. Alii ad Abafgos referunt. Sed vid. Stritter. in memoriis populorum — T. 1. p. 531. not. h. et quae notantur ad Ammian. c. l. Equidem hic per feriem recenfus ad Hyrcaniae orientem in Margiana cum Ptolemaeo pofuerim.

Illorum mores, inftituta et religionem prolixe defcribit Strabo 11. p. 353. f. 513.

Cadufii) Gr. Καδούσιοι, uti nunc pro Καδδούσιοι in Polybio 5, 44, 9. et 79, 7. et in Diodoro 2, 2. etfi propter Polybium (antea) utrumque perinde habet Drakenb. ad Liv. 45, 48, 5. Cf. tamen etiam Zeunius ad Xenoph. Cyrop. 5, 2, 25. Regio *Cadufia* apud Plin. 6, 15. f. 13. Tenebant Mediae oram montuofam iuxta mare Cafpium; Patrocles apud Strab. 11. p. 350. f. 508. qui hinc ὀρεινοὺς vocat 11. p. 360. f. 523. ut iis *αἶαν τρηχεῖαν* tribuit Dionyf. v. 731. Cf. Plutarch. in Artax. cap. 24. De Media confentit Ptolemaeus 6, 2. In latere Mediae ad feptemtriones converfo ponit Polyb. 5, 44, 9. et coniungit Matianos, Elymaeos, uti Livius c. l. qui etiam a Medis cum Mela feparat. Prope Albaniam ponunt Plin. et Dionyfius. Trans Araxen verfus orientem ad Cafpium mare conlocandos putat Bayerus in opufc. p. 92. (ed. Klotz.) Laxius inter mare Cafpium et Pontum locat Stephanus et male Strabonem teftem adlegat. Alios in Sogdiana ultra Cafpium mare agnoverunt Graeci, (Plin. 6, 18. f. 16.) qui alias *Gelae* funt dicti, quos tamen non folum in eodem loco feiungit Strabo 11. p. 352. f. 510. fed et Scythicum populum facit inter Albanos et Amazonas 11. p. 347. f. 503. cum Plutarcho in Pompeio c. 35. prope Albanos montes 11. p. 350. f. 508. At et in Media Gelas producit Ptolemaeus 6, 2. Denique Freret in Memoires de l'academie — de Paris T. 7. p. 457 fq. Cadufios etiam fuiffe contendit intra Tigrim et Euphraten a Babylone meridiem verfus ex Xenoph. Cyrop. 5, 4. qui 5, 2, 25. populum numerofum et fortem dicit, ut fuos Strabo 11. p. 360. f. 523. iaculandi peritiffimos. Iam quos nofter defignaverit, quaeritur. Si in Sogdiana pofueris, etfi inde ad Hyrcanos ordine potuit progredi, nimis a Cafpio mari removentur, cuius hic tractum perfequitur; tum quia Bactros et Sog-

dianos ante commemoravit, ad Mediam potius refero, etfi Hyrcanos debebat praeponere, ut infra Pamphyliam Lyciae.

Hyrcani) Cf. ad 3, 5, 4. de *Iberis* ad 3, 5, 6. et de *Hyperboreis* ibidem §. 1.

Cimmerii) A כמר *camar* i. e. nigrefcere ducit Bochart. in Chanaan 1, 33. Gomeritas fuiffe putat Uphagen in parergis hift. p. 20. et ante eum Bayerus p. 126. c. l. praeeunte, quod dicit, Bocharto, qui tamen ipfe in Phaleg 3, 8. ultra Pontum Euxinum verfus aquilonem removet, et terram Gomer Phrygiae κατακεκαυμένῃ adfignat. Quod vult Bayerus, ex Armenia verfus feptemtrionem profecti fubftiterunt tandem ad utramque Tanais ripam, ubi et Homerus Odyff. 11, 14. ponat, etfi alii aliter fentiunt. Cf. ibi Euftathius. Antiquiffimas fedes illis adfignant plerumque in confinio Afiae et Europae feptemtrionalis. Sic ad Bofporum Strabo 3. p. 103. f. 149. ad Bofporum et Tanain Dionyf. v. 167. et 681. eiusque interpretes Prifcian. v. 662. et Avienus v. 866. ultra Rhipaeos montes in Oceani Afiaeque ora cum Scythis Orpheus Argon. v. 1118 fq. Apollodor. 2, 1, 3. Plutarch. in Mario c. 11. Plinius 16, 14. f. 15. et ex eo Solinus c. 21. f. 17. Martianus Capella lib. 6. p. 214. Hinc vero Σκυθικὸν ἔθνος dicunt Euftathius ad Dionyf. v. 163. Schol. Apollon. 2, 168. Hefychius h. v. Proxime ad fidem accedere videtur Herodoti narratio, qui olim conlocat ad Bofporum et Tanain, quod declaret Bofpori Cimmerii cognomen aliaque loca, (4, 12.) inde pulfos a Scythis et in fuga agitantibus ex Europa in Afiam conceffiffe, (1, 15. 103. 4, 1. 11. 12.) Ioniam ante Croefi tempora devaftaffe, (1, 6.) Sardes expugnaffe (1, 15.) tandem Cherfonefum Sinopicam condidiffe et ibi quieviffe. (4, 12.) Sic in dextram Ponti partem et contigua loca irruiffe refert Strabo 1. p. 42. f. 61. circa Homeri tempora ad Ioniam et Aeolida progreffos effe lib. 1. p. 4.

f. 6. 3. p. 103. f. 149. De Phrygia ex aliis idem testatur Stephanus f. v. Σύασσος. Sic inhabitarunt per 100. annos Antandrum, quae inde dicta est Cimmeris, (Aristoteles ap. Stephan. f. v. Ἄντανδρος et Plin. 5, 32. f. 30.) et Sardes. (Strabo 13. p. 431. f. 627. et 14. p. 446. f. 648.) Alii colonias etiam in occidentem emisisse putant, et hinc in Campania apud Homer. Odyss. 11, 14 sq. ponunt. Vid. Servius ad Virgil. Aen. 6, 107. quem vera tradidisse contendit Cluver. in Ital. ant. 4, 2. Huc etiam referunt Cimmerium oppidum, olim iuxta Avernum apud Plin. 3, 9. f. 5. Cf. Broukhus. et Heyne ad Tibull. 4, 1, 64. Atque ibi ex veteribus ponunt Lycophron v. 695. Silius Ital. 12, 132. Festus h. v. et praeter alios Ephorus, ipse Cumanus, apud Strabon. 5. p. 169. f. 244. Ab iis porro Umbros et alias quasdam gentes Italicas derivat Uphagen p. 22. c. l. Hinc vero fabulam de Cimmeriis tenebris explicandam censet in Homero et aliis. Cf. ad Homer. c. l. Hinc Somni domum prope eos ponit Ovidius Metam. 11, 592. ipsos ἀνηλίους vocat Max. Tyrius 22, 6. Nempe cavernas pro domibus olim inhabitasse adfirmat Ephorus ad Strabon. c. l. qui quidem ipse fabulosum id esse re explorata iudicat. Cf. tamen, quae de specubus in illo tractu adtulit Heyne in excursu 2. ad Virg. Aen. lib. 6. Ephoro suffragatur etiam Festus h. v. Bayerus tamen p. 126. c. l. id inde ortum esse putat, quod χειμερίους eos crederent vel facerent, uti in Homero quidam legerunt. Vid. Eustath. et schol. ad c. l. Veriorem causam Bayerus in nebulis — quaerit, quibus infestatus Pontus; (Hippocrat. de aere c. 45. Hyde in itiner. mundi p. 57.) quas cum Graeci non invenissent, altius eos posuisse sub septemtrione, vel ad Tartarum, Plutonios campos, Acherontem, et propter Acherusiam paludem ad Tyrrhenum mare reiecisse. (Strabo 5. p. 169. f. 244.) Quod ab iis Cimbros ortos esse veterum et recentiorum aliqui putarunt, disquirit et explodit Bayerus p. 130 sq. c. l. Cf. etiam ad 3, 3. f.

Zygi) Gr. Ζυγοὶ vel, ut Straboni 11. p. 342. f. 496. Ζύγιοι, qui lib. 2. p. 89. f. 129. inter Hyrcaniam et Pontum; lib. 11. p. 339. f. 492. inter Maeotas et Colchida; p. 341. f. 495. ad mare ponit. Et fic Dionyf. v. 687. Probatur hic fitus maxime ex notis fedibus aliorum populorum veluti Achaeorum, Heniochorum, Maeotarum, Colchorum — quorum alii modo cum Zygis eadem progreffionis ferie coniunguntur, (Strabo 11. p. 339. f. 492. et p. 342. f. 497. Dionyf. c. l.) vel feorfum commemorantur. (vid. Scylax p. 31. Hudf. Appian. in Mithrid. cap. 102.) De *Heniochis* cf. ad 1, 19, 14. De *Gorgippis* Vol. 1. de *Mofchis* ad 3, 5, 4. de reliquis ad 1, 19, 14.

Matiani) Herodoto 1, 72. 3, 94. 7, 72. Ματιηνοὶ, ut Stephano f. v. Μόσχοι, Dionyf. v. 1002. et *Matieni* Prifciano v. 927. et Avien. v. 1196. Ufitata et vulgari forma dicitur Ματιανοί. Variat tamen Strabo, qui lib. 1. p. 38. f. 49. fcribit Ματτιηνοὶ et lib. 2. p. 50. f. 73. Ματτιανή. De illorum fitu confuli poffunt notae criticae. Regionis fertilitatem praedicat Strabo lib. 11. p. 350. f. 509.

ubi — Tibarani) Vid. de his Vol. 1. A Maeotide defcendit in meridiem.

nomina) Populi. Cato [in diris 90.] *felix nomen agelli.* Virgil. Aen. 6, 777. *Haec tunc nomina erunt, nunc funt fine nomine terrae.* Sic apud Livium [2, 22. extr.] *nomen Latinum.* GRAEVIVS *MS.* Ita faepe in fimilibus Livius aliique nomen hominis, rei pro ipfo homine, re ponunt. Exempla dabunt Corte ad Salluft. Iug. 39, 2. Drakenb. ad Silium 14, 70. Liv. 3, 8, 10. et praeter alios in primis Daumius ad Catonis dift. 47. et quos laudant. TZSCHVCKE. Dubium, utrum intelligat refpectu aetatium, quafi pofterioribus temporibus magis

memorentur in historia, an respectu situs, quasi frequentius commercium cum his fuerit Graecis. Et certe utrumque potest habere locum, sicut Asiam minorem assidue frequentarunt Graeci, et hinc etiam populos illi annexos. I. GRONOVIVS *MS.* Si suam aetatem, quod videtur, respexit, mirum in ipsa operis expositione omissos Medos maxime, contra insertos Venetos.

Medi) Gr. Μῆδοι, unde apud Stephanum Μηδὶς, Μηδικὸς et Μήδειος, uti pro Μήδιος emendaverat Holstenius p. 207. et reposuit Berkelius ex Eustathio ad Dionys. v. 1017. *Medicus* etiam a Latinis frequentatur. Regio Μηδία, *Media*, vel etiam Μηδικὴ sc. χώρα, (Herodot. 1, 96.) quod addit Eustath. c. l. Nomen petunt vel a Medo, Medeae filio, Hygin. fab. 27. Iustin. 42, 3, 6. (ubi Medius dicitur) Stephanus h. v. Eustath. c. l. ex Strabone 11. p. 362. s. 526. Varro apud Probum ad Virgil. Georg. 2, 126. vel a Medea, quae cum Iasone eam olim tenuerit; Strabo c. l. Dionys. v. 1021. cum Eustathio Pausan. 2, 3. Alia dabit Bochart. in Phaleg 3, 14. Fines eius a septemtrione pars Hyrcani maris, ab occasu Armenia maior et Assyria, a meridie Persis, qua Assyriam et Susianam adtingit, ab oriente Hyrcania et Parthia; Ptolemaeus 6, 2. et singulatim alii. Cf. in primis Strabo 11. p. 360 sq. s. 522 sq. Olim suos habuit reges, donec a Nino, Assyriorum rege subigeretur; (Diodor. 2, 1.) quorum dominatione post 520. excussa (Iustin. 1, 3. extr.) cum multas Asiae regiones occupassent, (Herodot. 1, 95. 106. Diodor. 2, 32. Strabo 11. p. 361. s. 524.) rege Cyro in Persarum ditionem concesserunt. (Herodot. 1, 130. et alii.) Post Macedonibus, denique Parthis paruerunt. (Strabo c. l.) Gentes Medorum priscas recenset Herodot. 1, 101. cui post adde Strabon. c. l. Idem praedicat regionis fertilitatem, maxime ad mare Caspium et equorum praestantiam, quibus benigne alendis inserviebat herba, Medica inde

peculiariter dicta, de qua prolixe disſeruit Salmaſ. ad Solin. c. 21. ſ. 24. p. m. 172 ſq. Alia, veluti *laſer*, *mala*, *ſilphion* paſſim commemorat Plinius cum aliis. De illorum cultu et veſtitu cf. Xenoph. in Cyrop. 1, 3, 2. et ibi Zeunius. Urbs primaria fuit *Ecbatana*, Medorum, Perſarum regia. (Strabo 11. p. 360. ſ. 522.) Alias recenſent Plin. 6, 17. ſ. 14. Ptolemaeus c. l. et recentiores Geographi, prout vel anguſtos vel latos terminos conſtitueris, ubi *Irak Adſchemi* vel *Iran Azerbidſhian*, *Gilan* et *Mazanderan* ex parte occidentali. Cf. Mannert Geogr. T. 5. p. 115. De *Armeniis* vid. ad 3, 8, 5. de *Commagenis* ad 1, 11. in. de obſcuris *Murranis* not. crit.

Veneti) Gr. Ἐνετοί, quos et noverat Homerus. Vid. Il. 2, 852. *Henetos* vocat Nepos apud Plin. 6, 2. et Liv. 1, 1, 3. Inde Ἐνετίδες ἵπποι apud Stephanum h. v. Ἐνετικὸς apud Strabon. 5. p. 147. ſ. 212. Ἐνετήϊος Πέλοψ apud Appollon. Rhod. 2, 358. De ipſo nomine vid. Freinshemius ad Curt. 3, 1, 22. ubi addi poteſt, quaſi αἰνετοὶ explicari a Diacono de geſtis Langobardor. 2, 10. Ante Troiana tempora Caucones dicti ſecundum Schol. Apollonii ad c. l. Eorum ſedes praeeunte Homero tantum non omnes in Paphlagonia vel vicinia ponunt; ſi loca ſpectes, ad Cromnam, (Nepos c. l.) ultra Parthenium fl. ad Cytorum. (Strabo 12. p. 374. ſ. 542.) Idem primariam Paphlagonum gentem vocat, et de illorum ſedibus plura ex aliis etiam adfert: Inde vero alias terras petierunt, et ſic inveniuntur Antenore duce in Thracia, (Strabo 12. p. 374. ſ. 543. lib. 13. p. 418. ſ. 608.) in Moeſia prope Triballos, (Euſtath. ad Homer. c. l. ex codice Stephani, qui inde ſubpleri poteſt) in Illyrico, (Herodot. 1, 196. et ex eo maxime Bardetti de' primi abitatori dell' Italia, articola 10. p. 196 ſq. Cf. Heyne ad Virgil. Aen. 1, 243.) ad ſinum Ionium verſus Italiam (Chalcondylas p. 99. Vid. Stritter. in memoriis populorum — T. 1. p. 532.) donec in Hadria,

ubi h. Venetia, confiderent, uti praeter Herodotum 5, 9. et fupra memoratos auctores tradunt Scymnus Chius v. 388. Solinus c. 46. f. 44. et alii. Cf. etiam Curtius 3, 1, 22. et quae ibi conlegerunt interpretes; item infra ad Melam 2, 1, 2. Veftigia eorum in Thracia reperiuntur in expeditione Sullana contra Mithridatem apud Appian. in Mithrid. c. 55. ubi tuetur Schweighaeufer. et Aurelium de V. I. 75, 7. Hinc vero libri paffim Paphlagonicos Henetos vocant Venetos, uti fit in Curtio, contra in Graecis Ἐνετοὶ de Venetis legitur, uti apud Scymnum c. l. Ita vero Graecorum adfpiratio apud Latinos in V tranfit, uti diferte de hac voce monet Iulianus in orat. 2. p. 71. ed. Spanhem. Quodfi igitur prifcas fedes fpectes, recte conlocavit Mela, etfi, quomodo intermortuos ibi excitare et fuperftitibus interponere potuerit, mirum utique et prifcae Geographiae datum videtur. Denique Veneti mifceri non debent cum Venedis ad Viftulam in Sarmatia, de quibus cf. Plin. 4, 27. f. 13. Ptolemaeus 3, 5. et quae congeffit Praetorius in orbe Gothico 1, 9, 5. p. 99. Forte narratio de Eridano et electro fecit, ut a Venetis Italiae ad Sarmatas nomen transferrent. De *Cappadocibus* ad 3, 8, 5.

G a l l o g r a e c i) Graecis fere dicuntur Γαλάται, regio Γαλατία, rarius Γαλλογραικοὶ, ut in Strabone 2. p. 89. f. 130. et Γαλλογραικία lib. 12. p. 590. f. 566. Prius nomen Γαλάται recentius effe ex Appiano in Mithrid. c. 114. difcitur. Livius fere femper *Gallos* vocat, uti exemplis docuit Cellarius 3, 4, 101. et fic Iul. Caef. de B. C. 3, 4. ubi cf. Davifius. Hinc *Galaticus* ufitate, fed et Γαλατιακὴ κόκκος apud Diofcor. 4, 47. *Galatiae coccum* Plinio 9, 65. f. 41. de quo multa Beckmann. Gefch. der Erfind. T. 3. P. 1. Porro Ἑλληνογαλάται vocantur a Diodor. 5, 32. ut ipfa regio Γαλατία ἡ Ἑλληνὶς a Themiftio Orat. 23. p. 299. Vid. Weffel. ad Diodor. 5, 32. Olim dicti Gomarenfes a Gomaro, Noae

nepote; (Iofeph. ant. Iud. 1, 6. f. 7. in.) *Galatae*, a Gallo Cyclopis et Galatiae filio (Timaeus in Etymol. M. h. v.) melius, ut plerique volunt, a Gallis, qui abundante multitudine, in varias regiones migrarunt. (Iuftin. 24, 4. 25, 2. extr. Strabo 4. p. 129. f. 187. Liv. 38, 16. Memnon. cap. 20. apud Photium, Paufan. 1, 4. 7, 6. 10, 23. et plures.) Ita vero Bithyniae partem adpellaffe, quam ob praeftitum auxilium a Nicomede acceperant, tradit Iuftin. 25, 2. extr. Phrygiam, Cappadociae et Paphlagoniae finitimam, impofito eo nomine occupaffe cum Appiano in Mithridat. c. 114. et aliis Strabo lib. 4. c. l. et lib. 12. in. ubi etiam habes Galatiae defcriptionem et in Plinio 5, 42. f. 43. Male igitur ab iis Gallis, quos ibi Auguftus reliquerit, nomen ducit Etymol. M. cum Malala in Chronogr. lib. 9. p. 93. Ven. *Gallo Graecia* dicta ab utriusque populi commiftione, unde *Praef. Graeciae Galliae* apud Gruter. p. 450. n. 1. Hinc vero duplex Γαλατία apud Diofcoridem ἡ κατὰ τὴν Ἀσίαν 3, 1. et ἡ κατὰ τὰς Ἄλπεις 3, 28. De divifione in 4 partes, tetrarchias et reipublicae forma vid. Strabo 12. p. 390. f. 567. qui tandem in unius Deiotari poteftatem Galatiam veniffe addit, poft Amyntae, unde Romani occuparunt. Cf. etiam Dio 53, 26. Eutrop. 7, 10. — Tetrarcharum aliqui regum etiam titulo ornati funt, veluti Mithridates a Iulio Caefare (Dio 42, 48.) et alii. At vid. de iis Reinerus Reineccius in hift. Iul. T. 3. p. 233. et 499 fq. et in primis, quae conlecta dant Pelloutierius et Wernsdorfius. Nota eft epiftola Paulli ad Galatas.

Lycaones) Gr. Λυκάονες, unde Λυκαόνιος tefte Stephano, ubi addi etiam poteft ex Strabone 12. p. 370. f. 537. Λυκαονικός. Regio Lycaonia. Nomen a Lycaone, (Stephanus) Arcade, qui oraculi monito ibi urbem condidit. (Euftath. ad Dionyf. v. 857.) Ad Cappadociam refert Ptolemaeus 5, 6. ad Orientem Pamphyliae ponit Dionyf. v. 856. Terminos facit Strabo 12. p. 391.

ſ. 568. Cappadociam, Taurum verſus Ciliciam, et Phrygiae partem (Galatiam etiam Plin. 5, 25. ſ. 27.) adiungitque Iſauriam ad Taurum. Stephanus regionem Lyciae et Iſauriae adpellat, quod, etſi de terminis valet, late vel vage dictum eſt. Ex urbibus Iconium celebrat Strabo, alias praeterea recenſet Plinius et Ptolemaeus cc. ll. In Phrygiae confinio erat plana, ſterilis, onagris paſcendis apta, aquarum penuria laborans. (Strabo c. l.) Dionyſius v. 857. incolas dicit ἴδριας ἐν πολέμοις et ἀγκυλοτόξους et ex eo Priſcian. v. 806. et Avien. v. 1020. De *Phrygibus* vid. ad 1, 19, 4.

Piſidae) Gr. Πισίδαι uſitate; Stephanus addit Πισιδεῖς, et in priori forma utrumque ι corripi, in poſteriori produci monet. Cf. Dionyſ. v. 858. Priſcian. v. 808. Avien. v. 1623. Claudianus in Eutrop. 2, 241. Hinc Πισιδαιων ex numo apud Ligorium profert Holſten. ad Stephan. p. 254. At certiori auctoritate Πισιδικὸς Strabo 1. p. 23. ſ. 34. et Plin. 21, 19. ſ. 7. Regio Πισιδία, cui Stephanus addit Πισιδικὴ ſc. χώρα, et ſic Polyb. 5, 57, 7. Diodor. 18, 22. Antea dicti *Solymi*, (Plin. 5, 24. ſ. 27. Stephan. ſ. v. Πισιδία conl. Strabone c. l.) quos Phoenices credit Bochart. in Chanaan 1, 6. Atque hos ſolos habet Homerus, uti monet etiam Strabo 12. p. 382. ſ. 554. Contra Lycios eos facit Herodot. 1, 173. a quibus diſtinguit Homerus. Cf. Strabo 12. p. 394. ſ. 573. et Schlichthorſt in Geogr. Homeri p. 153. Piſidae poſt dicti a Piſida. (Stephanus h. v. Euſtath. ad Dionyſ. v. 858.) Regio contermina erat Lycaoniae, Iſauriae, Cariae, Phrygiae, et in Tauri vertice maximam partem ſita. (Strabo 12. p. 392. ſ. 579. Plin. c. l.) Nobiliſſimi incolarum Selgenſes. (Strabo.) Urbes recenſent Strabo, Ptolemaeus 5, 4. et 5. ex noſtris Cellarius 3, 4, 131 ſq. Regio frugum feraciſſima, vitifera, paſcuis laeta. (Strabo.) Laudantur in bonis *ſtyrax* et *iris*.

Isauri) Gr. Ἰσαυροὶ, vel etiam Ἰσαυρεῖς, uti apud Diodor. 18, 22. et qui ad Stephanum a Berkelio p. 424. indicantur. Regio *Isauria*, unde Ἰσαυρῖτις, una ex 10 praefecturis Cappadociae apud Strabon. 12. p. 368. f. 534. etsi dubium censet Casaubonus. Hinc Ἰσαυρικὸς ex Servilii cognomine notum, et Ἰσαυρικὴ regionis pars Lycaoniae adtributa. (Strabo 12. p. 391. f. 568.) Isauria contingebat Lycaoniam, Pisidiam, Ciliciam; Plinius etiam 5, 23. f. 27. Anemurii regione ad mare decurrere scribit, et Strabo posteriori loco munimenta eorum ad mare commemorat. Prius, cum Anemurium ad Ciliciam pertineat, de terrae declivitate intelligi potest, posterius varie explicatur, de quo cf. etiam Cellar. 3, 4, 23. Post sensu maxime civili latius patuit. (Vid. ad Eutrop. 6, 3.) De urbibus Strabo et Plinius, Ptolem. 5, 4. quarum Ἴσαυρα, (τὰ, rarius genere feminino, de quo Stephan. et Valef. ad Ammian. 14, 8. in.) celeberrima. Incolae latrociniis et infestationibus terra marique factis noti, a Servilio domiti, etsi nec postea ab iis moribus eos desciviſſe patet ex Ammiano 14, 2. et 27, 9. Vid. Bandurii comment. in antiquit. Constantin. lib. 7. p. 608. (Ven.)

Lydi) Gr. Λύδοι, unde Λύδιοι. Hinc etiam Λυδαῖος, (Stephanus) f. Λύδειος, ut in Hesychio. Λυδιακὰ scripserat Xanthus, (Stephanus. —) etsi Λύδια etiam vocant, de quo ad Strabon. 12. p. 399. f. 579. Olim dicti Μῄονες vel Μαίονες, (Herodot. 1, 7. 7, 74. Strabo 13. p. 430. f. 625. Diodor. 4, 31. alii) quos solos novit Homerus. Μαίονες posterioris aetatis formam dicit Strabo, quae etiam adparet in numis, etsi prior, Ionia, etiam reperitur praeter poetas in Dionysio Halic. 1, 27. Neque tamen olim omnes in hac synonymia consenserunt, uti ex Strabonis posteriori loco discitur, et auctorum loca probant, de quo ad Strabonem. Multi tamen, in primis poetae, promiscuo sensu ponunt. Ptolemaeus 5, 2. et coniungit et dirimit, sic ut Maeoniae fines contrahat.

Prius nomen ducunt vel a *Maeone* rege (Claudian. in Eutrop. 2, 244. Euſtath. ad Homer. Il. 2, 864. —) vel a *Maeone* fluvio, (Stephan. h. v.) quem Maeandrum vel Lud Phoenicibus fuiſſe putat Bochartus in Phaleg 2, 12. Poſterius *Lydi* vel a Lydo, Athyos filio, qui eam regionem tenuit, (Herodot. cc. ll. Dionyſ. Halic. 1, 27. 28.) vel a *Lud* i. e. Maeandro. (Vid. Bochart. c. l.) Poſt bellum Troianum, cum multarum gentium fieret migratio, etiam Lydi ulterius progreſſi et cum aliis populis commiſti, varias regiones occuparunt, (uti Strabo diverſis locis docet) et in Etruriam usque colonias miſerunt. (Herodot. 1, 94. Dionyſ. Hal. c. l. Strabo 5. p. 152. ſ. 219.) Qualis proprie fuit Lydia, conterminam habuit Phrygiam, Cariam, Myſiam, quos tamen terminos turbarunt Romani. (Vid. Strabo 13. p. 432. ſ. 628.) Hinc deſcriptio eius alia eſt geographica, alia civilis. Urbs regia *Sardes*. (Strabo 13. p. 430. ſ. 625.) Cum ſuos olim haberent reges, (Iuſtin. 1, 7, 14.) in quibus Candaules et Croeſus maxime inclaruerunt, victi in Perſarum venerunt poteſtatem, (Strabo 15. extr. Herodot. 1, 81 ſqq. Xenoph. Cyrop. 7, 2.) unde ſub Alexandro M. cum Perſis ad Macedonas tranſierunt, quo mortuo Meleagro vel ſecundum alios Menandro regio adtributa eſt. (vid. Weſſel. ad Diodor. 18, 3. A. Gronov. ad Iuſtin. 13, 4, 15.) Ipſa Lydia ferax fuit vini, ficorum, olei — (Xenoph. Cyrop. 6, 2, 22.) etiam argenti, (Herodot. 5, 49.) ex Tmoli divitiis (Strabo 13. p. 430. ſ. 626.) et Pactoli fl. auriferi, unde Croeſi divitiae repetuntur. (Idem et Euſtath. ad Homer. Il. 2, 866.) De illorum moribus et legibus Herodotus 1, 93. 94. unde etiam adparet, ludorum fuiſſe inventores, (vid. Bochart. in Phaleg 2, 12.) renitente tamen ad Herodotum Weſſelingio. De eorum luxuria et libidine praeter Herodotum vid. Strabo 11. extr. et Euſtath. ad Dionyſ. v. 839. et 846. qui πονηρίαν eorum in proverbium abiiſſe docet. Ad Cyri tamen artes refert Iuſtin. 1, 7, 11. a quo in ſumma re non disſentiunt Herodot. 1,

154. Polyaen. 7, 6, 4. Nempe ut frangerentur animi, cum antea essent fortes et equites periti. Cf. Herodot. 1, 79. Homer. Il. 10, 431. H. pars est Natoliae.

Syrocilices) Dionysius in periegesi [v. 971.] trans Ciliciam alteram Syriam facit interprete Rufo. [Avieno v. 1151.] In eadem autem Cilicas esse Ptolemaeus [5, 6.] auctor est, quos Pomponium Syrocilices nominasse crediderim ad aliorum differentiam: aut eos certe, qui per Ciliciae montana in Syriam vergunt. Nam duplicem Ciliciam Strabo [14. p. 459. f. 668.] facit campestrem et tracheam, id est asperam, in Syriam vergentem. VADIANVS. Hos Trachiotas Strabo [12. p. 391. f. 568. et 2. p. 89. f. 130.] vocat, hoc est, Ciliciae Tracheae, quae et Trachitis, incolas, quae extra Taurum Syriae contermina est. OPORINVS. Inter Ciliciam et Syriam. GRAEVIVS *MS. Syrocilices* dicuntur eadem forma, qua Λιβυαιγύπτιοι, (Ptolem. 4, 5.) Ἀραβαιγύπτιοι, (ib.) Μαιδοβιθυνοὶ, (Strabo 7. p. 204. f. 295. et Stephanus f. v. Μαιδοὶ) Syrophoenices, (Marc. 7, 26. Iuvenal. 8, 159 fq.) unde Συρομηδία iuxta Persida. (Ptolem. 6, 2.) Videtur autem indicasse, qui erant intra Taurum et in Cappadocia sedem habebant, uti adparet ex Strabone 16. in. et Ptolem. 5, 6. At cum Leucosyri etiam Strabonis aetate (vid. c. I.) de Cappadocibus dicerentur, et Mela supra Cappadoces produxerit, debent esse illi, qui ad Taurum, uti et Strabo dividit, habitabant in confinio Ciliciae et Syriae ex utraque gente conflati, sicut intelligit Burmannus MS. At tum ordinem considera, quem tenet. Nam quasi saltu facto a Lydis defertur ad Syrocilices.

§. 6. *spectant)* De conversione regionis, loci ad obpositum f. conterminum terrae tractum coelive plagam; et sic saepe noster modo addito, modo omisso *ad;* de quo not. crit. ad 2, 3, 6. Graeci sic βλέπειν, ὁρᾷν. Cf. ad 1, 4, 3.

eaedem gentes) De vexato hoc loco not. crit.

Parthi) Sic et Graeci, ut Herodot. 3, 93. et alibi, Diodor. 2, 34. Dio 40, 12. — Plutarch. in Craſſo c. 26. Dionyſ. v. 1040. aliique. Iidem etiam Παρθυαῖοι, quod diſerte notant Stephanus h. v. et Euſtathius ad Dionyſ. c. l. Sic Polyaenus 7, 41. Appian. in Syr. c. 55. et alibi, Arrian. de exp. Alex. 3, 19 ſq. aliique et in primis Strabo. A Parthis Πάρθιοι apud Stephanum, quod probat Anacr. 55, 3. Addi debet Παρθικὸς, uſitatum Latinis, ſic Παρθικὸς dictus Traianus, (Dio 68, 23. alii) et Παρθικὰ ſcripſerant Apollodorus (Strabo 15. in. —) et Arrianus. (Photius cod. 58. —) Regio *Parthia*, Latinis maxime, etiam Ptolemaeo 6, 5. 8. in Aſiae tab. 5. Graecis plerumque Παρθυαία ſc. χώρα. Stephanus addit Παρθυηνὴ, quod legitur in Strabone 11. p. 354. ſ. 514. Polyb. 10, 28. corrupte in Iſidoro Charac. p. 7. Hudſ. et hinc Παρθυηνός. Eam partem tantum Parthiae facit Ptolemaeus 6, 5. quem tamen erraſſe exiſtimat Salmaſ. ad Solin. c. 55. ſ. 58. p. m. 842. ubi de diſcrimine, etſi diſcrepat a ſe p. 827. Evincit id autem, qui produci in primis poterat, Strabo cum Ptolemaeo in partium recenſu conlatus. De nominis origine cf. Stephanus. Scythicam gentem auctores faciunt, quae ad Medos ex fuga migraverit. Vid. Arrian. apud Photium cod. 58. Iuſtin. 41, 1. Curt. 4, 12, 11. et 6, 2, 14. Stephanus h. v. Suidas ſ. v. Σῶστρις, qui Scythas ex Perſica lingua explicat, Manaſſes in Chron. p. 12. Ven. Euſtath. ad Dionyſ. v. 1039. et quae notat Bochart. in Phaleg 3, 14. extr. Quod referunt Suidas et Manaſſes, Seſoſtrim olim in bello iuverant, et mercedis loco Aſſyriorum regionem acceperant. Populus olim obſcurus poſt varias dominorum vices, veluti Perſarum, Macedonum, (Iuſtin. 41, 1.) Alexandri M. ſucceſſorum, et regum Syriae, mutabili imperio, Phrataphernis, (Diodor. 18, 3.) Philippi, (idem 18, 39. disſidente tamen Iuſtino 13, 4, 22. 41, 3. in.) Eumenis, Antigoni, (Iu-

ſtin. 41, 4. in.) Seleuci, (Iuſtin. c. l. Appian. Syr. c. 55.) Antiochi et ſucceſſorum. (Iuſtin. c. l. Appian. Syr. c. 1.) Tandem a Seleuco Arſace duce defecerunt, (Appian. Syr. c. 65. Iuſtin. 41, 4, 6. Dio 40, 14. Arrian. c. l. Strabo 11. p. 354. ſ. 515.) unde *Arſaces* publicum regum et commune nomen factum eſt, cum et privatum et proprium ſinguli gererent, (Iuſtin. 41, 4. Strabo 15. p. 483. ſ. 702.) et *Arſacidae* omnino dicti, de quibus ex numis ſcripſit Vaillantius. Sub iis ita crevit Parthorum regnum, ut Perſas etiam ſubigerent. (Dio 40, 14. et ibi Fabricius.) Bella cum Romanis geſta ſatis ſunt nota, et promiſcuus inde Parthorum et Perſarum uſus. Saeculo demum tertio Artaxerxes Perſarum in oriente imperium inſtauravit. (Dio 80, 3. —) Hinc vero duplici ſenſu Parthia ſumitur, latiori ſ. civili de priſtino Perſarum regno (cf. Plin. 6, 16. ſ. 13.) et anguſtiori ſ. geographico, quo propter connexos populos hic intelligi debet. Ita vero terminos habuit ab occaſu Mediam, a ſeptemtrione Hyrcaniam, ab ortu Ariam, a meridie Carmaniam deſertam. (Ptolemaeus 6, 5. aliique) Ex urbibus notanda Hecatompylos (Polyb. 10, 28.) caput et regia. (Ptolem. c. l. Plin. 6, 17. ſ. 15.) Regio ipſa parva, ſilvis denſa, montoſa, inops; ſic Strabo 11. p. 354. ſ. 514. etſi discrepat Dio 40, 15. forte de Parthia civili. De Parthorum inſtitutis et legibus ſcripſerat Strabo, ut ipſe adfirmat 11. p. 355. ſ. 515. de illorum moribus — multa Iuſtin. 41, 2 ſq. profert, de armatura et proeliorum ratione cf. Dio 40, 15. de aſtuta fallacique fuga narratio frequens. Vid. Burmann. ad Propert. 3, 7, 54. Hodie, ſi Hecatompylos *Damegan* nunc habeatur, ubi *Comis*. Vid. Borhek Erdbeſchr. von Aſien T. 3. p. 401.

Aſſyrii) Gr. Ἀσσύριοι, vel etiam, Ἄσσυρες teſte Euſtathio ad Dionyſ. v. 492. qui cum Stephano Eratoſthenis auctoritatem profert ad v. 775. Quod ex eodem Stephanus Ἀσσυρικοὶ addit, codex etiam Palat.

dubium reddit. Regio Ἀσσυρία, et, quod contendit Bochart. in Phaleg 4, 19. ex Chaldaeorum dialecto, etiam Ἀτυρία, [vel Ἀτουρία] cuius teſtes adlegat Dion. 68, 26. Strabon. 16. in. et Suidam ſ. v. Νῖνος. At, ut paucis defungar, ſi quis ipſa loca inſpexerit iisque conlatis addiderit Plin. 5, 16. ſ. 13. et Ammian. 23, 6. id de Adiabene, Aſſyriae parte, dictum eſſe cognoſcet, quam olim Aſſyriam nominatam ſcribit Plinius. Cum latiſſime patuerit Aſſyriorum imperium, ad varias etiam gentes (ſenſu civili) id nomen translatum eſt, eoque deſtructo ſervatum. Sic Aſſyria dicitur de Meſopotamia (Arrian. de exped. Alex. 7, 7, 6. adprobante Euſtathio ad Dionyſ. v. 772. etſi Συρίαν nunc legitur) Aſſyrii de Babyloniis, (vid. Perizon. in Origin. Babyl. cap. 4. p. 48.) de Tigris accolis, (Oppian. Halievt. 4, 204. notante Euſtathio c. l.) de Cappadocibus ſ. Leucoſyris, (idem c. l. Schol. Apollonii Rh. ad 2, 946. et ad Dionyſ. v. 975.) et in primis de Syris, unde et utrique in auctoribus ſaepe confunduntur. Vid. Vorſtius ad Iuſtin. 1, 2. extr. Cellar. ad Curt. 5, 1, 35. et infra ad 1, 11, 2. Plura de vago nominis uſu Salmaſ. ad Solin. c. 56. ſ. 53. et Bochart. in Phaleg 2, 3. Idem valet de eorum opibus, regibus, moribus. Hic tamen per connexum cum Babyloniis artiori ſenſu dixit Mela, etſi, cum ſic alios populos deberet commemorare, ita rectius deſcripſit Ptolemaeus 6, 1. ut terminetur Armenia, Meſopotamia, Media et Suſiana, ubi h. *Kjurdiſtan*.

alterum) Arabicum intelligunt Vadianus, Munſterus, Oporinus, Graevius MS. aliique, quod cum nexus ſuſtineat, quomodo locum habere poſſit, de eo vid. in criticis notata. De *Babyloniis* vid. ad cap. 11.

ſuper Aethiopas) Cum *ſuper* Pomponius ait, dimenſionem, vel ſitum in Boream intelligit, ut ſi dicam, ſuper Italiae radices Alpes eſſe et Germaniam. Situs enim

rationem propter poli noſtri elevationem et frequentiſſime habitatum latus noſtrum ita menſus eſt, ut ſurſum verſus abeant, quae in ſeptemtrionem vergunt, eo modo, quo Ptolemaeus et indubie vetuſtiores deſcripſerunt, polo ſcilicet noſtro elevato. Hinc et eam, quae Aegypto proxima eſt, in meridiem, Aethiopiam ſub Aegypto Ptolemaeus [4, 7.] nominat. VADIANVS. Fuerat hic magis dicendum, *infra Aethiopas* ſitam Aegyptum, cum Nilus ex Aethiopia deſcendat. Sed videtur Mela reſpectum habuiſſe ad polum arcticum, ut ea ſuperiora eſſe dicantur, quae illi ſunt propinquiora. MVNSTERVS. Docte quidem, minus tamen vere. Vid. ſupra de hoc particulae uſu in quavis progreſſione ſimpliciter frequentato. De *Ripis* vid. not. crit.

Aegyptii poſſident) Quia a litoribus maris noſtri utraque Nili ripa ad usque eius Cataractas Aegyptus tenditur, ut infra Pomponius aſſerit. Bene ergo inquit, Nili ripis et mari illic proxima poſſidere Aegyptios. Nam paulo remotius Aſiam verſus Arabes ſunt et Palaeſtini, Libyen verſus Cyrenaici ſiti. VADIANVS.

Arabia) Petraea, quae prope Idumaeam tenui fronte mare noſtrum proſpicit, uti Ptolemaeus tab. Aſiae 4. indicat. VADIANVS. Poſt Canopicum Nili oſtium ſupra mare rubrum prominet frons quaedam Arabiae usque in mare mediterraneum, cui in flexu ipſo iungitur Syria. MVNSTERVS.

ſequentia) Hoc eſt ea litora, quae Aegypto coniuncta ſunt. Sic cap. 19, 3. *Is flumen Rhyndacum in ea, quae ſequuntur, emittit.* Cf. 2, 1, 8. 2, 3, 9. 3, 4. in. CIACCONIVS. Iſthmo, qui eſt inter mare mediterraneum et ſinum Arabicum, (*anguſtam frontem* vocat) quae ſunt inter Aegyptum et Phoeniciam attingit. GRAEVIVS *MS.* Ita recte.

ſupra) §. 2. ubi haec: *primum ſe ingenti ambitu incurvat.* Intelligit ſinum Iſſicum. De ſingulis regionibus infra ſuis locis. *Ab ea* ſc. fronte. *Syria* Phoenicen complectitur.

extra) Aſia minor, quae Haly flumine et Tauro monte ſeparabatur a maiori. I. GRONOVIVS *MS.* 2.

Lycia) Praepoſtero ordine ponit. Nam Ciliciae propior eſt Pamphylia, quam Lycia. Sic ſupra Arabicum mare Perſico ab oriente progreſſus praemittit, Hyrcanis Caduſios; 2, 3, 4. Achaiam Elidi; 2, 2, 5. Calatin Tomis. Cf. ad 1, 15. in. Nunneſius putat, coniunctionem in his tantum duobus interpoſitam hac cura τῆς ἀκριβολογίας liberare, quae in ipſa ſingulorum diligentiori deſcriptione requiratur; hinc Cariam et reliquas regiones ordine ſuo poſitas copula omiſſa ſequi. At in Hyrcanis et Caduſiis contraria valet ratio. Voſſius inde Melam excuſari poſſe cenſet, quod Pamphyliae ora litoralis Lyciae olim fuerit adtributa; et ſic Stephanum Lyciam ad Ciliciam commemorare. Quod ſi etiam concedatur, mire tamen Pomponius miſcet tempora, ordinem, quem infra ſervat, hic invertit, incertisque legibus vagatus parum profeſſioni 1, 4, 5. ſatisfacit. Certe accurati ſcriptoris partes melius ſuſtinere debebat. Excuſet hic unice comprehenſa regionum et locorum vicinorum ſumma propoſita.

aliquot populi) Praeter illos ſcilicet, quos iam nominavit, *Venetos, Cappadoces, Pterios,* [cf. not. crit.] quod inde patet, quia Mithridates proprie dicebatur rex *Ponti,* ut haberet ſub ſe aliquot populos circa Pontum, in quibus tamen non fuerunt *Cappadoces* vel *Paphlagones,* quippe quos poſtea demum ſubegit. Et tamen etiam Florus 3, 5. in. dicit *Ponticas gentes* ſub hoc Mithridate, et talis ergo intelligi etiam debet, qui occurrit Actor. Apoſtol. 18, 2. [Ἀκύλας, Ποντικὸς τῷ γένει.] Sic Tacit. Annal. 15, 10. de iſto Ponto ſ. Ponticis ita loquitur, ut

patet, circa Colchos. I. GRONOVIVS *MS.* Apertius poterat haec declarare et brevius forte etiam complecti. Latiori ſenſu ſunt, certe eſſe poſſunt, Ponti accolae. Invaluit tamen ex Mithridatis priſtina ditione notio, ut ſenſu dicerentur artiori, et quos ſic noſter hic intelligat, ex recenſu populorum facile diſcitur, nempe ultra Bithyniam ad Maeotas usque. Sic vocat Appianus in praef. c. 2. qui Armeniis et Cappadocibus erant contermini, et idem in Mithrid. c. 41. ſeparat a Bithynis et Cappadocibus, et ab his ib. cap. 9.

CAP. III.

BREVIS EVROPAE DESCRIPTIO.

§. 1. *Europa)* Gr. Εὐρώπη. Nominis originem obſcuram dicit Herodot. 4, 45. niſi quis ab Europa Tyria (Agenoris filia) ducat; et ſic plerique. Aliqui tamen etiam ab Europo viro, ut Euſtath. ad Dionyſ. v. 270. Tzetzes ad Lycophr. v. 1283. Ex Punico ducit Bochart. in Phaleg 4, 33. Εὐρώπεια et Εὐρωπία paſſim in poetis, de quo Stephanus et eius interpretes. Incola Εὐρωπαῖος et Εὐρωπίς apud Stephanum conſentientibus auctoribus. Alia in locorum expoſitione.

terminos) Cf. etiam Oroſius 1, 2. De ambitu Plin. 4, 37. ſ. 23. et quae ibi notantur item 6, 38. ſ. 33.

Maeotida) Martianus Capella lib. 6. p. m. 202. *Europam terminari Propontidis faucibus dixere quam plurimi; quae Propontis per anguſtum deſcendens ad Maeotidem quoque perfertur.* (al. *profertur.*)

Pontum) Sic κατ' ἐξοχὴν vel, ut eſt apud Stephanum h. v. ἰδίως, Pontus Euxinus. *Noſtrum mare.* Cf. ad 1, 1, 4.

Atlanticum) Proprie eſt, qui litus Libyes occiduum alluit, ab Atlante monte, ut eſt notum. Sed Pomponius eum quoque, qui extimae Hiſpaniae litora cohibet, Atlanticum ob terrarum illic mariumque vicinitatem dixit. Ptolemaeus [2, 5. in.] occidentalem nominat. VADIANVS. Nomen ab Atlante monte. Solinus c. 27. ſ. 24. Euſtath. ad Dionyſ. v. 66. Additur *mare, aequor, pelagus, Oceanus* a noſtro et aliis. *Mare* etiam vocatur *magnum* (Cic. in Somn. Scip. 1, 6.) vel ſimpliciter *Oceanus.* (Polyb. 16, 29, 6. Cic. c. l.) De *Atlantico* et *Magno* idem adfirmant Plin. 3, 10. ſ. 5. Ampelius c. 5. Uſitate *Atlanticum mare* dicitur, et pro mari in poetis *ſalum* (Avien. in ora v. 398.) *gurges.* (idem in deſcr. O. Terr. v. 676.) *Atlantis unda* apud Priſc. v. 72. uti Ἄτλας apud ipſum Dionyſ. v. 30. Qui a coeli plagis, quatenus terrarum orbem ambit, diſtinguunt, obponunt Eoo, et Ἑσπέριον, δυτικὸν, Heſperium vocant Dionyſ. v. 28 ſq. Priſcian. v. 39. Avien. v. 19. et in Ora v. 398. Ptolem. 2, 5. in. Hinc proprie ſenſuque ſtrictiori eſt illud mare, quod Europam et Africam ab occidente adluit, et prope Gades in terram irrumpere dicitur. Vid. Strabo 3. p. 96. ſ. 139. Polyb. c. l. Plin. c. l. et alii, ut hic Mela per nexum. Hinc vero *mare exterius* etiam vocatur (Ptolem. c. l. —) et *interiori* obponitur a Floro 4, 2, 16. Latius tamen etiam et vage dictum occurrit. Sic Herodot. 1, 202. Atlanticum et Erythraeum mare idem facit; Strabo 15. p. 474. ſ. 689. Indiae auſtrale et orientale latus ad illud extendit, totam terram illo cingunt Ariſtoteles de Mundo c. 3. Cic. c. l. pro quo noſter ſimpliciter 1, 1, 3. *Oceanum* dixit. Sed cf. quae pluribus in hanc rem diſſerit Strabo lib. 1. p. 3. ſ. 4 ſq.

Britannicum) Septemtrionalem, qui et *Caledonius* ſaepe dicitur, ad mare, quod eſt inter Galliam et Britanniam. Hoc loco autem totum mare ſeptemtrionale. GRAEVIVS *MS.* Hunc rurſus iactat lib. 3. [cap. 6, 5.]

sed quod mirari oportet, quum Mela bene ominetur de expeditione Claudii in Britanniam, etiam audiverit, quae gesta fuerint Iulii Caesaris, unde isti insulae tanta gloria, ut noluerit potius a Gallia aut Celtis hunc appellare. Sed mirabiliter ista insula fuit in ore Romano, ut Iuvenalis 10, 14. dicat *balaenam Britannicam*. I. GRONOVIVS *MS*. Plinius 4, 33. s. 19. sic distinguit: *Ad Rhenum septemtrionalis Oceanus*, (et sic alibi) *inter Rhenum et Sequanam Britannicus*, *inter eum et Pyrenaeum Gallicus*. Mela igitur latiori sensu de septemtrionali Oceano in his finibus constituendis ponit. Sic Pyrenaeum in Britannicum mare procurrere scribit 2, 6. in. ubi Ptolemaeus 2, 6. in. et alii habent *Cantabricum*. Cf. et 3, 6, 3. Angustiori sensu *Caledonius* idem vocatur, uti in Valerio Fl. 1, 8.

Ora) Orientalis, cuius hic tantum effigiem prosequitur; reliqua maris nostri partitur in sinus. VADIANVS. Ora litoralium regionum Europae talem habet formam, qualem litora a Tanai ad Hellespontum. *Ora* est genus, cuius species sunt *litus* et *ripae*. GRAEVIVS *MS*. Disputationes doctorum virorum addita explicatione dedi in not. crit.

latere) Latera terrarum solet vocare et agnoscere Mela, ubi mare sic arctatur, ut duae terrae possint conspici, et sic altera vocari dextrum latus, altera sinistrum. Talia latera praecipue agnoscit in Hellesponto, ut clare ostendunt verba ultima cap. 18. *facitque, ut iterum terrae, qua fluit, latera sint*. I. GRONOVIVS *MS*. Cf. 2, 1. in. *Contrariis* i. e. contra se positis.

§. 2. *Inde*) Ab Hellesponto ad fretum Gaditanum.

retracta) Terra dicitur retrahi et recedere, cum mari spatium dat et sinus excipit. Sic Liv. 26, [42, 6.] *Sinus est maris media fere Hispaniae ora, maxime Africo*

vento oppositus, et quingentos passus introrsus retractus. GRAEVIUS *MS.* Ad sinum Aegaeum, Adriaticum et Tuscum. OLIVARIUS. Vid. post. Sic vero *reducta vallis* Horat. odarr. 1, 17, 17. Respondet *recedere.* Cf. de his Gronovii diatr. in Statium cap. 20. p. 107. Paullo post noster: *grandi recessu abducitur.* Obponitur *prominens* de promontoriis. Sic Liv. 37, 23, 1. et 6. aliique. Olivarius ad Peloponnesum et Calabriae promontorium refert; de quo deinceps.

tres maximos sinus) Utitur superlativo, quia plures alii, et quidem magni, sed tres maximi. 1. GRONOVIUS *MS.* 2. Plinius 3, 1. quatuor praecipuos Europae facit sinus, primum a Calpe Locros et Brutium usque; alterum a Lacinio promontorio ad Acroceraunium Epiri; (3, 15. s. 11.) tertium inde ad Hellespontum; (4, 1. et 18. s. 11.) quartum ad Maeotidis ostium. (4, 24. s. 12.) Consentiunt ex more Solinus c. 13. s. 7. et 18. s. 12. et Martianus Cap. lib. 6. p. 208 sqq. Pomponius secundum Graecia, non Acrocerauniis a tertio dividit, ut notat Ciacconius. Melius tamen alii ex proxima nostri explicatione ad quartum referunt, et nihil a Plinio diversum esse cum Oporino notat Vadianus, cum quartum melius *oram* esse voluerit, quippe qui vix sinus effigiem habeat. *Totidem* refer ad Graeciam, Italiam et Hispaniam.

altum) Sc. mare, ex poetis notum. Et sic saepe Pomponius. Neque tamen minus alii, in his Liv. 36, 15, 8. 37, 31, 9. et alibi, Cicero etiam pro Murena c. 2. et alibi. *Frontes* de promontoriis, ut supra notavi ad 1, 2, 1.

media) Ad Hispaniam. Cf. 3, 1. et notata not. crit.

semel iterumque) Primus recessus in Gallia est, de quo 3, 2, 1. Alter est in Germania; de hoc 3, 3, 4.

Sed eodem libro cap. 1, 9. hos receſſus *modicos* appellat, nempe reſpectu totius lateris terrarum. CIACCONIVS.

abducitur) Ita pro *retrahere* Mela. Sic 3, 1, 3. et 6. 3, 6, 1. Pro eo ex variatione *recedere* 3, 1, 7.

paene ut directo) Recte *paene*. Nam quo minus aequum id litus ſit, Dacia [vid. mox] facit peninſula, longe in oceanum procurrens, alioquin ſatis aequa. VADIANVS. Haec ſuppoſitio erronea eſt, ſed quae in antiquis tolerari poſſit, qui ignorabant totum Sueciae hodiernae regnum, unde directum limitem quaſi ſupponunt per mare Balticum, quod habuerunt pro Oceano. I. GRONOVIVS *MS*. *Directo* eſt recto, ut Lucan. 9, 712. Valer. Flacc. 4, 614. ubi vid. Burmann. De uſu verbi *extendere* cf. not. crit. ad 1, 1, 4.

§. 3. *Aegaeum)* Vid. de hoc et *Ionio* ad 2, 3, 3. de *Hadriatico* et *Tuſco* ad 2, 4, 1.

in ore) *Os* appellat, et non ſinum Corinthiacum; quamquam re vera ſinus eſt. OLIVARIVS. Quod eſt prope Peloponneſum verſus Epirum, cuius inſignem notitiam praebet locus Taciti in lib. 2. annal. c. 53. ubi ſcribitur *Germanicus veniſſe Nicopolim per Illyricam oram, viſo fratre Druſo in Dalmatia agente, Hadriatici ac mox Ionii maris adverſam navigationem perpeſſus*. I. GRONOVIVS *MS*. Diverſa progreſſione Agathemerus 1, 3. τὸ στόμα τοῦ Ἀδρίου, ὃ καλοῦσί τινες Ἰώνιον πέλαγος. Varie dictum eſt modo latiori, modo anguſtiori ambitu mare Ionium, de quo ad 2, 3, 3. Hac quidem aetate, ut Strabo docet lib. 7. p. 219. ſ. 317. totum Hadriaticum, proprie antea interius usque ad intimum ſinus receſſum, exterius Ionium, ita ut utrumque eodem ore contineretur. Sic idem 2. p. 85. ſ. 123. Ionium mare Hadriatici partem conſtituit, quod ἀκριβεστέρους facere

notat Euſtath. ad Dionyſ. v. 92. Mela hic et alibi ſingulatim ea perſequitur et diſtinguit. Utriusque discrimen Plinius 3, 16. ſ. 11. ponit ad Hydruntum.

§. 4. *Gentium)* Utitur hac voce, ut ſolent eleganter Latini pro regionibus. Scythia enim et Thracia non ſunt vocabula gentium, ſed regionum. I. GRONOVIVS *MS.* 1. Sic Florus 2, 7. in. *Gentes Macedonia, Syria, Graecia.* Nepos in Datame cap. 4, 1. *Cataonia, quae gens iacet ſupra Ciliciam*, ubi vid. Kappius. Sic Oroſius 6, 7. *Belgarum gens, quae tertia pars Galliarum* eſt, uti Livius 5, 34. in. de Celtis. Cf. ad Eutrop. 4, 14. ſ. 6. et quae notavit Burmann. ad Ovid. Metam. 4, 669. Contra Plinius 4, 18. ſ. 11. *Thracia, inter validiſſimas Europae gentes.* Vulgari forma idem noſter 2, 1, 2. ſic reddidit *Hominum primi ſunt Scythae.* Cf. 1, 2, 3. Genitivo utitur, ut alibi, ubi recenſum agit locorum per claſſes diſtinctorum. Cf. in primis 3, 3, 3.

alia quam dicta eſt) Dicta enim eſt Scythia *Aſiatica.* At haec eſt Europaea, quae perpetua eſt apud Geographos Scythiae diſtinctio. I. GRONOVIVS *MS.* 2.

pertinens) Notandum hoc verbum, quod vere Latinum et Geographicum, ubi vulgo vitioſe uſurpant verbum *pertingere*, quod Romani hinc abigunt. Sic rurſus cap. 7, 5. *eius ora usque ad Phycunta pertinet.* I. GRONOVIVS *MS.* Vid. infra ad 1, 7, 5.

Thracia) Omiſit regiones amplas ad Danubium ſitas, Daciam utramque et Moeſiam. GRAEVIVS *MS.* Mela veteris Geographiae rationem ſecutus eas regiones Scythia et Thracia comprehendit, uti adparet ex lib. 2. cap. 1, 8. et Herodoto 4, 99. Et ſic diſerte Dio 51, 27. adfirmat, Myſos, uti Graecis dicuntur, tractum inter Haemum et Iſtrum antiquitus tenuiſſe, et noſter 2, 2. in.

Thraciam a Pontici lateris fronte usque in Illyricos penitus immittit. Hinc etiam in prolixiori deſcriptione, tamquam minus olim notas, omiſit. De ipſis regionibus productis infra, ubi de iis expoſuit. Ceterum tenenda hic eſt elegantia elocutionis in notando regionum ſitu ad earum formam apte ſimul compoſita *adiungitur, prominet, dirimit, occupat, procurrit* —

diverſis frontibus) Sic 1, 17, 3. Ciacconius explicat ad ſeptemtrionem et meridiem verſis; melius de ſeptemtrione et occidente, ipſo Mela interprete, Perizonius.

CAP. IV.

BREVIS AFRICAE DESCRIPTIO.

§. 1. *Africae)* Graecis Λιβύη, ut de utroque nomine monet Eunapius in vitis philoſophorum p. m. 76. cum Africa. *Libya* etiam paſſim a Latinis vocetur. Ἀφρικὴ tamen ſenſu artiori de Africa propria et ex uſu Romanorum occurrit in Ptolemaeo 4, 3. Dione 36, 8. 41, 41. et alibi, in primis 43, 9. ubi diſerte ad illum Romanorum uſum refert; et hinc in eodem 38, 38. — Ἄφροι de incolis, cum alias latiori ſenſu dicantur Λίβυες. Nomen varie derivant, nempe *ἀπὸ Ἄφρα τινὸς συνεκδημήσαντος τῷ Ἡρακλεῖ ἐπὶ τὰς Γηρυόνου βοῦς*; (Euſtath. ad Dionyſ. v. 175.) ab Afro et Afra Abrahami liberis Cleodemus, qui et Malchas dictus, apud Euſebium de praeparatione Evangel. 9, 20. p. 422. ab Afro, Libys Herculis filio; (Solinus c. 27. ſ. 24.) ab אפר pulvere, quia ſit arenoſa regio; (Bochartus in Chan. 1, 25. in. ubi alia de nominis cauſis leguntur.) Sic *Libya* deducunt a Libya Epaphi filia; (Solinus c. l. cf. Herodot. 4, 45.) a Libe vento; (Iſidor. Orig. 14, 5. ubi et alii) a לוב

ſitis (Bochartus in Phaleg 4, 33.) alii etiam aliter, uti diſci poteſt ex Euſtathio ad Homer. Odyſſ. 4, 85. p. 152. Baſ. et ad Dionyſ. v. 175, Varia eius nomina recenſet Stephanus h. v. ita tamen, ut ad eius partes alia tantummodo pertineant, uti docet Cellarius in Geogr. ant. lib. 4. §. 2. Quae a Λιβύη deſcendunt gentilia et poſſeſſiva dabit Stephanus h. v. ab Africa *Afer*, *Africus*, *Africanus* in Latinis dici, Lexica docent. Ipſa Africa et latiori ſenſu dicitur, ut hic, et ſtrictiori, ut infra cap. 7. etſi diverſo aliis uſu et ambitu, de quo vid. Appian, de B. Civ. 4, 53. De eius terminis et natura deinceps. Quatenus veteribus fuerit cognita, disquirunt praeter alios Cellarius in Geogr. ant. lib. 4. c. 8. et Paris in Memoires de l'academie des inſcrr. — Paris Vol. 7. p. 79 ſqq. Circumnavigari poſſe, auctor noſter aliorum teſtimoniis evincere ſtudet lib. 3. c. 9, 3. Incognitam tamen fuiſſe ultra gradum 12. ex Ptolemaeo 4, 9. adparet. At accuratiorem habuiſſe veteres interioris Africae ſcientiam, docent ea, quae a Ptolemaeo commemorantur et olim in Herodoto, cuius narrationibus noſtra aetate fides acceſſit certiſſima. Cf. de Ptolemaei deſcriptione Buache in hiſt. de l'academie des Sciences de Paris an. 1787.

Nilo) Africam Catabathmo [vel Aegypto] terminari, auctor Herodotus Melpomene, [4, 41.] Salluſt. Iugurth. [c. 17. ſ. 22.] Strabo Geogr. ult. [17. p. 549. ſ. 798. et 576. ſ. 838.] et Pomponius ipſe infra cap. 8. Sed ſunt, qui Nilum usque ad Catabathmon pertinere putent. Aliter vero Ptolemaeus lib. 2. cap. 1. Africam terminat. SCHOTTUS. Pauci illi Catabathmo dirimunt, nec apte fatis, cum lateris brevitate Aſiae minime reſpondeat. Adnumerari tamen his illi debent, qui Aegyptum totam Aſiae partem faciunt, quamquam, ut ipſe Mela, parum ſibi in hoc conſtant. Maiori tamen numero utramque Nilo terminant, in quibus etiam eſt Mela

1, 1, 6. Sic Strabo 2. p. 87. f. 126. Dionyf. v. 18. Varro apud Charifium Lib. 1. p. 45. (in Putfch. Grammat.) Silius Ital. 1, 196. Plin. 3, 1. aliique, quos etiam innuit Agathemer. 1, 1. Contra quam opinionem infurgit Herodotus 2, 17. quia fic Aegyptus Nilo divifa et in Afia ponenda fit et in Africa. Alii Alexandriam terminum ftatuunt, in quibus Hirtius de B. Alex. c. 14. Orofius 1, 2. Melius alii cum recentioribus Arabico finu et ifthmo disterminant, ut Strabo 1. p. 24. f. 35. (ubi praefert adpofitis caufis) Agathemer. 2, 2. et 14. Cf. de hoc et Aegypto Euftath. ad Dionyf. v. 18. et 175. Si Ptolemaeum infpiciamus, retulit ille 4, 5. Catabathmon cum Aegypto et occidentale latus finus Arabici ad Africam.

brevior) Minus longa, quod verum effe experientiae indices tabulae docent, maxime ubi mari noftro imminet. VADIANVS. Refpicit omne fpatium magnitudinis, ut fit magis exigua, nec tantopere porrigatur fpatio fuo, quam quidem alterutra iftarum partium; prout *brevis* ufurpatur pro parvo; ut *fcopulus brevis* apud Ovidium Metam. 9, 226. et *brevior Offa* apud Martial. 8, 36, 6. unde patet fuiffe in hoc antiquorum errorem, quia ignoraverunt, quantopere Africa verfus meridiem porrigeretur. I. GRONOVIVS *MS.* Nempe concepit Mela animo lineam rectam, quae ab ora Mauretaniae occidentali ad Catabathmon aut Nilum, Africae ex veterum fententia finem, extenditur, hancque comparat fimili lineae, quae a Lufitania ad Tanain, Europae terminum, protracta cogitari poteft; quae, quia illa maior deprehenditur, Africam breviorem, quam Europen effe dicit. KIRSCHIVS *in prolufione fcholaftica* de vera Africae figura fecundum Pomponium Melam, Hofae 1791. 4.

nec usquam — obtenditur) *Nusquam* inquit Afiae, etiam in pelagus noftrum procurrenti, fuis lito-

ribus opponitur, quemadmodum Europa ſolet, quae ab Helleſponto ad usque Rhipaeos continuo tractu Aſiae obverſa eſt. Sed an illud verum ſit, dubito, cum ex Ptolemaeo [4, 4.] in tractu Cyrenaicae, qui citra Alexandriam eſt, ſecundum certum meridianum inde in latitudinem ductum, deprehendatur Cariam Cyrenaicae opponi; ceterum adeo exiguo ſpatio, ut inde calumniari Melae diligentiam nemo queat. VADIANVS. Scilicet ab oriente, quia Nilus non tam longe ad orientem eſt, quam ſunt Aſiae litora, puta Caria, Ionia, Aeolis. *Totis*, quia Helleſpontus et Thracius Boſporus orientaliores ſunt, quam ſit Africa. SOONVS. Cf. notata in critic. *Aſiae* cum I. Gronovio genitivum puto, cum ad litora referatur, uti quidem etiam in dativo intellexit Vadianus. *Huius* eſt Europae, cuius litoribus obtenditur tantum a parte Hiſpaniae, Italiae et Graeciae. *Obtendi* autem dicuntur loca locis, quando ſunt oppoſita. Sic Plinius 5, 17. ſ. 20. *Huic mons — adverſus obtenditur.* Cf. infra 2, 2, 5.

longior) Ab oriente ad occaſum, uti docet 1, 1, 3. Sic Plinius 6, 38. ſ. 33. longitudinem illi tribuit tricies ac ſepties centenorum nonaginta quatuor M. P. (3,794,000. P.) latitudinem, qua colebatur, nusquam ducentorum quinquaginta M. P. Straboni 17. p. 567. ſ. 825. latitudo eſt 13000 vel 14000 ſtadiorum, longitudo dupla fere; magno discrimine. Valet id quidem omnino de illa aetate, qua neſciebant receſſus ultra aequationem. Hodie tamen conſtat, Africam inſigni parte latiorem eſſe, quam longiorem. De falſa autem Africae forma a veteribus recepta eiusque cauſis legi poſſunt Mannert. (Geographie der Griechen und Roemer T. 1. p. m. 60 ſqq.) et Sprengel. (Geſchichte der wichtigſten Entdeckungen p. 61 ſq.)

qua ad fluvium) Quia frequentius ibi inſtituerunt itinera ad quaerendos Nili fontes, quos tamen

nunquam invenerunt. Sed hoc potuerunt affirmare, ibi per plures dies se potuisse progredi, cum vel per Mauritaniam, vel per Carthaginis imperium, ubi, inter parvum tempus incidentes in arenas ac deserta et feris belluis possessa, nequibant in tantum progredi. I. GRONOVIUS *MS.*

Utque inde procedit) Solet Mela, quando magnarum orbis partium descriptionem generalem praemittit, non de litoribus eorum tantum, sed de tota earum superficie, quanta quanta est loqui, et, in quam mundi plagam procurrat, quibus ex litoribus maria recipiat, et alia huius generis annotare. Hoc eodem modo lib. 1. c. 2. in brevi Asiae descriptione, postquam Asiam ingenti ac perpetua fronte ad orientem versam dixerat, pergit sic: *Inde cum aliquatenus solida processit, recipit ex oceano Indico Arabicum.* Verba igitur *utque inde procedit* totius Africae inde a Nilo ad occasum procurrentem superficiem denotant, in qua media magnos attolli dicit montes, quos deinde in iuga coniunctos ad occasum procurrere. KIRSCHIUS *c. l.*

media) Vadianus ad Numidiae fines duosque Ptolemaei Atlantes in primis refert. De Numidia consentit Olivarius, qui tamen addit inde a Catabathmo usque ad fretum Africam semper exsurgere. Et sic ex Herodoto 4, 181. docet Ciacconius non ad Mauretaniam tantum adtolli, sed per mediam Africae longitudinem ab Aegypto ad Herculis columnas montium dorsum excurrere. Bene igitur noster *iuga* dicit, et apte adiungit *exsurgit*, ut planae obponat. *Surgere* autem omnino eleganter de montibus, uti apud Ovid. Metam. 1, 44. Tacitum Annal. 1, 64. (iuga.) Sic noster 3, 10, 1. Similis locus exstat 2, 4. in. ubi posuit *adtolli.*

incurva) I. e. nullos facit sinus, nisi voles Syrtes appellare sinus. OLIVARIUS. Hoc est, in modum

ſalcis curvata. Sic enim a Dionyſio [v. 11.] deſcribitur; a Strabone vero [17. p. 568. ſ. 826.] non disſimili forma. CIACCONIVS. Olivarii explicationem reſpuit vocis uſus, vel ex Mela notus. Sic 1, 19, 16. obponitur *aequalis*. Kirſchius in proluſione ſcholaſtica an. 1791. difficilem hunc locum cenſet ſic explicandum; Africam non ſecundum lineam omnino rectam, ſed paullulum ad ſeptemtrionem oblique poſitam protendi; de tota enim Africa hic loqui, non de ſeptemtrionalis et meridionalis litoris finibus; tum Africam Pomponii, non hodiernam ante oculos ponendam eſſe. Haec ille. Cum incurvum, rectum et ſimilia non niſi de extremitatibus cogitari poſſint, adparet ita Melam in deſcribenda Africa a Nilo vel oriente ad occaſum progredi, ut interiori formae adiungat extremas partes. Sic *faſtigat ſe molliter* intelligi debet.

faſtigat) Verbum a fabris et architectis petitum, qui ſic faſtigabant templa, ut deſinerent in acumen, [cf. Liv. 44, 9, 6.] unde Geographi ad planam terram retulerunt. Sic repetit noſter 3, 1, 6. etſi ibi de *Cuneo agro* vocem Hiſpanicam et Latinam commiſcet. Sic Caeſar de B. G. 2, 8. *in fronte leviter faſtigatus*. I. GRONOVIVS *MS*. Dicitur de locis, quae ſenſim in acumen abeunt veluti cuneus, flamma et a latitudine contrahuntur. Senſus igitur eſt, cum ad Nilum lata ſit Africa, prout ad occaſum pergit, ſenſim ſenſimque in artius ſpatium contrahitur, quod et ſequentia declarant, Avienus v. 265. ita hoc reddidit: *caput huius ceſpitis autem Artius anguſto conducit litora tractu Oceanique ſolum cuneo ſubit*. Cf. Dionyſ. v. 177. (ὀξυνθεῖσα) et 184. (γλωχίν) et ipſe Mela 3, 10, 5. ubi *in finem ſui faſtigantis ſe Africae noviſſimus angulus*.

molliter) Sic Tacitus in Germ. c. 1. *molli et clementer edito iugo*. Feſtus ſ. v. Lingua *promontorium*

molliter in planum devexum. Idem f. v. Pectufcum *mollissime aditur urbs.* Caefar de B. C. 2, 10. *molle fastigium.* Minucius Felix in Octav. c. 3, 4. *ora curvi molliter litoris.* Solinus c. 14. f. 8. *collis dextra laevaque molliter curvus.* At ipfe Mela fubminiftrat exempla 2, 2, 8. 1, 18, 2. 19, 6. Eft autem *paullatim*, *leniter.* Prius verbo faftigare addit nofter 2, 15. pofterius Caefar de B. G. 2, 8. et fic *faftigium lene* Livius 25, 36, 6. Caefar de B. C. 2, 24. Curtius 6, 6. Cf. omnino de hoc ufu vocis *leniter* Drakenb. ad Liv. 2, 50, 10.

ex fpatio) Poft fpatium, poftquam fuit fpatiofa. Sueton. in Caef. c. 18. [*ex praetura* ut c. 71. Cf. interpretes ad Vellei. 2, 53, 1.] BVRMANNVS *MS.* *Ex* pro *poft* faepe ponitur, nec exemplis eget. *Spatium*, quod recte monuit Kirfchius c. l. abfolute pofitum Mela faepe pro latitudine adhibet, v. c. 1, 1, 4. de Bofporo Thracio; 1, 5, 5. de portu Magno; 1, 6, 1. de Numidia; 1, 7, 5. de Syrti minore; 2, 2, 8. de loco claufo, quo Xerxes copias menfus eft, et alibi. Cf. Burmann. ad Propert. 2, 23, 3. et, quem laudat, d'Orvill. in Mifcell. Obferv. Vol. 5. T. 3. p. 14 fqq.

adductior) Poft latitudinem fit ftrictior, locutione defumta ab aurigis, qui dicuntur adducere lora, quum equorum curfum volunt inhibere, quo fit, ut breviora fiant. Hoc transfert Mela ad terras. Pari translatione Tacitus [Hift. 3, 7.] *adductius imperitare* [cf. in Germania c. 43.] pro *feverius.* I. GRONOVIVS *MS.* 2. Sic Valer. Flacc. 6, 271. *adductae habenae.* Eodem modo dicitur de arcu, veluti apud Ovid. epift. 2, 131. *adductus nervus* apud eundem Metam. 1, 455. Hinc transfertur ad alia, quae adftringuntur, contrahuntur, uti in Suetonii Tiber. c. 68. *adductus vultus.* Et fic de terra. Avienus v. 266. reddit: *Artius angufto conducit litora tractu.* Ceterum priorem fententiam

mutatis verbis refert Strabo lib. 2. p. 89. f. 130. et συνάγεσθαι adhibet.

finitur) Si progreſſionem Melae tenueris, intelligit Mauretaniae tractum ad fretum Gaditanum, in quo conſentit etiam Strabo c. l.

§. 2. *eximie fertilis)* Feracitas Africae, qua culta eſt, ab Orbis antiqui ſcriptoribus, plenis buccis decantatur. Herodotus, [4, 198.] Varro, [1, 44.] Plinius [18, 21. f. 10.] Africam in certis locis non modo centeſimum, ſed et ducenteſimum et triceuteſimum foenus reddidiſſe aiunt. Inde *meſſes Libycae* in proverbio dicuntur uberrimae, et poetae, quando de magno frugum proventu loquuntur, Libyae meſſium, Libyci tritici meminerunt. Cf. Horat. 1. od. 1, 10. Inſignis locus de fertilitate Africae eſt apud Rutilium in itiner. [1, 147.] GRAEVIUS *MS.* Quae forſan cauſa dedit originem appellationi, qua *feric* notat ſpicam, ut ſatis ingenioſe notavit Bochartus in Chan. 1, 25. Satis autem patet, ab auctore reſpici regiones vicinas litoribus maris mediterranei, quae non ſolum cognitae fuerunt antiquis, ſed haud dubie primis, qui ingreſſi ſunt, dederunt cauſam ita appellandi. I. GRONOVIUS *MS.* De Africae fertilitate multa veterum loca conlegit Bochart. in Chanaan 1, 25. Cf. etiam Bourdelot. ad Luciani navig. c. 1. et quae notavi infra ad 1, 7, 5. Fertilitas autem praedicatur inter Nilum et Herculis columnas, in primis de Carthaginis tractu, uti narrat Strabo 1. p. 89. f. 131. et 17. p. 567. f. 825. Hinc vero in numis ſpicas oſtentat Africa.

obducta) Tecta eſt; hoc enim *obducta* ſignificat. Cf. 3, 10. in. CIACCONIUS. In ſuperficie nihil habentia, niſi ſiccas et infecundas arenas. I. GRONOVIUS *MS.* I. Cf. de hoc verbo Paſſerat. ad Propert. 3, 14, 5. et Cerda

ad Virgil. Aen. 2, 604. a quibus etiam exempla proferuntur. *Libyae arenas* autem frequenter in primis apud poetas commemorantur, de quibus vid. Bentleius ad Horat. 3. od. 4, 31. et Nodell. in notis criticis, quas Aviani fabulis adnexuit cap. 5. p. 117. Ita omnino de ignotis regionibus loca aeſtu et frigore exuſta, feris plena, vaſtis obſita montibus fingebant, uti docet Voſſius ad Scylacem p. 126. (ed. Gronov.) etſi hic vere ea narrantur. Cf. praeter alios Poiret voyage en Barbarie, praefat. p. 2 ſqq. Nota ſunt in primis deſerta Barcae et Saarae.

ſitim) Nempe, qui ſub tropicis ſunt, magnum aeſtum ſuſtinent. Diodor. lib. 4. [lib. 3. c. 34.] ad Aegypti et Troglodytarum fines tantum Solis circa meridiem aeſtum eſſe ſcribit, ut in vas aeneum cibi, cum aqua poſiti, extemplo ſolis ardore absque igne alio decoquantur, nec ullus nudo pede terram attingere queat. Quae, inquit, ignorantibus incredibilia videntur, iis vero, qui experti ſunt, facilia. Credibile igitur fuerit, Androclum illum Gellio [5, 14.] celebrem, opimiora membra praedae leonis, quocum in Libya triennio victitavit, meridiano ſole torruiſſe, cum ignem non haberet. Id autem circa Capricorni tropicum frequentius obtingit. Nam ſol illic terrae vicinior eſt, et omnium planetarum ob loci ſubditi radiis propinquitatem maior vis, et maior humoris depaſtio. Hinc Homerus [Il. 1, 423 ſq.] Iovem cum diis omnibus in Aethiopia apud Neptunum convivium agere finxit. VADIANVS. Salluſtius Iug. B. c. 17. ſ. 13. *coelo terraque penuria aquarum.* Eadem et Curtius 4, 7, 6. CIACCONIVS. In hac Africae deſcriptione ſecutus eſt in multis Salluſtium Mela. VOSSIVS. Haec verba egregie explicat Livius 4, 30, 7. *nec coeleſtes modo defuerunt aquae, ſed terra quoque, ingenito humore egens, vix ad perennes ſubſecit aquas.* I. GRONOVIVS *MS. Sitis coeli* quando non pluit; *ſitis terrae* quando fontes non ſunt. BVRMANNVS. Praeter ea, quae in criticis notavi, huc

faciunt Lucan. 9, 382. *exusta mundi, Qua nimius Titan, et rarae in fontibus undae;* Avienus v. 72. *inhospita late Aret humus, cassaeque solo torrentur arenae;* Orosius 1, 2. *multo amplius terrae in Africa ardore solis, quam in Europa rigore frigoris incultum atque incognitum est;* Lucianus de Dipsadibus c. l. γῆ διακεκαυμένη, ἔρημος ἐπὶ πολὺ, ἀκριβῶς ἄκαρπος, — οὐχ ὕδωρ ἔχουσα et sic seqq. Diogen. Laert. 9, 81. ἄνυδρος Λιβύη. Et hinc de Africa ponuntur verba *arida, aestifera, torrida, torrere, sitis, sitire, ardens* (Lucan. 9, 729.) *flammiferae arenae* (Rutilius itin. 1, 60.) *anhelans.* (Claudian. in Rufin. 2, 41.) et similia, de quibus vid. Cortius ad Sallust. Iug. c. 19, 6. Oudendorp. ad Lucan. 1, 206. Drakenborch. ad Silium Ital. 1, 194. Bochart. in Phaleg 4, 33. Confirmat id praeter alios recentiorum Poiret in voyage en Barbarie praef. p. 2. *des pleines d'un sable sterile et brulant;* et p. 5. *il faut quelque fois faire cent lieues et plus avant de trouver la moindre source, ou la plus petite plante.* Ceterum in describenda regionis indole *coelum et solum* s. *terra* alibi etiam iunguntur. Sic 2, 2. in. Cf. Curtius 4, 7, 6. Sallust. c. l. Tacitus hist. 5, 7. Flor. 3, 3, 13. Orosius 1, 2. de Hibernia, ubi male Cod. Prag. quem versavi, *solis* pro *soli.*

malefico) Tanta leonum copia, ut urbes obsidere ferantur, si vere Plinius. [8, 18. s. 16.] Ad haec tanta illic serpentium vis, ut cervis idcirco destitutam putarit Herodotus Melpomene, [4, 192.] Aristoteles, [Hist. Anim. 8, 28.] Plinius, [8, 51. s. 33.] Lucanus lib. 10. [9, 921.] Seneca. Contra vero cervos gigni affirmant Philostratus lib. 6. de vita Apollonii, [cap. 24.] Virgilius 1. Aeneid. [v. 184.] Oppianus 2. Cyneg. [v. 253.] ut et ursos Aelianus, Herodotus, [4, 191.] Livius, [103, 42. ex suplemento Freinshem.] Solinus, [cap, 29. s. 26.] Strabo, [17. p. 569. s. 828.] Iuvenalis [4, 99.] et

Maro; [Aen. 5, 37.] tametſi neget Plinius, [4, 54. ſ. 36. et c. 83. ſ. 58.] quod minime mirandum eſt, cum illius et Pomponii aetate nondum ſatis notum Romanis Aethiopiae primum clima ultra aequatorem, ut ex hac Africae deſcriptione apparet. SCHOTTVS. De cervis negant praeterea Aelianus Hiſt. anim. 17, 10. (hic et de apris) Antigonus cap. 11. Euſtathius ad Dionyſ. v. 175. At ſecus habere recentiorum teſtimonia adfirmant. Cf. quae in utramque partem adtulerunt Rittershuſius, Bodinus et Ballu ad Oppian. c. l. Weſſeling ad Herodot c. l. et quos memorat. Addatur Buffon Geſch. der Thiere (ed. Berol.) T. 3. p. 114. De urſis adſentitur aliis Martialis 1, 105. ex recentioribus Shaw voyage T. 1. p. 323. Sed cf. Dalechamp ad Plin. 8. extr. Cerda ad Virgil. c. l. Lipſius Elector. 2, 4. Salmaſius ad Solinum cap. 29. ſ. 26. p. m. 221. contra Lipſium in primis, qui de leonibus illa explicaverat, Larcher ad Herodot. 4, 191. TZSCHVCKE. *Malefico* vel generaliter eſt infeſto hominibus, quales ſunt leones et ſimiles, vel ſpeciatim pro venenato, in quo eminent ſerpentes, prout Romani deprehenderunt in bello Punico apud flumen Bagradam, cuius meminit Florus 2, 2, 20. I. GRONOVIVS *MS.* De illa ſerpente plures, qui memorantur ad Florum c. l. Sed et omnino de ſerpentibus in Africa multorum eſt narratio. Cf. infra 3, 10. in. Huius vero cauſam mythographi et poetae ex fabula de Meduſae guttis repetunt, de quo cf. Apollon. 4, 1513 ſqq. Ovidius Metam. 4, 6 6 ſqq. Silius 3, 314 ſqq. Lucan. 9, 619 ſqq. De venenatis beſtiis intelligunt *malefico* etiam Barth. in adverſ. 10, 6. p. 469. Burmannus MS. et fera animalia in media Africa maxime produci adfirmat Strabo lib. 2. p. 90. ſ. 131. Venenata recenſet Lucianus in Dipſad. cap 3. et Λιβύη proprie dicta θηριώδης, uti commemoratur ab Herodoto 2, 32. et 4, 181. ubi meridionale latus Atlantis, cum vicinia hodie *Biledulgerid* ad deſertum magnum *Saara.*

vasta) Significat non posse dici abundantem incolis, quoniam hi solent sedes, quas inhabitant, et terras colere, et iste cultus ostendit, ibi habitare homines, ut potius debeat haberi desolata, quum ab incolis illis nullum accipiunt beneficium. I. GRONOVIVS *MS.* Non tam lata, quam deserta. BVRMANNVS *MS.* *Vastus*, *vaste* apud nostrum notionem subiectam habet lati ambitus, magni spatii, omninoque intendit, et hinc in nostro loco infinitam solitudinem indicat. Cf. etiam Vossius ad 5, 3, 1. Desertum simpliciter explicat Havercampus ad Orosium 1, 10. Sed de his loquuntur etiam Lexica.

Libycum) Pars Tyrrheni s. mediterranei, quae adtingit Libyam; *Aethiopicum* pars Indici; *Atlanticum* pars magni Oceani ab Atlante monte. De his maribus cf. etiam Agathemer. 2, 14.

§. 3. *quam)* Non *quos*, quia verbum, non res explicatur. Sic Nepos in Pausania c. 3, 6. *genus hominum, quod Helotes vocatur.* Cicero de Fato in. *Quia pertinet ad mores, quod ἦθος illi vocant;* in Bruto 20, 5. *Scipio Nasica, qui est Corculum appellatus;* cap. 12, 5. *disputationes, quae nunc communes adpellantur loci.* Noster 3, 1, 10. *flumen, quod Saliam vocant*

Cyrenas) Infra c. 8. in. *Cyrenaicam* vocat, urbem *Cyrenen.* Sic Plin. 5, 5. Ptolemaeus 4, 4. Passim tamen etiam *Cyrenae* de provincia vel de agro, ut in Plinio 11. 32. s. 27. *Cyrenis circa oppidum.* Et sic *Proconsul Cyrenarum* in lapide apud Gruter. p. 476. n. 5. Κυρήνη apud Theophr. in hist. plantar. 6, 3. m. et 6, 8, 6. Stephanum s. v. Λιβύη. H. *Barcan.*

Africa) Dicta minor, cuius situm luculenter Mela indicat. Proprie fuit regnum Carthaginiensium. Cf. 1, 7. in.

ſed Mauri) Hinc patet, Mauros eſſe extremos ex gentibus Libyco mari adiacentibus. I. GRONOVIVS *MS.*

expoſiti) Hoc eſt, non tantum noſtro mari adiacent, ſed usque ad Atlanticum etiam pertinent. Sic cap. 6. in. CIACCONIVS. Plane eodem ſitu, quo Indi non modo mare Eoum, ſed et meridianum ſpectant ſupra in cap. 2, 3. I. GRONOVIVS *MS.* 2. *Expoſitum* noſtro eſt patens, extenſa in latitudinem vel longitudinem. Cf. 1, 5, 5. 6, 1. Sic Ovidius Faſtor. 4, 563. ubi vid. Burmannus.

Nigritae) Vid. ad 3, 10, 4. de Pharuſiis ad 3, 10, 3. de Aethiopibus 3, 10. in. *Ultra* eſt verſus meridiem; *reliqua huius* ſc. Atlantici litoris.

ſpectat) Sic Graeci, veluti Strabo, βλέπειν, ὁρᾶν. Latini ſic ſaepe *ſpectare, proſpectare, adſpicere,* etiam *proſpectare* in notando ſitu verſus coeli plagam terraeve partem. Vid. Tacitus de Germ. cap. 5. Oroſius 1, 2. p. 31. Haverc. et qui exempla plura contulerunt I. Gronov. infra ad 2, 3, 6. Oudendorp. ad Lucan. 2, 429. et Burmann. ad Phaedr. 2, 5, 10.

Aſiae confinia) Ad Aegyptios usque et Arabas.

§. 4. *ſuper)* Enumeratis gentibus, quae mare noſtrum et Oceanum attingunt, interiora terrarum deſcribit. CIACCONIVS. De voce *ſuper* cf. ad 1, 2, 5. in utroque volumine, et in priori de voce *abluere.*

Libyes Aegyptii) Plinius 5, 8. in. verſus ſuperque Gaetulos ponit; Ptolemaeus 4, 5. inter Oaſitas et Aethiopas ſub Aegypto. Adtigerunt autem Oaſitae Moeridis lacum verſus ſeptemtrionem, quod etiam ex Strabone lib. 17. p. 559. ſ. 813. diſcitur, qui vocat teſtibus

MSStis in hoc et aliis locis Αὐάσεις, ut Stephanus. Illorum igitur ſedes fuit ad occaſum Thebaidis, ubi nunc deſerta Barcae et Libyae.

Leucoaethiopes) Ptolemaeus 4, 6. Agathemer. 2, 5. Λευκαιθίοπες; Plinius 5, 8. *Leucaethiopes;* Martian. Capel. lib. 6. p. 217. vocat *Leucas Aethiopes.* Ita autem dicuntur, quia minus nigri ſint ceteris interioribus; et ſic noſter fere 3, 7, 5. *atrae gentes et quodammodo Aethiopes,* in India. In eorum ſitu discrepant Ptolemaeus et Mela. Ille enim ad mare Atlanticum ponit, hic ſuper Libycum. Plinius omnino in Africa interiori ultra deſerta verſus meridiem producit iuxta Libyaegytios. Nec ſibi hinc conſtant recentiores. Harduinus ad Plinium c. l. in deſerto *Saara* quaerit; Voſſius de Nili origine cap. 19. p. 67. ultra Nili fontes verſus auſtrum ad Guineam hodiernam, fere ut Ptolemaeus, reiicit, et Lovangi regis ſatellites tales fere eſſe exiſtimat. Cf. tamen Ludolfus in comment. hiſt. Aethiop. 1. n. 100. in. p. 197. Equidem propter ſuperos populos Plinii ſententiam ex Harduini explicatione amplector, etſi, quod ſit in vagis his populis, ſedes vera conſtitui vix poteſt. Qui de iis data opera ſcripſit Pylius, (vid. Miſcellan. Lipſ. T. 5. obſerv. 101. p. 116 ſqq.) nimis alte rem repetit, et alienis admiſtis, nihil, quod huc valeat, adfert. TZSCHVCKE. Haec vox quum ſit tota Graeca, patet, Graeculos quosdam, cum in his terris aliquamdiu egiſſent, reverſos in patriam intuliſſe mendacio, quaſi tales, qui fingi vix poſſunt, ab ipſis forent viſi. I. GRONOVIVS. Cum teſtes adſint non contemnendi plures, ex promiſcuo gentium coitu intelligi poteſt.

Gaetuli) Vid. ad 3, 10, 4. Quod Cellarius in Geogr. ant. lib. 4. c. 8, 10. mirum hunc ordinem, aut dubium putat, Gaetulis ultra Garamantas in ortum, ad Libaegyptios usque remotis, contra recte monet Perizo-

nius, male illum haec conferre in unam lineam ab Oriente ad Occasum, cum Mela hic procedat ab Aquilone in Austrum, ut ultra litoralem tractum ponantur *Libyes Aegyptii* et *Leucoaethiopes* et *Gaetuli*, tum versus Meridiem occurrat terra inhabitabilis, denique ultra eam ab Oriente in Occasum *Garamantes* primo, dein *Augilae* et *Troglodytae*, denique *Atlantes*.

multiplex) Non enim hic tantum, sed et in interiori Numidia et alibi ad Atlanticum Oceanum describuntur Gaetuli. Hinc Tertulliano contra Iudaeos cap. 7. memorantur Gaetulorum varietates et Maurorum multi fines. Inepte haec interpretatur vir doctus de pantherina pelle, cui assimilatur Libya. VOSSIVS. Adsentitur I. Gronovius MS. Scilicet quia haec gens non fuerit solita se continere in uno et certo loco, sed cum suis mappalibus erraverit per omnia. Talem producit Sallust. in Iug. c. 18. At Kappius in indice h. v. explicat πανοῦργος, ut obponatur stupidae, de quo laudat Lactantium 2, 11, 16. ibique Bunemannum. Docte quidem, sed nimis argute, cum in contractiori hac descriptione sedes, non mores indicentur. Hinc vero μέγιστον ἔθνος Λιβυκὸν vocavit Athenodorus teste Eustathio ad Dionys. v. 215. ut Strabo lib. 17. p. 568. f. 826. Sic prope Syrtes commemorantur apud Isidor. Orig. 9, 2. iisque adponit Virgil. Aen. 4, 40. Marmaridas conterminos desuper (ἐφύπερθε, procul a mari) facit et ulterius Nigritas Dionys. v. 215. super Numidiam ponit Sallust. Iug. c. 19. et cum Numidis coniungit vel secundum Codd. multos Numidas etiam facit Hirtius de B. Afr. c. 32, 3. ubi vid. Davisius et Oudendorpius. *Accolas Syrtium* vocat Florus 4, 12, 40. Sic alii plures late dispergunt, tum etiam illorum populos memorant. Cf. quae conlegit Cellar. in Geogr. ant. 4, 8, 9. et infra notata ad 3, 10, 4.

late vacat) Supra Gaetulos in ortum et meridiem expansa. VADIANVS. Virgilium videtur imitatus

Georg. 3. [v. 477.] *et longe ſaltus lateque vacantes.* SCHOTTVS. Verſus orientem. OPORINVS. Comprobant hanc explicationem Plinius 5, 8. et Martianus Capella lib. 6. p. 217. qui *monſtruoſae novitatis has ſolitudines et fugiendas* dicit. Ceterum Nepos eodem ſenſu magis expoſite in Eumene c. 8, 5. *loca deſerta, quae nemo incolebat propter aquae inopiam.*

Garamantas) Hos Plinius quoque [5, 8.] orientales facit. Strabo lib. ultimo [lib. 17. p. 574. ſ. 835.] quindecim dierum itinere ab Hammone abeſſe ſcribit, quorum terram in orientem eunti circiter 1000 ſtadia, in meridiem ad 200, quatenus cognita eſt, pateſcere ait. VADIANVS. Haec ab Herodoto lib. 2. [immo lib. 4, 174. 183.] Pomponius accepit; a Pomponio Plinius 5, 8. CIACCONIVS. Hos quum ſub Auguſto domuerit Balbus, ut refert Florus 4, 12, 41. ut tunc plene innotuerint Romanis. Tum monſtrantur in rebellione Tacpharinatis apud Tacit. lib. 4. Annal. c. 23. ac demum alia ad eos via reperta fuit tempore Veſpaſiani cum quatridui compendio, ut dicit Plinius lib. 5. cap. 5. I. GRONOVIVS *MS.* Herodotus lib. 4, 174. ad orientem hibernum ponit, ubi h. Fezzan. Nam, ut ipſe refert, ſequentibus aliis, habitant verſus auſtrum ſuper Pſyllos, qui ponuntur in regione Syrtica inter ſedes Lotophagorum et Naſamonum, dummodo iter quodvis diurnum 6 miliaribus noſtris aequetur, quod ipſe ſuadet 4, 101. vel 5 miliaribus, cum alio loco 5, 53. diurno itineri ſtadia tribuat 150, prout citatior eſt greſſus vel militaris. Cf. etiam Heeren Ideen über die Politik — der alten Welt p. 164. Edriſii Africa p. 138. ed. Hartmanni, et Hennicke in Geogr. Africae Herodotea p. 32 ſqq. Alia de iis et ſequentibus populis infra ad 1, 8.

Augilas) Qui a Garamantibus diſtabant 10. dierum itinere (Herodot. 4, 183.) vel 12. uti refert Plinius 5, 4. quamvis maiori Herodotus fide dignus eſt.

Intra) In interioribus regionibus et remotius a litore, uti post cap. 6, 2. addit. *Si* in hoc nexu ponitur, ubi iudicium de rei veritate fideque ad alios reiicimus adiuncta dubitatione. Sic Plinius 4, 26. s. 12. *gens felix (si credimus) quos Hyperboreos adpellavere.* Cf. post cap. 6, 2.

semiferi) Hoc verbo plerumque utuntur poetae de Centauris, quibus certe affingebant dimidiam partem humanam et dimidiam equinam. Noster his monstris attribuit, quibus vix quidquam humani aderat, quales erant Aegipanes, quos rursus tangit in cap. 8. extr. I. GRONOVIVS *MS.*

habent) *Habere* tamen saepe pro habitare, ut lib. 3. c. 5. [3, 9. in.] *Meroen habent*, ubi *habitantes* temere Pintianus. SCHOTTVS. Obtinent ita, ut alios meliores inde pellant, sed non colunt. I. GRONOVIVS *MS.* Recte. *Habere* est omnino possidere, ubi abesse usus potest rei et cultus, veluti in avaris, levibus, negligentibus. Hinc Virgil. Georg. 1, 3. *qui cultus habendo Sit pecori*, ubi vid. Burmann. Livius 5, 35, 3. *agrum latius possidere, quam colere* eodem sensu dixit. De Anthedoniis alia de causa, quippe qui fere omnes in mari agebant piscatores, Dicaearchus in statu Gr. p. 18. (Huds.) τὴν χώραν οὐκ ἐργαζόμενοι, οὐδὲ ἔχοντες.

§. 5. *Haec summa)* In primo capite; *maximae partes* in 2. 3. et 4. capite. Igitur paucis illa retractat.

oras situsque) Subiunxerat superioribus in prooemio: *Deinde rursus Oras omnium et litora, ut intra extraque sunt. Orae* autem fines significant. Sic enim 2, 1. in. *Asiae in nostrum mare Tanainque vergentis finis ac situs est.* CIACCONIVS.

unde terras) Sic et Plinius 5, 1. in. *principia terrarum* Mauretaniam facit et Hiſpaniam.

quae influenti) Placuit Pomponio inde diligentiorem deſcriptionem incipere, ubi Oceanus per Gaditanum fretum terram continentem irrumpit, a dextra quidem parte, qua ſita eſt Africa. Alii aliter, prout fert cuiusvis conſilium et ratio. Plerique Europam primo loco ponunt, tamquam cultiorem et urbibus incolisque frequentiorem.

ſtringere) Figurate dixit pro eo, quod eſt breviter et compendio deſcribere. Nautae et oram *ſtringere*, et litus *legere* dicuntur, cum cominus praeternavigant. Sic Virgil. Aen. 3. [v. 292.] *litoraque Epiri legimus.* Figurate quoque Plinius lib. 4. [c. 27. ſ. 13.] *litus Oceani legendum.* VADIANVS. Sic Seneca Natur. Qu. 4, 2. *ora navibus ſtringitur.* Virgil. Aen. 8, 63. *ſtringere ripas.* CIACCONIVS. Eſt extrema percurrere, ſicut mox *legere* dixit. Virgil. Aen. 2, [208.] *Pontum legere.* Aen. 8, 63. *ripas ſtringere.* OPORINVS. Sic et alii in notis MSStis, tantum quod Burmannus *ſtringere* ab avibus petit, quae tangunt terras vel undas roſtris. Stringere eſt leviter aliquid tangere, vel tangendo praeterire, et ſic ſaepe dicitur et varia ratione; *legere* progrediendo certam aliquam viam, lineam perſequi, et ad navigationem transfertur a proſaicis etiam, veluti Suetonio in Aug. c. 16. Tiber. c. 11. in. Vid. Drakenb. ad Liv. 37, 17, 8. ubi plura loca congeruntur. Ita vero etiam de pedite, uti docent Tennulius et Oudendorp. ad Frontin. 1, 4, 7. Hac igitur metaphora Pomponius, cui inhaeret, brevem maritimorum in primis locorum recenſum promittit, facta ſive praetervectione, ut promontoriorum, ſive peragratione, ut regionum, urbium. Sic *peragrare* etiam a Iuſtino 12, 10, 1. ad navigationem refertur. Huc vero reſpicit noſter 2, 7. in.

peragratisque.) Oroſius 1, 2. *ſtylo pervagabor.* Sic Solin. c. 3. ſ. 8. *in dicendo circumvecti. Mare* eſt me-

diterraneum. Tò *in* ante *mare* omifit etiam Soonus. Vid. not. crit. *Curfus* de navigatione, ut *ire*, Gr. τρέχειν et adfinia, non infolitum. Multa conlegit Staveren. ad Nepot. Miltiad. cap. 1. extr. Ceterum in rerum defcriptionibus etiam alii remotius ex re nautica verba mutuantur. Vid. Ovid. Faftor. 1, 4. Nemefianus in Cyneget. v. 59 fqq. et qui huc propius valet Cicero in Bruto c. 13.

CAP. V.

PARTICVLARIS AFRICAE DESCRIPTIO.

§. 1. *Dictum)* Cf. fupra cap. 3. in. 4, 2. *Terras;* fic accurate dixiffe notat I. Gronovius MS. ut duas diftinctas intelligamus, nempe Europam et Africam. *Contingeret* alias *adlueret*. *Hinc* eft ex Oceano.

Mauretania) De fcriptura fatis dictum eft in not. crit. Graecis ufitate vocatur Μαυρουσία, vel etiam Μαυρουσίων γῆ, ut Strabo 17. p. 570. f. 829. Hinc Vitruvius 8, 2. *Maurufia, quam noftri Mauretaniam adpellant*. Rarius Μαυριτανία, (vulgo) ut apud Ptolem. 4, 2. Procop. de B. Vandal. 1, 14. et 25. Incolae Graecis Μαυρούσιοι, Romanis Mauri, uti etiam diferte monet Strabo 17. p. 567. f. 825. et ex eo Euftath. ad Dionyf. v. 185. Hinc Plinius 5, 2. videtur intelligendus: *Mauri, quos plerique Maurufios dixerunt*. Maurufios tamen dixit Livius 24, 49. 5. Utrumque omnino adfert Stephanus. Plura dabunt Lexica, veluti Gefneri. Addo tamen *Mauritani*, quod legi in Gorii infcrr. ant. P. 2. p. 347. Unde fuerint adpellati, varia fertur opinio. Salluftius Iug. 18, 21. putat pro Medis; alii a μαῦροι i. e. nigri ducunt, alii longius ex Orientis lingua repetunt, varia quidem ratione. Vid. Allgem. Welt-Gefch. Vol. 6. p. 175. ubi plura, quae non moror. Cf. Bochart. in Chan. 1, 25. et

Hoeſt von Marokos p. 100. Incolas antiquiſſimos putant colonosque ab Indis in Herculis expeditione ductos, (Strabo 17. p. 570. ſ. 828.) vel a Perſis, Medis — (Salluſt. c. l.) vel a Phoenicibus, (idem c. l.) et Procopius de B. Vandal. 2, 10. inſcriptionem Punicis literis, quae Tigiſi fuerit, memorat. Plura Ritter. ad Guthrie — Welt-Geſch. Vol. 5. P. 2. p. 127. Ipſam regionem unam habent antiqui ad Melam usque, et regum nomina addiderunt; (Plin. 5, 1. ſ. 2.) hinc duplex memoratur, *Tingitana* et *Caeſarienſis*, cuius diviſionis auctor fuit Claudius, (Dio Caſſ. 60, 9.) vel Caligula, (Plin. 5, 1. in.) quod componere ita ſtudet Harduinus, ut inſtitutam ab hoc, ab illo perfectam exiſtimet. Maius pondus Mela adderet, niſi eum antiqua ſectari ex aliis conſtaret. Nempe poſteriori diviſione *Mauretania* vetus dicta eſt cognomine *Tingitana*, Τιγγιτανή, uti apud Ptolem. 4, 1. in. Agathemer. 2, 5. *Tingitana* frequentiori uſu, maxime in inſcriptionibus, ut Gruteri p. 493, 7. Donii p. 201, 54. Et ſic poſteriores, in quibus Geogr. Ravenn. 3, 9. Alias etiam *Tingitania* vel ſimpliciter, (Gruter. p. 482, 7.) vel addita voce *provincia*. (Plin. 5, 1. ſ. 2. cum nota Dalechampii.) Nomen a Tingi inditum. Altera Mauretania eſt, Caeſarienſis; (cf. Reineſii inſcrr. 3, 38.) cuius initium Mulucha amnis, qui ex noſtro etiam olim fuit Numidiae. Ptolemaeo 5, 2. dicitur ἡ Καισαρηνσία, et omiſſo ν Καισαρησία Agathemero 2, 5. ab urbe *Caeſarea*. Eius pars huic urbi vicina ab urbe *Sitiſi* ſub finem ſaeculi IV. *Sitiſenſis*. (Oroſ. 1, 2. Geogr. Ravenn. 3, 7.) Tum in Numidia commemorantur *Maſſaeſylii* ab occaſu, ab oriente *Maſſyli*, de quibus vid. Cellarius in Geogr. ant. 4, 5, 1. et Dionyſ. v. 187. Hinc et diverſa tradunt auctores de Mauretaniae ambitu et de ipſis populis. Sic Mauros et Numidas diſtinguunt Polyb. 3, 33, 15. Livius 21, 22, 3. Salluſt. Iug. c. 19. Appian. de B. Civ. 2, 44. in. Dionyſ. c. l. Priſcianus v. 176. Avian. v. 280. ex poſterioribus Vibius Sequeſt. p. m. 36. Ita Iuba a

Strabone 17. p. 570. f. 829. Maffaefyliorum rex dicitur, quorum regionem finitimam facit Mauretaniae a Molochat fl. ad promontorium Tritum, f. Tretum, Τρητὸν Ptolemaeo 4, 3. qui ponit poft Ampfagam fl. in fine Mauretaniae Caefar. ubi nofter exorditur Africam propriam. (1, 5. in.) At eundem Mauretaniae regem facit Flor. 4, 2, 65. ut Eutropius 6, 23. f. 18. ubi cf. notata; eundem Numidarum regem Dio 41, 41. quod et innuit Caefar de B. Civ. 2, 25. Maurorum Numidarum Appian. de B. Civ. 2, 44. in. Idem eius patrem Hiempfalem 1, 62. f. Numidarum regem dicit. Tum Iubae regia Cirta nominatur, quam in Numidia ponit Pomponius. Illo vero tempore Bogudes et Bocchus Mauretaniae reges fuiffe ex connexu narrationum difcitur apud Strabonem 17. p. 570. f. 828. Dion. 41, 42. Appian. de B. Civ. 2, 96. De Plinii loco, qui turbas dedit, infra. Sic Livii epitome 89. Hiarbam Numidiae regem dicit, illique Numidiam ereptam Pompeium reftituiffe narrat Aurel. Victor de V. I. cap. 77. in. at Eutropio 5, 9. f. 6. eft rex Mauretaniae. Mafaniffa Numidiae rex Livio in epitome 50. et aliis, at Luciano de Macrobiis cap. 17. Maurorum. Sed repreffis aliis, quae in fchedas coniecta tenebam, aliqua de ambitu et finibus addere placet. Cum Strabo 17. p. 570. f. 829. veterem Mauretaniam ad Mulucham fl. extendat, unde Maffaefylorum regio tunc incepit, idemque in Mauretania faciat nofter, adparet hunc antiquo fenfu eam defcripfiffe. Ptolemaeus 4, 1. Mauretaniam Tingitanam ex pofteriori Claudii divifione usque ad vicinum fl. Maluam ulterius promovet. Cum Mela confentit Plinius 5, 1. f. 2. in quo tamen difficultatem moverunt verba praecedentia: *Mauretania Bocchi, quae nunc Caefarienfis;* quam vario conatu tollere ftuduerunt viri docti, in quibus Voffius ad finem capitis, Shaw voyages T. 1. p. 18. 26 fqq. et p. 50. Belley in hift. de l'academie des infcrr. — à Paris T. 38. p. 97 fq. praeter Cellarium in Geogr. ant. 4, 5, 61. Eos igitur, qui diligentius explorare et diiudicare velit, adeat.

Equidem paucis tantum hic ſummam complectar, in qua auctores praecipue conſentire videntur. Antiqua Mauretania (Strabonis) pertinuit ad Maſſaeſylos, finemque habuit ab hac parte amnem Molochat ſ. Mulucham. Haec autem fuit Mauretania Bocchi, quae ad eundem fluvium pertinuit, (Salluſt. Iug. c. 19. f. quem ſequitur Mela in fine cap.) et Numidiam inde, ubi Maſſaeſyli a Strabone ponuntur, tenuit Iugurtha. (Salluſt. c. l.) At illi termini mutati ſunt in diviſione Mauretaniae Tingitanae et Caeſarienſis. Nempe Mauretaniae antiquae pars, quae etiam fuerat Bocchi, inde a flumine Mulucha ad Maluam adſcripta eſt Mauretaniae Caeſarienſi, ex quo iudicandus eſt Mela et alii. Ita vero recte Plinius utrumque indicat 5, 1. ſ. 2. ubi ſcribit: *Siga alterius iam* (nempe ipſius aetate) *Mauretaniae* (i. e. Caeſarienſis, in quo conſentit Ptolem. 4, 2. in.) *Namque diu regum nomina obtinuere, ut Bogudiana adpellaretur extima;* (i. e. propius ad Oceanum) *itemque* (ut alio exemplo idem in hac regione declararet) *Bocchi, quae nunc Caeſarienſis.* (ſc. pars eſt, ex nova illa diviſione, priori mutata.) Hinc recte ſubiicit, quae apud noſtrum et Salluſtium leguntur, ſimulque adparet, quid de disputationibus circa fluvium Mulucham ſtatuendum ſit. Cf. poſt. Elucet item, Pomponium antiquam diviſionem de Bocchi Iugurthaeque regnis retuliſſe, neglectis poſterioribus mutationibus. Falſo etiam hinc Shaw c. l. putat, Claudium terminos inter Bocchi Iugurthaeque regna tenuiſſe. Terminos autem Mauretaniae Pomponius ex inſtituto curſu ad mare internum et verſus orientem indicat; de iis, quos habuit verſus Oceanum, loquitur 3, 10. ubi Nigritas Gaetulosque Maurorum facit vicinos, ut alii; Ptolemaeus 4, 1. ad montem, Atlantem maiorem (duos enim memorat) promovet; Oroſius 1, 2. ad Atlantem et Oceanum Atlanticum, ſub Africo ad Heſperium montem, a meridie ad gentes Aulolum, usque ad Oceanum Heſperium contingentes. Neque tamen in his auctores conſentiunt, quia non ſatis conſtat, quoad Gae-

tuli verſus ſeptemtrionem pertinuerint, et quem montem veteres vero et accurate Atlantem dixerint. Conlegit ea Shaw p. 11. c. l. qui ibi finiiſſe exiſtimat Mauretaniam et Numidiam, ubi h. *Wadreag*, *Wurlagh* et *Arabes* dicti *Beduini*. Idem ibi, quae de utriusque longitudine leguntur in auctoribus, ut Plinio 5, 1. ſ. 2. Martiano Capella lib. 6. p. 216. leguntur, pluribus disputavit. Aliae vero Mauretaniae diviſiones, veluti *maritimae*, *Gaditanae* ad poſteriorem aetatem pertinent. Pomponii Mauretaniam complecti hodie putant regna *Fes* et *Marocco* Graevius MS. et Poiret in voyage en barbarie, diſcours preliminaire; quod ex variis notionibus et terminis regi debet. Maximis inſulis miro errore adnumerat Hygin. fab. 276. et in circuitu 76 ſtadia habere dicit. Eius et Numidiae hiſtoriam expoſuit Belley in hiſt. de l'academie des inſcrr. — de Paris T. 38. p. 99 ſqq. De Maurorum moribus infra §. 4. In numis propter ſummam equorum praeſtantiam, maxime velocitatem, (cf. Strabo 17. p. 569. ſ. 828.) equum habet adpoſitum, vel elephantum. Vid. Patinus in numiſm. Imper. R. p. 191. et omnino Raſche in Lex. num. T. 3. P. 1. p. 3820 ſq.

Mulucha) Ita et Plin. 5, 1. ſ. 2. Salluſt. Iug. 12, 5. aliique. Straboni 17. p. 569. ſ. 827. et poſt Μολοχάϑ, in quo Maſſaeſyliorum et Maurorum fines conſtituit. Μολοχάϑ eſt etiam in Ptolemaeo 4, 1. et deinceps *Malua*, quo terminat Mauretaniam Tingitanam et Caeſarienſem, uti faciunt Oroſius 1, 2. Antonin. in itiner. p. 12. Weſſel. Aethicus in Coſmogr. p. 732. ed. Gronov. ad calcem Melae. Hinc vero eundem quidam putarunt, veluti auctores hiſtoriae catholicae Vol. 16. p. 183. Ritter. ad Guthrie — hiſtor. Vol. 2. p. 133. In Plinio tamen 5, 1. ſ. 2. ab illo discernitur et *Maluana* vocatur; ut antea de Ptolemaei Malua notavi. At ex eodem Ptolemaeo difficultas obiicitur, quod Sigam urbem poſt Molochath et Portum Magnum ponit et hinc alium

fluvium *Chylemath*, fubiicit. Negat igitur Voffius ad finem huius capitis Strabonis et Ptolemaei Molochath huc referri poffe, eiusque *Chylemath* (Χυλημάϑ) eundem putat, depravato nomine pro Μυλυχάϑ; eius *Molochath* longe hinc abfuiffe. Teftem autem provocat Plinium c. l. qui Mulucham fimiliter inter Portum Magnum et Quizam conlocet. In Strabonis tamen Molochath Voffium erraffe, ex locis conlatis monuit Cellarius in Geogr. ant. 4, 6, 19. adfentiente hic Perizonio. De Ptolemaei Χυλημάϑ minor fit dubitatio, in quo etiam praeter alios accedit Shaw c. l. cap. 2. p. 15. qui putat, Mulucham poftea, mutato nomine, vel ad Maurorum linguam magis accommodato, Maluam dictum effe inde a Ptolemaeo, ita ut pofteriores fubpreffo Mulucha femper dixerint Malua, contra priores; neque enim, fi diverfi fuiffent fluvii, fic alterutrum nomen incognitum manere potuiffe, et aperte Maluam dici duas Mauretanias diremiffe; ab Arabibus hodie vocari Malouïa f. Mul - looïa, et maximum effe eius regionis fluvium, qui contra Almeriam Hifpaniae evolvatur. Poft tamen cap. 2. p. 18. Melam erraffe, et Mulucham pro Malva cum Plinio male prope Portum Magnum pofuiffe exiftimat, ubi nullus reperiatur fluvius, in quo quidem fibi repugnare videtur, cum antea Mulucham et Malvam eundem fluvium fecerit. — Ptolemaei Χυλημάϑ Mulucham etiam putat, et, quia Melam et Plinium fecutus fit, procul a Malua pofuiffe; Molochath autem prope Maluam Strabonis narratione ductum; Molochat plane cum Malua fitu convenire, fic ut rectius omitti hic potuiffet. Sed plura apud illum p. 18 fqq. legi posfunt, fi quis putet, ita difficultatem expediri poffe. Si locorum fitum fpectes in Ptolemaeo, eius Χυλυμάϑ utique videtur effe Melae Mulucha. Praeponuntur enim, ut hic, *Portus Magnus* et *Siga* urbs cum fluvio cognomini. Quod vero *Rufadir* prope Molochath conlocavit, forte cum Tamuda Melae eum commifcuit, vel idem habendus eft. Malua autem bene habet, quem diferte etiam

a Mulucha diſtinguit Plinius. Tueri quidem Ptolemaei Muluchath antiquo illo ſenſu videtur adpoſita urbs cognominis, quam et commemorat Florus 3, 1, 14. qui, quod cum Frontino 3, 9, 3. ſua maximam partem ex Salluſtio hauſit, hic non longe a Mulucha, regnorum Bocchi Iugurthaeque termino, montem cum mediocri caſtello commemorat, quod huc transferri poſſit. At prior Ptolemaei error hunc etiam adtraxit, atque ex nexu et ſerie rerum geſtarum adparet, Iugurthae illam urbem fuiſſe, et hinc in Numidia vetere ſitam, quae tamen ex Ptolemaei indicio cum Siga fuit Mauretaniae veteris. Si de hodierno nomine quaeritur, *Mulloiiah* olim Malua idem eſſe non poteſt, qui Mulucha, uti ſtatuebat Shaw, cuius etiam Siga, quam *Tackumbreet* h. eſſe putat, poſt Mulloiiah remotius iacet prope *Tafna* fluvium, qui videtur eſſe Mulucha veterum, vel etiam vicinus fluvius, quorum plures in tabula propoſita memorantur. Quod ſcribit Chenier in recherches — ſur les Maures T. 1. p. 69. Malua ſ. Malucha, nam eundem etiam habet, hodie regnum Maroccanum et Algerianum ſeparat.

caput) Ipſe explicationem ſubiicit, uti paſſim ſolet. Cf. not. crit. ad 1, 12, 4. *Caput* autem de principio rerum poni notiſſimum eſt, in primis de fluviorum fontibus. Ut hic, ſic 2, 6, 5. de extrema terrae parte. Eodem modo Avienus in perieg. v. 104. *caput autem principiumque Europae et Libyae.* Apte vero etiam de promontorio, quod exſtat.

ἀμπελουσίαν) Sc. *ἄκραν*. Patet, hanc vocem illi datam propter ubertatem vinearum, quas certe laudatiſſimas illic fuiſſe docent hodieque numi Tunetani, quorum moneta plerumque eſt racemus. I. GRONOVIUS *MS*. Hoc etiam nomine redit in noſtro 2, 6. f. et 3, 10. f. et commemoratur a Plinio 5. in. et Boccatio de montibus h. v. ubi totum hunc locum mutatis ſubinde

verbis repetit. Similes aliorum promontoriorum adpellationes a vineis ductae et alibi occurrunt, veluti ἄμπελος ἄκρα in inſula Samo apud Strabonem 14. p. 438. ſ. 637. Agathemer. 1, 4. et Ptolemaeum 5, 2. f. in Macedonia apud hunc 3, 13. in. in Creta apud eundem 3, 17. in. in Toronaeo ſinu Macedoniae apud Herodot. 7, 122. Plura addi poſſunt ex Stephano ſ. v. Ἄμπελος. At ἀμπελουσίαν nemo praeter noſtrum et Plinium hic novit, immo ne nominis quidem illa forma in Graecis auctoribus invenitur; quod utique mirum videatur. Cf. ad 3, 10. extr. notae criticae. Vitium ſingularem magnitudinem in Mauretania celebrat Strabo lib. 17. p. 568. ſ. 826.

Afri aliter) *Syloen* appellatum ſuſpicor ab Herodoto lib. 4. [cap. 43.] CIACCONIVS. Valde errat vir quidam doctus, qui *Soloenta* vel *Syloenta* ex Herodoto hic locum habere putat. Abeſt illud hinc quam longiſſime. Sed quod *Ampeluſiam* Graeci vocavere, id Κώτης Afri appellarunt. *Cota* eſt Plinio. [5, 1.] Reddas quoque illi hoc vocabulum lib. 32, 2. [ſ. 6.] VOSSIVS. Nempe in Herodoti loco olim ante Weſſelingium legebatur Συλόεις, qui adiutus MSStis et lib. 2, 32. repoſuit Σολόεις, qua forma etiam redditur apud Scylacem p. 53. Hudſ. Hannonem p. 2. Hudſ. et alios. At errare Ciacconium recte iam monuit Voſſius. Herodotus enim 4, 43. poſt ſuperatum fretum in curſu ad meridiem ponit; Ptolemaeus 4, 6. in Libyae interioris ſitu contra Fortunatas inſulas, a quo non disſentit Hanno. H. videtur eſſe *Boiador.* Noſtrum *Album* etiam a Plinio lib. 5. in. dici putatur, quod Mellariae in altera freti parte obponitur. Hodiernum nomen, in quo conſentiunt, eſt *Cabo de Spartel.* Cf. Chenier recherches — ſur les Maures T. 1. p. 72. Afrorum vero nomen videtur eſſe Κώτης, etſi paullum in forma variatur. Nam Ptolem. 4, 1. in. Κώττης, Strabo 17. p. 568. ſ. 825. αἱ Κώτεις, Agathemer. 2, 14. in. Κῶς. Hinc vero etiam Κώτης ſinus apud

Scylacem p. 52. Hudſ. *Cotta* olim urbs Plin. 5, 1. et *Cotta* locus 32, 6. ſ. 2. Eodem autem ſitu commemorat Ptolemaeus prope Ziliam, ubi noſter 3, 10. extr. oſtendit, prope Lixum Strabo et Plinius, qui et 5, 1. Cottam urbem adponit Ampeluſiae. Accedit nominis poteſtas ſimilis, quam ex Punica lingua explicavit Bochart. in Chanaan 1, 37. f. quippe in qua קוטף (*cotef*) i. e. τοῦ τρυγῶντος, vindemiantis valeat. Mirum tamen, cur Ptolemaeus et alii, omiſſa Graeca adpellatione, peregrinam dederint; forte quia magis haec eſſet uſitata et ſolemnis. Contra noſter peregrinum nomen plane ſubpreſſit, quod excuſat infra 3, 5, 3. Referri huc poteſt locus Plinii 5, 1. in. ubi haec: *Populorum eius oppidorumque nomina vel maxime ſunt ineffabilia, praeterquam ipſorum linguis.* Quare etiam Plinius promontorium Graeco nomine expreſſit, etſi de urbe barbarum, forte quod ſolum exſtaret, adtulit.

§. 2. *Herculi)* Herculis hic omnia plena, fretum, columnae, delubrum, (Plin. 2, 100. ſ. 97. 19, 22. ſ. 4.) hic ſpecus ob beneficium interfecti gigantis immanis. Atque hic ſpecus eſt ſine dubio, quem deſcribit Lucanus 4, 601 ſqq. Cf. etiam Strabo 17. p. 568. ſ. 826. Tingitani etiam numi et Iubae II. regis Herculis caput oſtentant, de quo cf. Holſten. ad Stephan. p. 323. Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 4. p. 157.

Tinge) De varia eius terminatione dictum eſt in notis criticis. An *Tinga* Strabonis 17. p. 568. ſ. 825. recte huc quidam referant, de eo ad illum melius dicetur. Inde vero Τιγγίτης, Τιγγιτανὸς, (Stephanus) et Mauretania Tingitana nota. Antaeum conditorem facit etiam Plinius 5, 1. et cum eo Solinus c. 21. ſ. 24. Plutarchus tamen a Tinge Antaei occiſi uxore, quae cum Hercule congreſſa fuerit, eam nomen accepiſſe narrat in Sertorio cap. 9. ibique ſepulcrum Antaei ponit. Τιγέννην enim

ibi propter nexum vox eſt corrupta. At Phoeniciae originis urbem fuiſſe contendit Bochartus in Chanaan 1, 24. neque Graecum Herculem, ſed Phoenicium huc veniſſe; Tyrium etiam huc, remoto Thebano, deducit Appian. de rebus Hiſp. cap. 2. extr. Cum *Tanger* poſt editum fuerit, transfert hanc ſcripturam ad Phoenicum linguam, et per emporium explicat Bochartus, quod quidem apte refutavit Ritter. ad Guthrie — Geſch. Vol. 5, 2. p. 130. Cf. tamen etiam de Phoenicia origine Caſſelii obſervatio de columnis Phoeniciorum in Mauretania, quam inſertam exhibent Tempe Helvet. T. 5. Sect. 4. p. 594 — 601. Faciunt huc etiam Punica inſcriptio memorata a Procopio de B. Vandal. 2, 10. et Phoenices ex Africa transvecti apud Melam 2, 6. f. ſi cum aliorum, Strabonis maxime, narrationibus compares, de quibus ibi. An poſtea, quod adfirmat Plinius 5, 1. a Claudio Caeſare, cum coloniam faceret, dicta fuerit, *Traducta Iulia*, varie disputatur, quae paucis complectar. Salmaſius ad Solin. c. 27. f. 24. p. 204. Bochartus c. l. in primis magni erroris Plinium incuſant, quibus adſentitur Voſſius ad Melam 2, 6, 9. qui emendat *C. I. Caeſare*, et cum Voſſio Prideaux ad marmora Oxon. n. 57. p. 141. ed. 1676. Nempe cum Strabo 3. p. 96. f. 140. Romanos ex *Zele* incolas, adſumtis Tingitanis, in Hiſpaniam traduxiſſe, urbemque *Iuliam Iazam* i. e. *Traductam Iuliam* adpellaſſe tradat, nec ad Mauretaniam id recte referri nec Claudio tribui poteſt, quo imperante obierat Strabo. Et ſic Patinus in Sueton. p. 115. ex numis probat, ipſis Auguſti temporibus Iuliae Traductae nomen Tingitanae civitati adhaeſiſſe. Cf. etiam Vaillant in num. colon. I. p. 46. Spanhem. de uſu — num. P. 2. p. 603. Sic Ptolem. 2, 4. in. aliique in Hiſpania producunt Transductam. Quae cum concedere cogatur Harduinus ad Plinium c. l. ita tamen elabi ſtudet, ut a Claudio in priſtinas ſedes revocatos fuiſſe incolas contendat, eaque de cauſa etiam Plinium, in deſcribenda Hiſpania diligentiſſimum, Transductae

nomen plane praeteriiſſe, quippe cuius tenue tantum ipſius aetate veſtigium ſuperfuerit. Specioſa ratio, cui id ſolum monente Cellario in Geogr. ant. 2, 1, 36. obſtat, quod Plinio poſteriores eam commemorant, veluti Ptolemaeus 2, 4. Marcianus p. 39. Hudſ. Geogr. Ravenn. 3, 42. f. Gregorius Turon. 2, 2. f. p. 45. ed. Ruinart. At ſi probetur, intelligi inde poſſit, cur *Tingis* in Anton. itin. p. 8. et 24. in Geogr. Ravenn. 3, 11. colonia adpelletur, in Martiano Cap. 6. p. 215. *colonia Mauretaniae Caeſarienſis*, quae olim non fuit. Inde porro alia difficultas ex Ptolemaeo 4, 1. mota tollitur, dum ſcribit: Τίγγις, ἡ καὶ Καισάρεια, pro quo Voſſius ad Melam 2, 6, 9. emendabat Καιτραρία, ne Tingitana provincia ſimul Caeſarienſis inepte dicta videretur. Nempe cognomen illud ſpectat deductae coloniae auctorem, Claudium Caeſarem. Forte etiam hinc Mauretaniae pars a Claudio adpellata eſt, ut coloniam ſuam inluſtraret. Plura vero de ea urbe dabunt Aldrete in antiguedades de Eſpaña 4, 3. p. 495 ſq. (Antwerp. 1614.) et Seldenus ad marmora Oxon. p. 141. Hodie *Tanger* eſſe creditur. Cf. Chenier T. 1. p. 70. c. l.

pervetus) Mirifice hanc compoſitionem amat Mela in augenda vocabulorum ſignificatione, rariori etiam uſu. Exempla ſunt obvia et in indice propoſita. Ex aliis ſimilia, rariora etiam, excitarunt Tennul. ad Frontin. 3, 12, 1. Staveren ad Nepot. 16, 3, 2. et recenſent Lexica; veluti *perſpeculatus*, *perimpeditus*, *permetuere*, *perſervere*, *perfortiter*. —

Antaeo) Fuit vaſtus gigas, quem Terrae filium faciunt alii, alii Neptuni, quos memorat Staveren ad Hygin. fab. 31. p. 88. Terrae filium recte Procopius de B. Vandal. 2, 10. inde explicat, quod αὐτοχθόνων rex fuerit; ex fabulae argumento Apollodor. 2, 5, 11. Eius corpori longitudinem 60 cubitorum tribuunt quidam, in

his Plutarch. in Sertorio cap. 9. cum quo consentit Strabo 17. p. 570. f. 829. at Herodorus apud Schol. Pindari ad Isthm. 4, 87. corpus illi tribuit tantum quatuor cubitorum et unius pedis. Cf. etiam ex Herodoro Tzetzes Chil. 2, 264. (qui tamen ἑξηκοντάπηχυν refert) et omnino de prodigiosae magnitudinis hominibus Plin. 7, 16. et quae conlegit Magius in miscell. 1, 4. Quod fert fabula, hospites secum luctari cogebat, delassatos interficiebat, cum ipsi id terra mater dedisset, ut, quoties prostratus occubuisset, geminatis viribus resurgeret. Quare eum Hercules constrinxit, suspensumque tam diu tenuit, donec exspirasset. Adtigere luctam plures poetae, aliqui etiam exornarunt, ut Statius Theb. 6, 890. copiosius Lucanus 4, 613 sqq. pictores et statuarii exhibuerunt, uti adparet ex Philostrati icon. 2, 21. et Montefalconio in antiqu. expl. T. 1. P. 2. tab. 130. numi etiam exceperunt Nicaeensium, Pergamenorum, Perinthiorum, Rabbathamenorum et Tarsensium, item quorundam Imperatorum, de quibus vid. Rasche in Lex. rei num. T. 1. P. 1. p. 795. h. v. Eam fabulam vero ad Herculem Phoenicium transfert Bochartus in Chanaan 1, 24. quod olim Phoenices illa loca tenuerint. Cf. etiam Ritter p. 149. c. l. Martin in differt. sur Espagne, quae adnexa est eius hist. des Gaules T. 1. p. 596. Et sic Graevius MStus a Phoenicibus repetit, qui a Iosua fuerint victi et fugati, Punica inscriptione teste apud Procopium c. l. Suo more i. e. allegorice explicat Fulgentius Mythol. 2, 7. I. Gronovius MSt. auctoritate Cleodemi apud Iosephum antiqu. Iud. 1, 15. f. ad aetatem filiorum Abrahami eam fabulam reiicit. Plura de Antaeo conlegit Aldrete c. l. et ex veteribus maxime, quos producunt Staveren. c. l. et Sturtz. ad Pherecyd. p. 147. Ceterum ob insigne corporis robur Imperator Maximinus vocatus est *Hercules* et *Antaeus*, uti narrat Capitolin. in vita c. 7.

Exſtat) Apte et ex uſu verbi vero. Non enim valet ſimpliciter *eſt*, ſed ut adpareat, in oculos incurrat, emineat.

parma) Parmas Numidis vicinis tribuit etiam Livius 22, 48. in. Carthaginienſibus Suidas h. v. Clypeos autem olim ex corio maxime bubulco confecta fuiſſe et munita, docent loca Homeri plura, quae exhibuit Feithius in antiqu. Homer. 4, 8. p. m. 466 ſq. Haec vero arma *caetras* adpellare ſolebant, et Afris maxime tribuere, uti adfirmant Servius ad Virgil. Aen. 7, 732. Iſidor. Orig. 18, 12. Schol. ad Iuvenal. 11, 140. Et ſic ſuo tempore Mauros praecipue equites ex corio graves parmas confeciſſe, quibus totum paene corpus tegerent, *Adargas* ipſorum lingua, notavit ad h. l. Ciacconius, unde duxit Voſſius. Adhibebant autem maxime coria elephantina, et quidem tergora, quae ſunt duriſſima, et, ut Plinius ſcribit 11, 39. ſ. 93. *impenetrabiles caetras habent.* Hinc etiam *elephanti corio circumtentus* apud Plautum in mil. glor. 2, 2, 80. de homine ſtupidiſſimo et duriſſimo dicitur. Diſerte id de Maurorum clypeis adfirmat etiam Strabo 17. p. 569. ſ. 828. Sic Maſiniſſae ſcutum elephantinum tribuit Appianus de reb. Pun. cap. 46. De Numidis id teſtatur Salluſt. in B. Iug. c. 94, 1. etſi hic omnino habet coria, ut de Carthaginienſibus Suidas c. l. Cf. etiam Dionyſ. Voſſius ad Iul. Caeſ. de B. G. 1, 1. Dantur item Hiſpanis a Servio et Heſychio ſ. v. καίτρεαι, et hinc Spartacus eiusque copiae ſcuta habuerunt ex vimine coriis tecta, auctore Frontino 1, 7, 6. ubi ſimilia plura congeſſit Tennulius. Alios populos praetereo. Cf. Bochart. in Chanaan 1, 42. et quos producit Pitiſcus in Lex. antiqu. T. 1. p. 411. et quae in notis criticis adpoſui. Perizonius autem in nota putat, Antaei parmam toto tergore pelli exſecto conſtitiſſe, uti Herculis ſcutum ex Nemaei leonis pelle, quia nulli habilis dicatur. De elephantis autem Mauretaniae cf. Plin. 5, 1. ſ. 2. 8, 1.

Hodie ibi nulli. Vid. Buffon Natur-Gefch. vierfüfsiger Thiere T. 8. p. 161. ed. Berol. Ceterum gravem et vaftum Antaei difcum (σόλον) commemorat Quintus Calaber 4, 435 fqq.

tergori) Eft pars corii elephantum, quod fuit loco caetrae f. parmae. Tergus enim in genere notat corium, idque dicitur *exfecari*, ut *exfectae pelles* apud Ovid. Faftor. 2, 446. I. GRONOVIVS *MS.* I. Bene *tergus* pofuit, fi ad dorfum propius referas. Sicut enim in omnibus beftiis tergus eft reliqua cute durius, ita maxime in elephanto. Hinc diferte Plinius 8, 10. *duriffimum dorfo tergus, ventri molle*, unde et repetiit Solinus cap. 28. f. 25. *offeamque cutem* vocat Caffiodorus Varr. Lectt. 10, 30. Quam quidem craffitudinem teftatur et 3—4. linearum effe adfirmat Buffonius. Vid. ei. Natur-Gefchichte P. 8. p. 196. ed. Berol. ubi fimul monetur, penetrari tergora a globulis, plumbeis etiam, et duritie fuperari a corio rhinocerotis. Clypeis autem conficiendis tergora inferviiffe patet ex Aufonii idyll. 12, 109.

habilis) Nulli apta aut commoda. Cicero de oratore [1, 54.] *calcei habiles et apti ad pedem.* GRAEVIVS *MS.* Proxime ad noftrum locum facit Livius in epit. libri 57. ubi haec: *Alii, fcutum parvum habiliter ferenti, fcutum amplius iufto ferre iuffit.* Sic et Orofius 5, 15. *fcuta quae elephanti corio extento atque durato habilia et tuta geftabant;* et poft ex obpofitione *fcutum intractabile.* Tacitus in Germ. c. 6. *ferrum ad ufum habile.* Vid. de hoc verbo I. Fr. Gronovius ad Liv. epit. c. l. Iac. Gronov. ad h. l. Burmann. ad Gratii Cyneg. v. 122. Drakenb. ad Liv. 7, 10, 7. Ernefti ad Tacit. Annal. 2, 14. et quae in Lexicis congefta reperiuntur. *Habiliter uti elephantis* nofter 3, 7, 3. Ceterum Boccatius de montibus fub v. Abila noftrum locum fic auctum exhibet: *ut nulli hominum aevo Neronis principis ufui effe potuiffet.*

colunt) Videtur ad cultum divinum pertinere, quod Ritterus ad Guthrie — hiſtor. Vol. 2. p. 142. ex Cypriano et Tertulliano probat. Nimirum ille de idolor. van. p. 12. ed. Brem. *Mauri manifeſte reges colunt.* Hic in apolog. cap. 24. *unicuique provinciae ſuus Deus eſt, ut Mauretaniae reguli ſui.* Regem autem Maurorum fuiſſe, ſupra ex Procopio de B. Vandal. 2, 10. notavi. Hic tamen proprie de parma illa valet.

§. 3. *adtollit)* More poetarum luculentius, ut alia, indicat, pro *qui* — *eſt.* Exempla obvia.

obiectus) Scylax in. de columnis: ἀλλήλων καταντικρύ. Suidas ſ. v. Ἀβίλυξ dicit ἀντικείμενον ὄρος. Oroſius 1, 2. *contraria ſibi promontoria.* Et ſic alii varie.

Abylam) Discrepant auctores in nomine. Strabo 17. p. 569. ſ. 827. ut noſter vocat Ἀβύλην. Plinius 3. in. 5, 1. Avien. in deſcr. orbis 111. et in ora maritima v. 87. *Abilam*, ut hic libri quidam. Ptolemaeus 4, 1. ex Cod. Palat. habet Ἀβύλη στήλη, vulgo Ἀλύβη, quod et legitur in Tzetze chil. 2, 239. Strabo tamen lib. 3. p. 117. ſ. 170. vocat etiam Ἀβύλυκα, (Cod. Moſcov. cum Pariſ. Ἀβίλυκα) quo referri poteſt Heſychius, in quo legitur Ἀβιλύκη; in Suida h. v. Ἀβίλυξ, Euſtath. ad Dionyſ. v. 64. Ἀβύλιξ. *Abylena* habet Aethicus p. 732. ed. Gronov. Alii longius hinc diſcedunt. Sic Philoſtratus apud Photium p. 1008. Ἄβιννα. Oroſius 1, 2. *Avenne*, quod et ſine dubio primum fuit in Martiano Cap. lib. 6. p. 201. Nempe in libris legitur *ab Aethnae*, pro quo Grotius repoſuit *Abyla;* melius debebat *Abenna* ſ. *Avenne*, iudice etiam Salmaſio in Solin. p. m. 203. qui monet *Abinna* etiam eſſe in libris Solini c. 26. ſ. 23. ubi hodie legitur *Abila.* Ampelius cap. 7. *Abinna.* Euſtathius c. l. Ἄβεννα. Suidae h. v. Ἄβιννα urbis nomen eſt. Ex quo videtur *Abinna* nomen poſte-

rius eſſe, *Abyla* prius. Illud ab Arabibus impoſitum, hoc Phoenicibus deberi putant. Ita quidem iam Avienus in ora marit. v. 345. *Abilam vocant Gens Punicorum, mons quod altus barbaro eſt;* et certe Euſtathius c. l. illi tribuit ὕψος οὐ μεῖον ἑκατὸν ὀργυιῶν, i. e. 600 pedum. Neque repugnat Bochart. in Chan. 2, 9. in. etſi melius derivari credit a voce עב ſilva, quod operoſe adſtruit, adſcito Strabonis teſtimonio lib. 17. c. l. ubi dicitur ὄρος πολύθηρον καὶ μεγαλόδενδρον. Plinius 5, 1. elephantos illum montem ferre dicit, quod fruſtra ſollicitat Salmaſius ad Solin. p. m. 214. renitentibus ibi Harduino et hic Voſſio. Neque aliter Plinium cepit Martian. Cap. lib. 6. p. 216. Sic Euſtathius c. l. Ἄβεννα barbaris vocari ſcribit, a Graecis Κυνηγετικὴν, utrumque olim Κρόνου στήλας poſt στήλας Βριάρεω. In Punica nominis origine conſentit etiam Aldrete in antiguedades Eſpañas 1, 2. p. 180. et 3, 31. p. 458. ubi plura de eo; *Abina* etiam ex *Abyla* levi mutatione factum putat. At Ἀλύβη, ſi fides habenda Euſtathio c. l. Graecis fuit, quae barbaris Κάλπη, uti Ἀλύβην et Ἄβιναν duas columnas illas vocat Tzetzes c. l. Sic vero in hodierna adpellatione diſcrepant. Olivarius ad h. l. *Aceuta*, ut Hiſpanus interpres Gonzalez, vel *Sierra Dalmarſa*. Alia dabit Ortelius in theſ. Geogr. ſ. v. *Alybe*. Pleriſque *Sierra* (mons) *de la Monas; Mont aux Singes*, quod idem valet, Chenier recherches — ſur les Maures T. 1. p. 65. De *Calpe* vid. 2, 6, 8.

columnas Herculis) Ita fere etiam Graeci varia tamen mutatione. Herodot. 4, 42. 181. 185. Ἡρακλήϊαι στῆλαι; Palaephatus 32, 5. Ἡράκλειοι στῆλαι, ut Scylax in. Polyb. 3, 37. 57. Appian. de B. Mithrid. c. 93. in. et alibi, Aelian. V. H. 5, 3. Heſych. ſ. v. στήλας et alii, Strabo 3. p. 117. ſ. 169. et poſthac ſaepe, Iſocrat. in Panath. p. 678. ed. Wolf Diodor. Sic. 4, 18. Dionyſ. v. 64. Ἡρακλέους ſ. Ἡρακλοῦς στῆλαι. Paraphraſtes Dionyſii v. 72. Ἡρακλεωτικαὶ στῆλαι. Quidam etiam,

quod nexus declarat, ſimpliciter στῆλαι, ut Strabo 11. p. 357. ſ. 519. Appian. de reb. Hiſpan. c. 2. Ariſtides in Aegypt. T. 2. p. 354. Iebb. Dionyſ. v. 185. Suidas ſ. v. Γάδειρα — Ex Latinis Plinius 2, 67. et ſaepius Solinus c. 26. ſ. 23. Martian. Cap. lib. 6. p. 200. et ex poſteriori aevo Aethicus p. 723. ed. Gronov. *Herculis columnae;* Silius Ital. 1, 142. *Herculeae columnae.* Alii alio modo indicant, ita ut vel ab Hercule, vel a ſitu, vel aliunde deſignent. Sic Pindarus apud Strabon. 3. p. 118. ſ. 172. dixit πύλας Γαδειρίδας, (pro quo Γαδειρικὰς mavult Berkelius ad Stephanum p. 265.) Plin. 3. in. *laborum Herculis metas*, uti explicat etiam Martianus Capella lib. 6. p. 201. Lucan. 9, 654. *Heſperias columnas.* Hinc omnino τέρματα Ὠκεανοῖο Dionyſ. v. 454. Uſitatum et ſolemne verbum στῆλαι cum alio commutavit Pindarus in Nem. 3, 36. ubi κίονες Ἡρακλέος, etſi nec alterum ſprevit in Olymp. 3. f. Cf. Fiſcher. in indice Palaephati h. v. Olim tamen non Herculis, ſed primum Saturni, deinde Briarei columnas dictas fuiſſe notat Euſtath. ad Dionyſ. v. 64. et de poſteriori etiam Aelianus V. H. 5, 3. Mutatio nominis ex fabulis intelligitur et Melae explicatione. Alii tamen ad Herculem Phoenicium referunt, ut ſupra notavi, et ſic ab eius templo nomen ducit Martin c. l. Numerus inter auctores non convenit. Alii non duas, ſed unam, alii tres, ut Palaephatus cap. 52. alii quatuor, ut Heſychius ſ. v. στήλας memorant. Nec qui duas ſtatuunt, in nominis cauſa et explicatione conſentiunt. Quidam ibi terrae terminos ab Hercule poſitos tradunt, (Philoſtrat. in Apollon. 2, 14. 5. in.) vel etiam maris finem. Schol. Pindari ad Olymp. 3. f.) Hinc etiam vulgo iactatum, ultra eas navigari non poſſe. Alii duas columnas in templo Herculis Gaditano habent, quibus terrae et Oceani compages conſtent. (Cf. Philoſtrat. in Apollon. 5, 5.) I. Gronovius MS. hac voce olim montem indicatum fuiſſe putat, quo ſenſu Ἄτλαντος κίων apud Aeſchylum in Prometheo [vincto v. 349.] legatur,

de eoque laudat Petitum in mifcell. obferv. 3, 24. cui adiungo Perizonium ad Aelian. V. H. 5, 3. Aliis fuerunt vel Herculis ftatuae, vel urbes, vel colles cognomines, quod fcribit Euftath. ad Dionyf. v. 64. Infulae aliis creditae funt fecundum Hefychium c. l. qui plures opiniones recenfet et in primis Strabo 3. p. 117. f. 170. qui terminis indicandis olim columnas inferviiffe contendit et exemplis probat, quae et ex hiftoria augeri facile poffunt. Eadem caufa arae olim pofitae, ut Philaenorum infra 1, 7. f. et Alexandri in India apud Curt. 8, 5, 19. et alibi. Atque id vero fimillimum putat Iebbius ad Ariftid. T. 2. p. 540. Quae de duabus infulis, maiori et minori fuo more protulit Martin. in hift. des Gaules T. 1. lib. 2. p. 309. not. d. et in adnexa differt. fur Efpagne p. 593. cui lubet, ex ipfo cognofcat. Omnino autem de illis columnis data opera fcripfit Schwartzius Altorf. 1749. cum quo conferri poteft Bircherodii fchediafma in Timaeum Platonis c. 3. (ib. 1683. 4.)

perpetuo) Continuo, ut 1, 2. in. *perpetua fronte.* Hinc Seneca Qu. natur. 4, 29. [immo 6, 29.] *Sic et Hifpanias a contextu Africae mare eripuit.* GRAEVIVS *MS.* Plura exempla dabit index et Staveren. ad Hygin. 83. f. Pro eo *continuus.* Sic Curtius 5, 3, 16. 7, 3, 21. *continuum dorfum;* Horat. epift. 1, 16, 5. *montes,* Plin. 5, 1. *perpetui.* Eodem modo de tempore dicitur, ut *noctes, dies, menfes.* Vid. Arntzen. ad Aurel. Vict. Epit. 16, 9. Gr. διηνεκής, προσεχής.

mole montium) Velut aggere interiecto. I. GRONOVIVS *MS.* Horatius 3. od. 1, 34. *iactis in altum molibus.* Apte autem utitur hoc verbo et ad montium altitudinem et impedimenti obiecti magnitudinem declarandam. Ceterum de ipfa re fic Plinius lib. 3. in. ex noftro forte: *Laborum Herculis metae. Quam ob caufam indigenae columnas eius Dei vocant, creduntque perfoffas*

exclusa antea admisisse maria, et rerum naturae mutasse faciem. Melam etiam passim refert Boccatius, veluti de Geneal. Deor. 13, 1. 7, 13. de montibus s. v. Abila et Calpe, etsi non iisdem semper verbis. Seneca in Herc. fur. v. 237. sic: *Utrimque montes solvit abrupto obice, et iam ruenti Oceano fecit viam.* Cf. Diodor. 4, 18. ubi cum facto simili in Graecia confertur, quale etiam commemorat Pausan. 8, 19. extr. De re ipsa omnino varie tradunt auctores. Aristoteles ille de mundo c. 3. ὁ Ὠκεανὸς τὸν εἴσρουν εἰς τὴν ἔσω θάλατταν ποιεῖται. Strabo 1. p. 26. s. 38. ἔκρηγμα adpellat. Quo autem tempore id factum sit, disputatur. Eratosthenes quidem apud Strabonem c. l. post Troianum bellum id demum accidisse tradidit ex Menelai navigatione ad Aethiopas, quem refutat Strabo. Tempestatibus perruptum fuisse canit Valer. Flaccus 1, 585 sq. terrae motu, ut Siculum fretum, Seneca Qu. natur. 6, 29. Cf. de his Brietii parallela Geogr. T. 1. p. 107.

submotusque) Supra 1, 1, 4. *Terras aperit atque intrat. Tum longe lateque diffusum abigit vaste cedentia litora.* Cf. ad. 2, 3, 7. ubi idem verbum usurpat. TZSCHVCKE. Hoc de Mauritania tantum intelligendum est; sequitur enim: *regio ignobilis. Terras* autem Mela appellare solet, quum describit provinciam, ut infra c. 8. *Atque unde terris nomen est, ipsa Cyrene;* et in Hispania: [2, 6, 7.] *Hinc iam terrae magis in altum eunt.* Sic Dionysius [v. 882.] γαιάων Ἀσίης dixit, ubi Eustathius ait: γαίας, χώρας λέγει. CIACCONIVS.

§. 4. *ignobilis)* Nam Plinio auctore [5, 1. s. 2.] *bellis attenuata est,* [Maurorum gens] *et ad paucas familias redacta.* VADIANVS.

parvis oppidis) Plinius 5, 1. *castella ferme inhabitant.*

ſolo) Fertiliſſimum eſſe, ut et vicinam Numidiam, primus dicitur demonſtraviſſe rex Maſiniſſa. I. GRONOVIUS *MS.* 1. Cf. Strabo 17. p. 569. ſ. 828. Pars in primis litoralis eſt feraciſſima, unde et hodie frumentum petitur. At incolae ſegnes, ut poſt ipſe Mela monet, et vagi. Cf. Hoeſt p. 277. 287. 303 ſqq.

viris) Sic fere de Gallia Narbonenſi Martian. Capella 6. p. 204. *provincia viris — frugibus memoranda.* Contra noſter 2, 2. in. de Thracia.

ſegnitia) Geſnerus in theſauro L. L. ſub h. v. explicat de ſtupiditate, vecordia. Forte reſpexit Graecum μαυρὸς, quo id indicatur. Avienus v. 278 ſq. de eorum moribus ſic: *his fluxa fides et inhoſpita ſemper Corda rigent; trahitur duris vaga.* Plura conlegerunt Angli in hiſt. cathol. et ibi Ritter. Vol. 2. p. 141 ſq.

§. 5. *expoſiti)* Ut ſolent apud Latinos ea, quae ſpectandi gratia ordinatim alicubi collocantur, dici proprie *exponi.* I. GRONOVIUS *MS.* 1. Cf. poſt cap. 6. in. et 2, 7, 4.

ob numerum ſeptem) Mirum alicui videri poſſit, quare ἑπταδέλφους iſtos montes non ſimul nominet cum Abyla. Sane nullum vaſtum ſpatium, quale hic Mela deſcribit, intercedit inter iſta iuga, ſed vero ſibi invicem iunguntur. Plinius 5, 2. [ſ. 1.] de Tingitana: *Ipſa provincia ab oriente montoſa, fert elephantos in Abila quoque monte, et quos ſeptem fratres a ſimili altitudine appellant: freto imminent hi, iuncti Abilae.* Sic et Solinus cap. 25. [ſ. 28.] — Unum ex iſtis fratribus, illum nempe, qui maxime freto imminet, ab elephantis nomen traxiſſe exiſtimo: Ἐλέφαντα enim illum vocat Strabo. [17. p. 569. ſ. 827. et elephantorum plenos eſſe eos montes ſcribit Martianus Capella lib. 6. p. 216.]

Nullius autem ponderis eſt, ſi quis obiiciat, hodie nullos illic vagari elephantos, cum neque caetera Mauritania ullos hodie ferat. [Vid. ſupra ad §. 2.] Sane Strabo lib. 3. [17. c. l.] montem Abylae πολύθηρον καὶ μεγαλόδενδρον appellat. — Montes iſti hoc tempore confertim ab hominibus inhabitantur, olim vero propter elephantorum, leonum aliarumque ferarum copiam credo factum eſſe, ut Graeci *Abinnam* interpretati ſint Κυνηγετικήν. Aliud tamen ſignificat *Abinna* vel *Abila*, uti oſtenſum Bocharto, [in Chanaan 2, 9. in.] quem vide. VOSSIVS. Si modo conſtiterint Mauri intra hanc explicationem, et non aliud fabuloſum de hac excogitaverint. Nam hoc, quod ſcribit Mela, convenit ſermoni Latino, ubi vocabula iſta cognationis ſolent attribui rebus inanimatis ſimilibus, ut apud Martialem 14, 148. [ſ. 146.] de lodicibus: *Nulla ſtragula ne toro paterent, iunctae nos tibi venimus ſorores.* Plautus in Poenulo 1, 3, 9. *Nunc obſecro hanc per dexteram perque hanc ſororem laevam.* Plinius 13, 9. ſ. 4. de palmis: *ſapore caryotarum ſorores, ob hoc Adelphides dictae.* Tertullianus de pallio c. 1. *ſoror civitas.* GRAEVIVS et I. GRONOVIVS *MSS.* Ita vero *fratres* etiam ſaepe ponuntur, quod vel Lexica docent. Graeci ſic ἀδελφὸς, ut de Euphrate et Araxe Stephanus ſ. v. Εὐφράτης, ubi vid. Berkelius. In Etymol. M. inde ἀδελφὰ explicantur per ὅμοια. Vid. Cuperus ad Lactant. de mort. perſecut. c. 8. in. et ad Petronii Satyr. c. 84. f. Cum noſtro conferri poſſunt Plinius, Solinus cc. ll. Martianus Capella lib. 6. p. 216. (qui a parilitate cacuminis illam adpellationem ducit.) In Ptolemaeo 4, 1. m. ἑπτὰ ἀδελφοὶ ὄρος. Strabo c. l. ſeptem fratrum μνήματα, quibus finitimum facit Abylam montem, ut Plinius, quare et noſtrum notandum putavit Voſſius. Neque tamen ideo ſecrevit Mela, ſed tantum modo interſeruit explicationem de columnis Herculis, Abyla et Calpe. Punico autem idiomate propriam adpellationem habuiſſe, quae per ſynonymiam Gr. et Lat. linguae conveniret, exiſtimat Rez-

zonici in disquifition. Plin. T. 2. p. 68. et fortaffe, quae h. incolis ufurpetur, *Beniaros*. Vid. Gaftald. apud Ptolemaeum lib. 4. p. 106. Procopius de B. Vandal. 1, 1. Σέπτον vocat, et ex Latino *feptem* nomen natum effe cenfet. Ceterum manfionem facit Antonini itiner. p. m. 9. *feptem fratres* prope Abylam, et Procopius c. l. (cf. 2, 5. et de aedificiis 6, 7.) ibi diferte φρούριον ponit, quod indigenae *Septum* vocent; uti poft alii. Cf. Weffeling. ad Antonin. c. l. Ifidoro Orig. 15, 1. illud caftrum oppidum eft *Septa*, ex quo Ritter. ad Guthrie — hiftor. p. 132. coniicit poft natum effe *Ceuta*, fimulque refutat Anglos, qui ex Aldretio in antigued. 3, 31. putant, Septum Procopii effe *Exiliffam* Ptolemaei 5, 1. cum tamen poftponat *Heptadelphos*. A Geogr. Ravenn. 3, 11. in illius regionis oppidis producitur *Septem fratres*, ut nomen variatum effe videatur; et hinc faepe *fretum feptem — Gaditanum*. Majanfius veterum loca diligenter conlegit et prope caftrum f. urbem conditam probat, h. *Ceuta;* quem reddit Wehrs vom Papier T. 1. addit. ad p. 124. Prope *Ceuta* hodie ponit etiam Chenier recherches fur les Maures T. 1. p. 70. et idem oppidum diverfa dialecto putat Hoeftius von Marökos p. 88. Ita vero in Norwegia, quod adfcripferat hic Geislerus, mons eft, qui *feptem forores* adpellatur, auctore Pontoppidano in Verfuch einer natürlichen Gefch. von Norwegen T. 1. p. 85. et in agro Placentino, notante Rezzonico c. l. *Sette forori*.

Tamuada) Ptolemaei 4, 1. *Thaludas* effe videtur. Plinius 5, 1. f. 2. *navigabile* flumen dicit. Hodie fecundum Olivarium, qui ifta loca luftravit, eft *Bedie*.

Rufgada) De nominis varietate dixi in notis criticis. Ex mutata igitur, quod videtur, terminatione Plinius 5, 1. f. 2. oppidum habet et portum *Rufader;* Antonin. in itiner. p. 11. promontorium *Ruffadi*, et in

vicinia coloniam *Ruſſader.* In Ptolemaeo 4, 6. *Ryſſadium* promontorium commemoratur, ſed procul hinc in interiori Libya. Illud ab urbe nomen tulit. Vid. Weſſeling. ad Antonin. c. l. Urbem omnes non procul a Malva removent, et quidam hodie putant eſſe *Melilla,* uti Chenier p. 69. c. l. ſ. *Melela,* alii *Arcadia;* Olivarius *Aſtora.* Vid. Simlerus ad Anton. c. l. Ortelius in theſauro Geogr. ſ. v. *Ryſſadirum.* Hodie tamen nomen *Ruſſadir* Mauros dare τῷ *Cap boñ* monet Shaw voyage T. 1. p. 9. quod ab Adyris, Atlantis nomine, derivat, ut ſit grandis, potens. Ex ſerie Pliniana videtur eſſe h. *Manila* ſ. *Melilia,* uti ſcribit Hoeſt. p. 89. De prima ſyllaba *Rus* eiusque vi cf. ad 1, 6, 1.

Siga) Falſo fluvium eſſe ex noſtro notavit Ortelius h. v. etſi eiusdem nominis fluvium fuiſſe adparet ex Ptolemaeo 4, 2. in. Haec vero *Siga* in Ptolemaeo adpellatur πόλις κολωνία, Plinio 5, 1. ſ. 2. Solino c. 28. ſ. 25. f. *oppidum*, Antonino in itin. p. 12. *municipium,* prout tempora tulerunt fatorumque vices; corrupte *Signa mune* in Geogr. Ravenn. 3, 8. uti quidem putat Porcheron, niſi potius deinceps eſt *Sita colonia.* In Scylace p. 51. Hudſ. Σίγον rariori terminatione. De ſitu Plinius c. l. *ex adverſo Malachae in Hiſpania ſitae,* et Martian. Capella 6. p. 216. *Siga Malacam urbem Hiſpaniae contemplatur,* quamquam minus accurate iudice Shaw. in voyages T. 1. c. 2. p. 27. ipſe quidem, quod videtur, minus accuratus, cum *Tackumbreet* non ante, ſed poſt *Mulloiiah* fluvium, quem Mulucham putat, ſita ſit, quod nec Mela, nec alii concedunt, de quo ſupra dictum. Clarius inde ſitus intelligitur, quod non procul disſita fuit a Malva flumine, et Portu magno, quamvis, quod hodie nomen habeat, ſi manſit, ambigitur, uti ex Ortelii theſauro diſci poteſt. Ita enim creditur h. eſſe *Teſnete, La Guardia* (ſic Olivarius) *Areſgol* (etiam Mariana in hiſt. Hiſpan. 2, 23. p. 80.) Harduino ad Plinium c. l. eſt *Velez;*

Shaw contendit eſſe *Tackum-breet*, forte apud Leonem *Tebecritum*, cuius adhuc rudera conſpici putat prope litus *Tafna* fluvii, quem forte Sigam adpellet Ptolemaeus 4, 1. eſſe quidem etiam hodie *Sikke* ſ. *Sigg*, qui fluvius *Siga* haberi poſſit; ſed Sigam veterum ad occidentem magis fuiſſe, et *Sikke* nomen eſſe potius Arabum i. e. rivum ad irrigandos agros. Inde vero Shaw et quod in Antonini itiner. c. l. *Siga* 27. M. P. verſus occidentem ad Salſum flumen conlocetur, coniicit. Sigam urbem certe quaerendam eſſe inter *Tackum-breet* et *Wed-el-Mailah*, quod ſit flumen Salſum veterum, immo ipſum eſſe *Tackum-breet*. Vid. T. 1. p. 26 ſqq. et p. 40. Hae quidem variationes oriuntur ex ignoratione hodierni nominis, quod obtinuit Siga veterum. Ipſam urbem varias viciſſitudines expertam eſſe, ſuperiora declarant; refectam fuiſſe inde adparet, quod Strabonis aetate diruta iacebat, ut ipſe narrat lib. 17. p. 570. ſ. 829. Hinc et parvam noſter dicit. Portum Sigenſem memorat Antonini itiner. p. 13. et Geogr. Ravenn. 5, 4. Plures Syphacis regiam faciunt, et Plinius alteri Mauretaniae i. e. Caeſarienſi tribuit, in cuius principio etiam conlocat Ptolemaeus 4, 2. in. Recte, nec contra Melam, dummodo ſuperius notata teneantur, Melam non recentiorem illam diviſionem ſequi, ſed priorem, quae valuit Boccho Iugurthaque regnantibus. Non igitur eſt, cur Melam incuſet Shaw in voyages T. 1. p. 18. quaſi is Muluchae ſitum ignoraverit.

Magno) Sic et Ptolemaeus 4, 2. Πόρτος μάγνος. Plinius 5, 1. ſ. 2. *Magnus a ſpatio adpellatus.* Harduinus ibi putat hodie eſſe *Melilla.* Non recte. Nam ultra fluvium Maluam quaerendum eſſe, omnes ſuadent. Rectius Poiret in voyage en barbarie, praef. p. 20. hodie portum urbis eſſe adfirmat *Maſalquivir*, ut Simlerus ad Anton. itiner. p. 13. tutum montibus. Shaw T. 1. p. 29. c. l. Θεῶν λιμένα Strabonis 17. p. 570. ſ. 829. eum eſſe ſuſpicatur, et hodie dici *Mers' el Kebeer*, quod et nomen

indicet, quamquam omnia hic veteres turbaſſe queritur, quod diviſionis illius rationem diligentem minime habuerint. Fallitur tamen in eo Shaw, quia et Ptolemaeus, Antoninus cc. ll. et Geographus Ravenn. 3, 8. utrumque illum portum diſtinguunt. Porro Ptolemaeus portum Magnum prope Sigam ponit, ut Plinius c. l. qui ſtatim ſubiicit Mulucham, quod et cum Ptolemaeo congruit, cuius hic eſt χυλημάθ. Idem ultra ponit Deorum portum, et Strabo 600 ſtadiis, Antoninus 98. M. P. i. e. 784. ſtadiis inde removet. Sed quia hic ante portum Magnum verſus Sigam memorat, minime componi poteſt Antonini portus Magnus cum eo, quem habet Ptolemaeus, cuius textus minime corruptus videtur, cum contraria progreſſione uſus Geogr. Ravenn. 3, 8. eundem ordinem ſequatur. Portus autem Magnus non eſt unius loci, ut in Hiſpania (Ptolem. 2, 4.) et arbitraria discriminis faciendi cauſa adpellatio eſt, vel tempore orta. Ceterum ſtructurae forma haec Latinis, Livio maxime, uſitata eſt in nominibus fere domeſticis vel uſu adtritis. Sic Sueton. in Claudio cap. 20. Sed vid. Gronov. et Drakenb. ad Liv. 1, 1, 5. hic etiam ad Silium Ital. 11, 58. Corte ad Salluſt. Iug. 5, 4. 79, 5. et quos memorat Duker. ad Flor. 2, 6, 27.

Mulucha) De eo ſupra dictum eſt. Conſentit et inluſtrat Melam Salluſt. Iug. 19. f. *Numidia usque ad flumen Mulucham ſub Iugurtha erat.* Idem 92, 5. *flumen Mulucha, quod Iugurthae Bocchique regnum disiungebat.* Cf. c. 110. f. *Gentes* ſunt Mauri et Numidae; factumque id eſt poſt reges a Romanis eiectos.

terminus) Plinius [5, 1. ſ. 2.] dicit Bocchi regnum Mauritaniam Caeſarienſem, Tingitanam vero regnum Bogudis. Quod ſi eſt, Mulucha non potuit eſſe terminus regnorum. Bocchi autem et Iugurthae regnorum terminus fuit Ampſaga, quia Bocchus Maurus,

Iugurtha Numida erat. Cum Mela tamen confentit Salluftius. [cc. ll.] Credibile eft, Salluftium et Melam Mulucham cum Ampfaga confudiffe, quia Plinii faeculo omnia erant notiora. GRAEVIVS *MS.* De his quidem fupra expofitum eft. Ex Strabonis et Plinii locis indicatis adparet, Mauros conterminos fuiffe Maffaefylis Mulucha divifos, Mauris imperitaffe Bocchum, Maffaefylorum regionem tenuiffe Iugurtham. Hinc Plinius c. l. *Amnis Mulucha Bocchi Maffaefylorumque* (Mela pro eo *Iugurthaeque*) *finis.* Quae ad Numidiam pertinent, capite proximo adponentur. *Bogud* f. *Bogudes* et *Bocchus* duo erant diverfi reguli in partibus Caefaris, uti adparet in primis ex Dione 41, 42. extr. etfi in libris mifcentur, de quo Oudendorp. ad Hirtium de B. Afr. cap. 25. Eosdem vero terminos poftea fub regibus Numidis et praefidibus Romanis, cum in provinciae formam redacta fuiffet, conftitiffe, multis veterum locis operofe adftruere conatur Shaw c. l. Tom. 1. p. 16 fq. De fua id quidem aetate diferte confirmat Mela, alias et varias mutationes factas loquuntur alii, ut fupra expofitum eft. Ceterum Bocchus et Iugurtha fatis funt noti ex Salluftio in primis.

CAP. VI.

NVMIDIA.

§. 1. *Numidia)* Ita et Gr. Νουμιδία, ut in Ptolemaeo 4, 3. Populi, monente etiam Fefto h. v. *Numidae;* Gr. Νομάδες, quod nomen a Latinis etiam frequentatum caute tamen et ex nexu intelligi debet, quia, ut diferte monet Strabo 1. p. 22. f. 33. omnes olim ad feptemtrionem populi vel Scythae, vel Nomades dicti funt, et fic nofter ufurpat de Scythis 2, 1, 4. 3, 5, 4. *Arabiam* etiam *Numidarum* memorat Vitruvius 8, 3. fine dubio, quia Graecum Νομάδες pro Numidis accepit,

quem errorem veteribus non infrequentem notavit Voſſius ad Melam 1, 7. in. Numidas vero Nomades fuiſſe ſcribit Plinius 5, 2. ſ. 3. et cauſam repetit a vita vaga et pabulorum permutatione, ut Salluſt. Iug. 18, 7. Solinus c. 29. ſ. 26. Martian. Cap. lib. 6. p. 216. Ita fere Strabo 2. p. 90. ſ. 137. illud nomen eos populos nactos eſſe putat, quia olim non potuerint γεωργεῖν διὰ τὸ πλῆθος τῶν θηρίων. Alia adfert etiam Feſtus ſ. v. *Numidae.* Ipſos ſe Numidas vocaſſe refert Salluſtius c. l. Graecum nomen a barbara regione alienum ex ſono forte et ſimilitudine veri nominis enatum eſt, quod et exiſtimat Cellarius in Geogr. ant. 4, 5, 2. Numidiae fines vario tempore varii fuerunt. In Punicis bellis ad Carthaginienſium ditionem permittebatur, bifariam diviſa, duosque habebat reges, quod ex Livio 24, 48. adparet. Utriusque autem partis incolae peculiaribus nominibus inſigniebantur. Sic Gala in altera Numidiae parte regnavit, ubi erant Maſſyli, Syphax in altera rex Numidarum producitur, (Livius c. l.) idemque 28, 17, 4. Maſaeſylorum rex vocatur. Quod quidem optime conſentit cum Strabone 17. p. 570. ſ. 829. ubi horum regionem dicit a Mulucha pertinere ad Tretum promontorium, et inde Maſſylios ad Carthaginem usque habitare. Plinius 5, 2. ſ. 3. Numidiam ſuam ab Ampſaga fl. ad Tuſcam fl. unde Africa propria initium habet, promovet, diverſam a Mela rationem ſecutus. Noſtrae enim Numidiae partem ſub Mauretaniae Caeſarienſis nomine deſcribit, quam ipſe Numidiam vocat, alii Numidiam novam, cuius adpellationis cauſam adfert Dio 43, 9. et Appianus de B. Civ. 4, 53. Nempe Africae alteram provinciam Carthaginienſibus ereptam *veterem Africam* adpellarunt, alteram, Iubae antea regnum, a C. Caeſare imperio Rom. adiectam, *novam Africam* ſ. *Numidicam*, quo tamen etiam pertinet Maſaeſyliorum regio, ſi Strabonem audiamus 17. p. 570. ſ. 829. cuius regia dicitur Zama varie ab auctoribus conlocata. Vid. Cellarius 4, 5, 19. et quae de

Numidia disputant Aldrete in antiguedades de España — 3, 16. Ritter ad Guthrie — Welt-Gefch. Vol. 2. p. 2. et Shaw in voyages T. 1. p. 11. Alia in fequentibus oblata occafione notabuntur. De moribus populorum Avienus v. 282. *certi laris infcia gens eft*, in quo confentiunt Dionyf. v. 186 fqq. Prifcianus v. 178. et quos fupra memoravi. *Infrenos Numidas* dicit Virgilius Aen. 4, 41. quia equos fine frenis regebant, quod et alii adfirmant, uti Silius Ital. 1, 215. Lucan. 4, 682. Martialis 9, 23, 14. aliique. Cf. Taubmannus et Cerda ad Virgil. c. l. Tennul. ad Frontin. 1, 5, 16.

expofita) Extenfa, patens. Cf. Burmann. ad Ovid. Faftor. 4, 563. et fupra ad 4, 3.

Ampfaci) In Plinio 5, 2. f. 3. *ab Ampfaga.* Ptolem. 4, 2. Ἀμψάγα (in genit.) et Ἀμψάγαν. Eundem in Procopio de B. Vandal. 2, 13. Ἀμίγαν dici, et 2, 19. Ἀβίγαν, exiftimat Holften. ad Ortel. p. 10. repugnante tamen Porcherone ad Geogr. Ravenn. 3, 6. ubi *Mafaga* (fic inverfis literis pro *Amfaga*) ab *Abiga* diftinguitur, ex quo prius nomen in Procopio corruptum effe adparet. Fluvium Cirtenfem vocat Victor Viterb. lib. 2. de perfecut. Vandal. c. 5. quia Cirta haud procul inde pofita fuit. Boccatius de fluminibus h. v. initium Numidiae fc. novae dicit, et prope coloniam Auguftam in mare decurrere, etfi illam nemo hic commemorat. Forte, cum plurimae Auguftae fuerint, Cirta intelligi poteft, aut, fi fides habenda Goltziano thefauro, ubi *Augufta Karcenna, Cartinna.* Forte et huc *Auguftenfis limes* pertinet, quem ex Notit. libro excitat Ortelius in thefauro h. v. A Caefarea hunc fluvium removet 322. M. P. Martian. Cap. 6. p. 216. ex Plinio 5, 1. f. 2. adftipulantibus MSS. cum vulgo legatur 233. Bochartus fuo more nomen ab Arabica voce *aphfach* derivat in Chanaan 1, 24. ut fit amplus, latus, et fic *Wed-el-Kibeer* i. e. magnus flu-

vius, quo nomine nunc vocari putant auctores Anglicani hist. cathol. Vol. 16. p. 113. et epitomatores Vol. 2. in. At rectius Shaw T. 1. p. 115. c. l. eum hodie ab Arabibus adpellari dicit: *Suf - jim - mar* s. *Kummel.* Probat id Cirtae situs h. *Constantia*, et quod *Wed - el - Kibeer* longius hinc ad occidentem fluit. Conspicitur ibi, quod refert Poiret (voyage en barbarie P. 1. lettre 24. p. 166. s.) pons bene servatus, itemque haud procul inde arcus triumphalis. Ceterum *Ampsaci* pendere in hoc nexu videtur a *fluminis*, ut alibi saepe, etsi poetis solis largiri malit Cerda ad Virgil. Aen. 5, 504. cum tamen et sic prosaici soleant, ut flumen Rheni, Eridani — Vid. Dukerus ad Flor. 2, 6, 18. Staveren. ad Hygin. poet. astron. 3, 30. p. 533. et quos laudant. Sed et simpliciter eodem casu nomen proprium et adpellativum, sive illud praecedat, sive sequatur, ponunt, de quo Corte ad Sallust. Iug. c. 12. s. Oudendorp. ad Iul. Caes. de B. Gall. 3, 9. in. Staveren ad Nepot. 1, 1, 4. et quos hic producit. Sic urbs, arbor et similia.

angustior) Increscenti enim a faucibus Gaditanis pelago litora cedunt. VADIANVS. Errat hic Mela; nam est latior. GRAEVIVS *MS.* Iuxta mare mediterraneum non est tam lata. Id vero ita esse satis inde constat, quod haec vetus Numidia postea etiam fuit attributa Mauritaniae sub nomine Caesariensis. I. GRONOVIVS *MS.* 1. Shaw T. 1. p. 19. c. l. propter ea, quae antea de Mulucha et Caesareae situ dixerat, arbitratur Mauretaniam Caesariensem aeque late patuisse, ac Numidiam Massaesyliorum. Si, positis, quae de Mauretaniae et Numidiae terminis supra sunt dicta, Ptolemaeum inspicias, Numidia ad Ampsagam, ultra quam praeterea Cirtam ponit, versus mare est latior. Ex Antonini tamen computatione p. 9 sqq. conficiuntur a Tingi ad Portum Magnum 639. M. P. et hinc ad Chulli municipium, quod excipit Rusicade, 556. M. P. quae quidem Melae narrationem tuentur.

culta magis) Salluftius de B. Iug. cap. 16. f. *Pars Numidiae, quae Mauretaniam adtingit, agro, viris, opulentior; altera fpecie, quam ufu potior, quae portuofior et aedificiis magis exornata.* Strabo 17. p. 572. f. 831. verfus Carthaginem magis cultam fuiffe et floruiffe adfirmat, adflictam tamen in bellis Punicis et Iugurthino. Confentiunt ex recentioribus Shaw c. l. et Poiret in voyage en barbarie, difcours preliminaire p. 16. qui tamen culturam defiderat, et ita omnia fubverfa effe addit, ut celebrium olim urbium vix hodie veftigia erui poffint. Contra Plinius, etfi hic de Numidia nova 5, 2. f. 3. *praeter marmoris Numidici ferarumque proventum non aliud infigne;* quae more fuo reddit Solinus c. 29. f. 26.

culta magis et ditior) Notabilis captatio varietatis, quam de induftria ab auctore pofitam patet ex cap. 10. in. *magis laeta et ditior;* et 2, 5. in. *magis culta et magis confita ideoque etiam laetior.* I. GRONOVIVS *MS.* Amant et alii paffim hanc varietatem. Ita Terentius Eun. 5, 4, 12. *nil videtur mundius, nec magis compofitum, quidquam nec magis elegans*, ubi more fuo id illum feciffe notat Donatus. Cf. Nepos in Pelop. cap. 1. in. Quinctilian. 10, 1, 94. Mela 3, 5, 5. et 3, 8, 6. Ita vero poetae in primis comparativi vim efferre folent, ut Horat. Serm. 1, 3, 142. Cf. Wachius ad Caton. dift. 2, 6. Servius ad Virgil. Aen. 4, 31. et quae Gefnerus congeffit in thefauro f. v. *magis*, ut omittam alia; ex quibus adparet, hanc formulam etiam a profaicis auctoribus, fecus ac quidam putarunt, fuiffe ufurpatam.

quas habet) Non tamen infra illos limites. Nam ultra Ampfagam verfus orientem remota eft Cirta. PERIZONIVS.

maximae funt) Quum fic loquitur, tacite oftendit, fe iam non fervare ordinem, quem habent illae

urbes a Mauretania verſus Africam propriam, ſed maximas tantum eligere. IDEM.

Cirta) Sic et Graecis Κίρτα. Incolae *Cirtenſes*, et ſic *Cirtenſium respublica* in Digeſt. 22, 6, 5. Κιρτήσιοι Ptolemaeo 4, 3. Plinius 5, 2. ſ. 3. addit *colonia*, ut Martian. Cap. 6. p. 216. Anton. in itiner. p. 28. 41. tabula Peuting. 3. D. (ed. Scheyb.) *urbs* Solinus c. 29. ſ. 26. Ἰουλίου Ptolem. 4, 3. A Punica voce *Cartha* derivat Bochart. in Chan. 1, 24. Antiquam certe urbem vocat Oroſius 5, 15. Iugurthae aetate fuit validiſſima et munitiſſima, quod intelligere licet ex Salluſt. Iug. cap. 25. et hinc εὐερκεστάτην vocat Strabo 17. p. 572. ſ. 832. ubi addit, Maſiniſſae et ſucceſſorum (vid. poſt) regiam fuiſſe, a Micipſa, deductis eo Graecis, mirifice amplificatam et auctam. Quare in praecipuis urbibus ponit, et opulentiſſimum oppidum regni Iubae vocat Hirtius de B. Afr. cap. 25. Poſt, teſte Aurelio Vict. de Caeſ. cap. 40. f. cum obſidione Alexandri cecidiſſet, excitata et exornata *Conſtantinae* nomen obtinuit, in honorem quidem Conſtantini M. quem tamen male inſtauratorem eius putant Angli in hiſt. cathol. T. 16. p. 115. et in epitome Vol. 2. p. 10. ut ibi docuit Ritterus. Hoc vero nomine occurrit in ſcriptoribus Chriſtianis, et prolixius deſcripta eſt a Cupero ad Lactant. de mort. perſecutor. cap. 44. Ultra Ampſagam ponunt Plinius, Ptolemaeus aliique, et poſt Tretum in Maſſyliorum ditione Strabo c. l. ex quo adparet, aut non ſatis accurate Melam Numidiae hunc terminum ſtatuiſſe, aut laxius a flumine notare maluiſſe, et Maſſyliorum portionem huc etiam referendam eſſe. De ſitu verſus mare poſt. Hodie in Conſtantinae nomine conſentiunt, quamquam veterem non aequat. De eius ruderibus adeundus maxime eſt Shaw c. l. pag. 156 ſq. Cf. etiam Cuperus c. l. Partem veteris aquae ductus ſe ibi inveniſſe narrat Bruce in Reiſen. Vid. eius proleg. pag. 25.

procul a mari) Salluftius [Iug. cap. 21.] non procul a mari eam effe fitam oftendit. Mela tamen eas urbes, quae mari non abluuntur, procul ab eo effe fcribit. CIACCONIVS. Cum Mela confentiunt alii auctores. Sic Strabo c. l. ponit ἐν μεσογαίᾳ, Plinius c. l. in mediterraneo, Ptolemaeus urbibus accenfet μεσογείοις. Nec minus hodie Conftantina longe a mari eft remota. Quae quidem repugnantia ita adfecit Cuperum c. l. ut, quomodo conciliari poffet, fe non videre fateretur. Expeditur tamen, fi cogitemus, Iugurthae et Adherbalis exercitus, quas haud longe a mari prope Cirtam confediffe narrat Salluftius c. l. inter Cirtam et mare caftra habuiffe, et hinc non longe a mari. Tum particulae *longe*, *procul*, *poft*, *ante*, ut *nuper* non femper artiori fenfu intelligi debent, ut ad Salluftium docuit Corte. Nam tantum 48 miliaribus Anglicis a mari remotam fuiffe Cirtam, evicit Shaw T. 1. p. 156. ubi plura de fitu. Quod enim *procul* quidam interdum explicant *prope* cum Servio ad Virgil. Aen. 6, 16. vel *iuxta* cum edoem ad Aen. 10, 835. conl. loco eclog. 6, 16. nec improbante Heynio, ambiguitatem id verfatilem efficiat. Recte igitur monuit Perizon. ad Sanctii Minerv. 1, 16. not. 7. etfi de fpatio non longo dicatur, feparationem tamen ac remotionem a loco adpofito denotare. Adparet hoc luculentiffime in primis ex narratione Melae 2, 3, 5. *fons faces, ubi fine igni procul admoventur, accendit.* Sic quod de interioribus Afris tradit 1, 8, 4. de Afris procul a mari refert Salluft. Iug. c. 89. f. 94. Procul Emodo monte Oxum defcendere dicit Avien. v. 926. ubi fimpliciter id adfirmant Dionyf. v. 747. et Prifcian. v. 724. Quod quidem etiam notandum eft contra Claudium Verderium iniquum et Melae plerumque cenforem, in cenfione in auctores p. 74. qui ideo carpit locum 2, 4, 2. *Urbium, quae procul a mari habitantur.* *Longe* autem et *procul* promifcue ponuntur, ut in eadem narratione apud Eutrop. 9, 13. f. 9. et Sextum Ruf. c. 24. Tum Cirtefios ad mare

usque extendi adfirmat Ptolem. 4, 3. unde forſitan narrationis illa diverſitas nata eſt.

Sittianorum) Plin. 5, 2. ſ. 3. *Cirta Sittianorum cognomine;* quod additum a P. Sittio Nucerino, de quo et Sittianis vid. Salluſt. Catil. c. 21. Hirtius de B. Afr. c. 36. Dio 43, 3. f. in primis Appian. de B. Civ. 4, 54. Perizonius addit Ciceronem pro Sulla, ubi tamen cap. 20. *Cincius* editur, etſi codices quidam habent *Siccius*, quod tuetur Corte ad Salluſt. c. l. Hic cum Romae iudicium evaſiſſet, conlectis ex Italia et Hiſpania copiis, adiunctis exſulibus quibusdam, in Mauretaniam traiecerat, poſt, cum Caeſarem contra Pompeium adiuviſſet, praemium tulerat Maſiniſſae aliquam portionem, quam militibus ſuis diviſit. Hanc cognominis cauſam docet Appianus, quam minus recte ab urbis eius expugnatione repetit Ritterus ad Guthrie — Geſch. p. 9. c. l. etſi poſt priorem ipſe praefert. Expugnatam tamen a Sittio utique fuiſſe, narrat Hirtius c. 25. Surita ad Antonini itiner. p. m. 28. coniicit, in fidem ab eo receptam fuiſſe, unde ex more maiorum patronus eius ſit factus. Sed praeſtat Appianum ſequi.

regum domus) Strabo 17. p. 572. ſ. 832. vocat Maſiniſſae eiusque ſucceſſorum βασίλειον. Confirmat id de Micipſa illius filio natu maximo Appian. de reb. Pun. cap. 106. itemque de Iuba de B. Civ. 2, 96. Quod Syphax Sigam in Mauretania regiam habuiſſe dicitur a Strabone 17. p. 570. ſ. 829. et Plinio 5, 1. ſ. 2. non impedit, quo minus et haec fuerit in Numidia, uti expoſitum eſt Vol. 1. Quippe magnum atque late eius in Africa imperium valuiſſe, ex Salluſt. Iug. 5, 4. conſtat. Ita enim diſerte tradit Appian. de reb. Pun. cap. 27. in. et Livius 30, 12, 3. *caput regni Syphacis* vocat. *Domus* autem hic, quae paullo poſt dicitur regia. Salmaſius in Solin. p. m. 337. vocem de iis urbibus intelligit, in

quibus reges ut plurimum degere ſolebant. Primariam urbem facit Livius, et Hirtius de B. Afr. c. 25. *oppidum regni opulentiſſimum* dicit. Ita nempe *opulentus* ad urbes refertur. Frontin. 4, 3, 14. *opulentiſſima urbs Lingonum*, ut alii paſſim. Sed plura exempla ſubminiſtrat ipſe Mela 1, 7, 2. 2, 5, 2. 3, 2, 4. et 10, 6. *Syphax* autem rex potentiſſimus, ut antea notavi ex Salluſtio, Carthaginienſes in bello Punico ſecundo contra Romanos adiuvit, et tandem a Scipione captus eſt. Vid. Salluſt. c. l. Liv. 30, 12. Adpellatur porro modo rex Maſſaeſyliorum, (Polyb. 16, 23. Livius 28, 17, 4. conf. 29, 32, 14. et Strabone 17. p. 570. ſ. 829.) modo Numidiae. (Faſti triumphales, Appian. de reb. Pun. c. 10. Liv. 24, 48. in.) Maſſylis regnatorem dat Silius Ital. 16, 171. quem vere illo tempore Maſiniſſam fuiſſe ex Appiani c. l. diſcitur; etſi hic etiam poſtea praemii nomine Syphacis regnum obtinuit. Vid. Strabo 17. p. 570. ſ. 829. et alii.

Iol) Gr. Ἰὼλ, et apud Ptolem. 4, 2. coniuncte Ἰὼλ Καισάρεια, cuius cognominis cauſam et originem adfert Strabo 17. p. 571. ſ. 831. ἣν ἐπικτίσας Ἰούβας ὁ τοῦ Πτολεμαίου πατὴρ μετωνόμασε Καισάρειαν. Et hinc Plin. 5, 1. ſ. 2. inverſo ordine: *oppidum celeberrimum Caeſarea, antea vocitatum Iol; Iubae regia, a Divo Claudio coloniae iure donata.* In nominis cauſa conſentit Eutropius 7, 10. qui ex poſteriori diviſione urbem in Mauretania ponit. Nomen igitur illud non ob coloniam a Claudio deductam acceſſit, uti in notis MSStis volunt Graevius et Gronovius, nec inde de Melae aetate coniectura fieri poteſt, ſed in honorem Auguſti, uti iam olim vidit Vadianus. Iuba autem hic diverſus eſt ab eo, qui ſe Pompeii et Caeſaris bello immiſcuit, et in eo interfectus occubuit. (Flor. 4, 2, 67. Appian. de B. Civ. 2, 100. in. Eutrop. 6, 23. et alii, etſi in mortis ratione diſcrepant.) Noſter illius fuit filius, ut diſerte ſcribit Strabo 17. p. 570. ſ. 828. quem admodum puerum in

triumpho Caesar duxerat. (Plutarch. in Caes. c. 55. Flor. 4, 2, 89.) Eius filius Ptolemaeus ex Cleopatra. (Strabo c. l. Sueton. in Calig. c. 26.) Ex barbaris Numidis inter eruditissimos Graecos historicos celebratur a Plutarcho in primis, qui ideo eius captivitatem Romanam μακαριωτάτην vocat. Mortuum sua aetate scribit Strabo c. l. De colonia a Claudio deducta supra ex Plinio dictum, ex quo confirmat etiam Solin. c. 28. s. 25. et praeterea numi apud Vaillant in numism. col. I. 105. Hinc vero primum maxime nobilitata est urbs, Mela etiam teste, et nobilissima Mauretaniae urbs ab Orosio 7, 33. vocatur. In posterioribus auctoribus, veluti Procopio de B. Vandal. 2, 5. Antonino in itiner. p. 5. 15. 20. Geogr. Ravenn. 3, 8. — vel simpliciter *Caesarea* dicitur, vel addita voce *colonia*. In Ptolemaeo 4, 2. legitur Ἰὼλ Καισάρεια et post in fine Ἰουλία Καισάρεια, etsi Vossius infra ad *Icosium* ex cod. Arundelliano etiam in altero loco adfert Ἰὼλ, uti pro Ἰουλίου ἄκρα πόλις καὶ λιμὴν certe legi debet in Scylace p. 50. Hudf. quia illud nomen minime cadit in Scylacis aetatem. Ἰὼλ etiam legere vult in Ptolemaeo Shaw in voyages — T. 2. p. 27. Sita fuit ad mare (Procop. c. l.) portumque habuit (Strabo 17. p. 571. s. 831. Scylax c. l.) et obiectam insulam. (Ptolem. c. l.) Historiam urbis eiusque monumenta docte exposuit Belley in hist. de l'academie des inscrr. — Paris, T. 38. p. 90 sqq. In hodierno eius nomine valde discrepant viri docti. Superiorum opiniones recensuit Ortelius h. v. Plurimi inde putant esse h. *Alger*, ut Holsten. ad Ortelium p. 37. Wesseling ad Antonin. p. 15. ubi laudat Leunclavii Pandect. hist. Turc. c. 227. Dapper et alii. Quidam *Tenes* s. *Tnifs* putant, in quibus Harduin. ad Plin. c. l. Sanson — Cf etiam d'Anville Geogr. anc. T. 3. p. 98. Olivario ad h. l. est *Bugia*. Alii aliter, quos Belley indicavit; qui ipse p. 92. in *Ser-Sel* (Angl. *Sher-Shell*) subsistit, quod in primis evincere docte studuit Shaw T. 1. p. 52. argumentis sat validis usus, ex indicio veterum auctorum

petitis de portu et insula. Accedit distantia a Carthagine, h. *Tunis*, in Procopio c. l. quantum iter 30 diebus vir expeditus conficiat. Nec obstant Ptolemaeus et Antoninus. Nempe hic 783. M. P. i. e. 196 miliaribus Germanicis, ille paullo longius removet, quae quidem diversitas ex via mathematica et civili diiudicatur. Parum autem discrepat a Procopio Antoninus, quippe ex cuius computatione diurnum iter ad 6 miliaria Germanica revocatur. Adstipulatur Poiret — in praefat. p. 17. qui addit, ex ruinis certe intelligi *Sher-Shell* magnam olim urbem fuisse, cuius et amoenum situm praedicat. Fluvium Χιναλάφ, quem haud procul inde memorat Ptolemaeus, vulgo in tabulis desideratum, ostendit Shaw p. 54. sub nomine *Hash-em.*

Citra hanc) Versus occasum. Nam inter maximas eam positurus, oppida citeriora interim praeteriit; nunc ut minus nota enumerat. VADIANVS. Sic fecit infra 1, 19, 8. CIACCONIVS.

Cartinna) Plerique per *e* mediam vocem efferunt. Sic Ptolem. 4, 2. Καρτένναι, uti Augustin. epist. 93. Inde *Cartennenses* dicuntur et *Cartennitani.* Vid. Wesseling. ad Antonin. itin. p. 14. Harduin. ad Plin. 5, 1. s. 2. Apud Martian. Capel. 6. p. 216. in litore *Carcenna*, al. *Carnenna*, uti posteriores etiam quidam, vitiose. In Geogr. Ravenn. 3, 8. et 5, 4. est *Cartenna*, ut in Antonino c. l. qui addit *colonia.* Plinius Augusti fuisse docet coloniam, et ad secundam legionem refert i. e. Secundanos, ut alibi, etiam apud nostrum 2, 5, 2. dicitur. Plerique, quod et ex Ortelio cognoscitur, hodie putant esse *Masagran* s. *Mesgrain*, vel etiam *Musty-gan.* Quod enim notat Shaw T. 1. p. 43. dubium id facit situs in Plinio et Ptolemaeo, tum eadem est inter utrumque illud oppidum et Arzew distantia, quam facit inter Cartinnam et Arsenariam Antoninus. Vidi tamen, qui h. *Tenez* esse vellent, ut Oberlin. in orbe ant. p. 273.

Arſinna) In Plinio 5, 1. ſ. 2. *Arſennaria*, Ptolemaeo 4, 2. Antonino p. 14. Geogr. Ravenn. 3, 8. 5, 4. *Arſenaria*. Hinc poſteriori ſaeculo ductum *Arſinnaritanus*, ex quo variatio adparet. Inter Deorum portum et Carinnam ponit Ptolemaeus ad mare, a quo tamen Plinius removet 3. M. P. Inter Cartennam et portum magnum producit Geogr. Ravenn. cc. ll. *Coloniam* vocat Ptolemaeus, (cui falſo adiungit Antoninum Cellarius 4, 6, 19.) Plinius *Latinorum*, unde, qui coloni fuerint, declaratur. Quidam putant h. eſſe *Arzen*, de quo Ortelius h. v. et ſic Simlerus ad Antonin. c. l. Harduinus ad Plin. c. l. forte *Marſalquibir*, de quo ad 1, 5, 5. Shaw T. 1. p. 37. *Arzew*, quocum conſentit Belley p. 93. c. l.

Quiza) De nomine dictum. Plin. 5, 1. ſ. 2. *Quiza Xenitana, peregrinorum oppidum;* nempe illud Maurorum, hoc Graecorum. Ptolem. 4, 2. addit *colonia*, Antonin. p. 13. *municipium*. Multi putant eſſe h. *Oran;* Harduinus ad Plin. c. l. *Areſgol*, vel in vicinia; Shaw T. 1. p. 36. *Geeza*, quia non procul a portu magno ponatur. Scriptoribus Chriſtianis fere ſolet adpellari *Quidia*, ſ. *Quidium*, unde Tiberianus, Quidienſis epiſcopus, dici putatur in notit. Afr. p. 58. Cf. Ruinart. ad notit. p. 163. Holſten. ad Caroli a S. Paulo Geogr. Sacram p. 113. et Weſſel. ad Antonin. p. 14.

Laturus) Ignotus plane aliis, et ideo ab interpretibus hic pro derelicto habetur. Crediderim tamen, conferendum eſſe cum Ptolemaei [4, 2.] *Lagnuto*, oppido huius tractus iuxta Cartinnam cis Iol, a quo oppido ſinus, ut ſolet, videtur ſuum traxiſſe nomen, in quo incertum eſt, utrum Ptolemaei, an Melae codices aliquantum peccaverint. PERIZONIVS. Ignorationem eius notavit etiam Ciacconius. Ortelius et Ferrarius h. v. putant, eſſe forte Ptolemaei 4, 3. *ſinum Numidicum*, quod tamen locorum ſeries indicata non patitur. Poſſit etiam videri Deorum

portus apud Ptolem. 4, 2. quem inter Quizam et Arſenariam ponit, et alii in hoc tractu commemorant. Voſſio et Graevio in notis MSStis h. eſt *Golfo de Zereni.* Shaw T. 1. p. 25. coniicit eſſe, quem Mauri adpellant *Harſh-goone*, Leonis *Hares-goll.* Sed confer, quae notavit Hartmann ad Edriſii Africam p. 187.

Sardabale) Plinio 5, 1. ſ. 2. *Sardabal.* Verum is amnem hunc iungit cum Ave [Savo] et Nabare fluminibus, ad alteram Numidiae partem ſitis; unde adparet, eum male admodum accepiſſe verba Melae. Auctor enim noſter hic auſpicatur Numidiae deſcriptionem a medio litore. Itaque primum enumerat omnia ea loca, quae ſita ſunt ab Iol, ſive Caeſarea usque ad Mulucham amnem. In his poſtremum obtinet locum Sardabal fluvius. Adparet itaque, eum eſſe proximum Muluchae. Deinceps loca et flumina aliquot recenſet, quae ſunt ultra Caeſaream, Ampſagam usque. In his ſunt Aves [Savus] et Nabar amnes. Aliud itaque agens Plinius iunxit haec flumina, quae quam longiſſime a ſe invicem abſunt. Sed forſan ideo ea in finem capitis deſcriptionisque Mauritaniae coniecit, quod ignoraret, ubinam collocanda eſſent. VOSSIVS. Contra legitima illa ſerie a Plinio recenſeri et Ptolemaei Χινάφαλ ſ. Χιναλάφ eſſe putat Harduinus iuxta Caeſaream (cum Ptolemaeo) hodie *Tenez*, ut ſit *Seſaia*, quae quidem propter ea, quae de Caeſarea paullo ante notata ſunt, locum habere non poſſunt. Aliis eſt *Serbes* Ptolemaei, uti adparet ex Ortelio et Ferrario. Alii aliter, quos in re incerta non moror. Cis Caeſaream tamen quaeri debet, et ſi ſit Χιναλάφ Ptolemaei, prope *Serſel* nunc curſum habeat, et tum forte eſt *Schelliph.*

ultra) Scil. Iol, ſicut ante memoraverat, quae *citra hanc* erant ſita. PERIZONIVS.

monumentum) Prout antiquiſſimi eligebant ad ſepulcrum loca vicina mari, et hinc etiam ipſas inſulas,

ut 3, 8, 6. de Erythra. Sed ſimiliter id patet de heroibus in bello Troiano, ut 1, 18, 5. de Aiace. Similiter de Diomede teſtatur Antonin. Liber. cap. 37. Itaque regiam gentem non aliam intelligit, quam quae pertinebat ad conſanguinitatem regum Numidiae. I. GRONOVIVS *MS.* Cf. Cerda ad Virgil. Aen. 6, 212. de illo more; ipſa vis vocis de ſepulcro ſatis ex uſu et Lexicis proſtat. Perizonius hoc monumentum inter Iol et Icoſium ponit, in quo intervallo Ptolemaeus habet Tipaſam et Oviam ſ. Viam. Qui ad inſulam vicinam referunt, de ea quidem omnino auctores habent Strabonem 17. p. 571. ſ. 831. et Ptolemaeum 4, 2. f. De eius hodierno nomine, cum proxime huc non valeat, conſuli poſſunt Shaw T. 1. p. 58. et Borhek de Africa T. 1. p. 549. Alia, quae hic disputantur, exhibui in notis criticis.

Icoſium) Gr. Ἰκόσιον, unde *Icoſitanus* in notit. Africae. *Coloniam* facit Antonin. p. 15. ut Martian. Cap. 6. p. 216. Plinius 5, 1. ſ. 2. Latio donatum a Veſpaſiano ſcribit, Solinus c. 28. ſ. 25. a 20. comitibus Herculis, qui deſciverant, nomen derivat, neglecta Graeca ſcriptura et ſine idonea auctoritate. De hodierno nomine, olim in primis, diverſae exſtiterunt ſententiae, uti docent Ortelius et Ferrarius. D'Anville in Geogr. anc. T. 3. p. 99. *Sher - Shell* credit, quem refutant Belley p. 92. c. l. et Shaw T. 1. p. 89. qui docet ex ſitu maxime apud Ptolemaeum 4, 2. eſſe h. *Alger*, incolis *Al-Je Zeire*, cui ſuffragantur Ritter. ad Guthrie — Geſch. Vol. 2. p. 17. Poiret c. l. et alii. Nempe Saraceni omnes magnas urbes deſtruxerunt, et poſt parvas in earum locum condiderunt.

Ruthiſia) Nomen ſuſpectae fidei faciunt aliorum narrationes alibi prolatae. In *Ruth* latet ſine dubio uſitatius *Rus*, ex lingua Punica vel Hebraica ductum, ut ſit caput ſ. promontorium, hodie Arabibus *Ras.* Vid. Bochart. in Chanaan 1, 35. De ipſa urbe eiusque no-

mine varia contulit Shaw T. 1. p. 91. si quis incerta cognoscere cupiat. Ipse ponit hodie ubi *Temendfuse* prope Alger.

Savus) De nomine dictum. Shaw T. 1. p. 90. putat h. esse *Haratch* vel *Hameese*, licet neuter habeat latitudinem 20° versus septemtrionem, quam Savo tribuat Ptolemaeus, ubi tamen tantum 18° 10′ notantur. *Nabar* eidem p. 112. nunc est *Bouieiah*, qui evolvatur in mare prope urbem cognominem, olim *Saldas*. Cf. etiam Wesseling. ad Antonin. p. 17. Ultra coniecturas adsurgere non licet.

famaeve) Sic *dispendia famae* dixit Claudian. in 6. Consul. Honorii v. 452. de turpi pacto. Sensus est: quae sine rerum famaeve dispendio taceri possunt. *Dispendium* infert notionem damni s. iacturae, ut apud Terent. Hecyr. 5, 2, 29. et alios. *Dispendium rerum* facile quidem intelligitur, sed difficilius *famae*. Per ἓν διὰ δυοῖν esse videtur rerum famosarum i. e. quae in fama sunt, vel celebres, ut sensus hinc exsistat: Omnia sunt obscura, ignobilia, ut iactura ex earum rerum ignoratione vel silentio nulla sit.

§. 2. *spinae piscium —)* Sic Ovidius Metam. 15, 262 sqq. *Vidi ego, quod fuerat quondam solidissima tellus, Esse fretum. Vidi factas ex aequore terras, Et procul a pelago conchae iacuere marinae, Et vetus inventa est in montibus anchora summis.* Philo de mundo T. 2. p. 619. ed. Mang. σημεῖα τῆς παλαιᾶς θαλαττώσεως esse dicit ψηφῖδας καὶ κόγχας ὁμοιότροπα. Sic Orosius 1, 3. Similia de singulis terris commemorant passim auctores, de Aegypto Herodotus 2, 12. Strabo 1. p. 34. s. 50. Plutarchus de Iside p. 448. ed. Lips. de Libya circa Hammonis templum Eratosthenes apud Strabon. 1. p. 34. s. 49. de Libyae hoc tractu ipse Strabo 17.

p. 571. f. 830. de Libano monte Syncellus p. 68. f. 85. et quos memorat Relandus in Palaestina 1, 48. f. de Thessalia Solinus cap. 15. f. 9. de aliis Eratosthenes c. l. et qui ad eius fragmenta p. 28 sq. memorantur a Seidelio. Ex recentioribus de Nowogrodio Magnicki (cf. Sammlung. zur Physik — T. 1. P. 1. p. 83. Lips. 1778.) de Suecia Iusti in Gesch. des Erdkörpers p. 198 sqq. de Ukrania le Vasseur in Beschreibung der Krimm p. 13. de Germania Preuschen in Denkmaehler von alten Revolutionen in Deutschland p. 4 sqq. et quae alia conlegit Hollmannus de corporum marinorum in terra continente origine, in eius commentationum sylloge altera. Multa etiam hodie in hanc rem adtulerunt viri docti, ut Popowisch de mari, Woodward, Bergmann, de Buffon, de Luc, Scheuchzerus aliique, qui ad diluvium fere referunt, cuius documentum praedicat etiam Orosius 1, 5.

saxa adtrita) Sunt exesa, excavata a mari, quemadmodum scopuli. Graeci Χηραμοὺς et Χηραμίδας vocant. VOSSIVS. Χηραμίδες in utroque Strabonis loco.

uti solent) Sc. esse s. fieri, quae saepe omittunt auctores. Posterius addidit Boccatius de maribus s. v. *Numidicum*, ubi h. l. repetiit. Sic absolute ponuntur, *consuevit*, *potesi*, *volui*, etsi libri in his non semper consentiunt, et alii addunt, alii omittunt. Sic *uti solet* quidam apud Lactant. 1, 15, 2. ubi vid. Bunemann. et Corte ad Sallust. de B. Catil. 29, 2. Iug. c. 25, 3. ubi multi addunt *fieri*. Cf. Canter. ad Cicer. ad divers. 1, 2. Modius ad Curt. 4, 3, 7. Burmann ad Petron. cap. 49. idem et Ernesti ad Suetonii Neron. c. 34. Scheller. in observatt. p. 193. et 200. Sic *fieri* post *consuevit* deleri ex uno codice malit Gruterus cum Cortio apud Sallust. de B. Cat. c. 22, 2. et *efficere* post *volui* sine codice Guilielmius apud Ciceron. in Bruto c. 3. quia alias omittere in simili nexu soleat. Certe frequentius *fieri* praecedente

ſolet omittitur, quod ex Livio docuit ad 6, 34. 5. Drakenborch. neque ſine bonis vel probatis codicibus obtrudi debet. Agnoſcunt tamen omnes *ſieri* in Ciceron. Verr. 5, 26. Petronio c. l. et paſſim in aliis.

marinis) Inſolentior ſtructura, cum uſitate alias praeponi ſoleat *a*. Ita tamen Plinius 9, 54. ſ. 35. *origo conchae eſt haud multum oſtrearum conchis differens.* Lactantius 1, 8, 3. *animalibus mutis differentes*, ubi multi libri *a* addunt. Poſſit vero eſſe dativus Graeca imitatione poſitus, (διαφέρειν) quem ſic uſurpant poetae, ut Horat. Satyr. 1, 4, 48. Cf. Vechnerus in Hellenol. p. 340. et quae notarunt Boſius et Staveren. (in ed. min.) ad Nepot. Ageſil. c. 7. extr. et Oudendorp. ad Caeſ. de B. G. 5, 14. etſi renititur de proſaicis ad Nepot. c. l. Heuſinger. Sed et ſic Cicero de Fin. 5, 15. Tum noſter Graecas formas captat, etſi alias τὸ *a* facile in hoc connexu abſorberi potuerit.

veſtigia) Ita fere Solinus c. 15. ſ. 9. in ſimili narratione: *Durant veſtigia non languidae ſidei, quibus adparet, hos locos ſuperſtites undoſae tempeſtati fuiſſe.*

CAP. VII.

AFRICA PROPRIE DICTA.

§. 1. *Regio, quae ſequitur)* *Zeugitanam* Plinius [5, 3. ſ. 4.] nominat, quae proprie Africa vocetur, et Solinus [c. 30: ſ. 27.] *a Zeugitano*, inquit, *pede omnis Africa incipit*, ut a loco nomen ortum videatur. A Tuſca fluvio Plinius eam, Pomponius ab Ampſaga orditur, quemadmodum et Ptolemaeus; [4, 3.] quamquam ipſe quoque Plinius, neſcio quomodo connivens, cap. 4. libri 5. ad hunc finem inquit: *Africa a fluvio Ampſaga*

populos XXV habet, qui Romano parent imperio. Hic tractus omnium, quos habet Libya frequentiſſimus celeberrimusque eſt agris, oppidis, populis, et magnae olim Romanorum atque Carthaginienſium virtutis monumentis maxime inſignis. VADIANVS. Cum Plinio ex more, concinit etiam Martianus Cap. 6. p. 216. An Zeugitana illa regio ab Africa propria differat, disputant viri docti. Vid. Salmaſ. ad Solin. p. m. 225. et Cellarius in Geogr. ant. 4, 4, 41. qui tamen cum Harduino malit in Plinio explicare: eademque proprie Africa vocitata, ut vere intellexerunt Aethicus p. 731. (ed. Gronov.) Martianus c. l. et Iſidor. Origin. 14, 5. quippe qui in ea ponunt Carthaginem. Eo etiam tandem inclinat Salmaſius.

Metagonio) Hic erraſſe puto accuratiſſimum alias auctorem. Neque enim ullos Metagonitas, aut ullum iſtius nominis promuntorium fuiſſe hic exiſtimo. In Tingitana erat Metagonitis regio, ita dicta a Metagonio urbe et promuntorio. Vid. Stephanus h. v. Polybius, [3, 33.] Strabo [17. p. 569. ſ. 827.] et Ptolemaeus [4, 1.] omnes gentem illam haud procul a freto collocant; ipſum vero promuntorium Metagonium flumini Molochath vicinum faciunt. Ariſtoteles in mirabilibus [cap. 123.] promuntorium, ſive montem hunc videtur appellare Γώνιον in ditione Carthaginienſium, et fieri ſane poteſt, ut ita primitus dictus ſit hic locus, et Μεταγωνῖται nomen acceperint, quia ſiti eſſent μετὰ τὸ Γώνιον. [At cf. ibi Beckmannus, qui ad Carthaginienſium Siciliam revocat.] Unde itaque Mela id Africae minori tribuit? Legerat, ut opinor, apud Graecum aliquem auctorem, a Metagonio ad Tretum promuntorium eſſe ſex millia ſtadiorum. Sic Strabo. [c. l.] Eius verba male accepit Mela, et Metagonium collocavit, ubi Tretum fuerat collocandum, aut ſaltem promuntorium iſtud binomine eſſe putavit. Multo autem craſſior eſt error Plinii, [5, 2. ſ. 3.] qui et ex Pomponii loco, et praeterea ex eo,

quod apud Eratoſthenem vel alium legiſſet, Metagonitas eſſe ἔθνος νομαδικὸν, putavit totam Numidiam Graecis ita vocatam fuiſſe; in quo nomine multi peccant. VOSSIVS. Bene habet. — De Polybio, unico horum et fideliſſimo arbitro videamus. Scribit is, ab Hannibale Hiſpanos milites, Therſitas et Maſtianos, in Africae praeſidia traductos eſſe, πλείους εἰς τὰ Μεταγώνια τῆς Λιβύης, τινὰς δὲ εἰς αὐτὴν Καρχηδόνα. Ex quo loco apparet perſpicue, Metagonia fuiſſe ſub imperio Carthaginienſium. At Mauritania vel propinqua flumini Molochath nunquam probabuntur fuiſſe ſub Carthaginienſibus hoc tempore, de quo Polybius, quum in Numidia eſſet Syphax, Mauritania diu adhuc poſt habuerit reges ſuos. Immo plus fidei in his mereretur Pomponius, quam alii, ut qui, in oppoſitis Hiſpaniae locis natus, haud dubie peritiſſimus fuit litoris Africani. Quin etiam hoc ipſum confirmant verba Ariſtotelis. [At vid. antea.] Quod monere etiam debeo, Africam minorem in Mela uspiam occurrere non video, ut neque alias illas diviſiones regionum quarundam in maiores et minores, ſi Baleares excipias. I. GRONOVIVS. Idem in nota MSta, in qua hanc reſpicit, praeterea addit, ideo accuratius Melam omnia videri indagaſſe, quod terminus notabilis hic eſſet inter Carthaginem et Numidiam. I. GRONOVIVS *MS*. *Metagonium* eſt manifeſte Graeca vox, quae notat terram poſt angulum, aut promontorium aliquod ſitam. Atque ideo potuerunt, aut videntur ſane Graeci hoc nomen variis locis, aut litoribus Africae impoſuiſſe. Nam certe Ptolemaeus in extima Mauritania ad occaſum fluvii Malvae *Metagonium* locat, et populum *Metagoniten*, in quo conſentientem habet Strabonem, qui duo promontorium hoc, quod Mela heic *Metagonium* dicit, appellant *Tretum*, vel *Tritum*. At Melae, ne eum temere in ius vocemus, adſentitur Plinius 5, 3. ubi itidem terram Ampſagae fluvio proximam ad Ortum dicit *Metagonitin a Graecis appellari*. Nam minus recte Cellarius in Africa 4, 7. [7.] aliud putat *Metagonium*

Melae, aliam *Metagonitin* terram Plinii. Saepe autem hoc accidit in Africa, ut in diverſis regionibus reperiantur loca, iisdem nominibus inſignita. Sic *Ruſicade*, *Molochath*, *Apollinis promontorium* in Ptolemaeo. PERIZONIVS. Angli in hiſtoria catholica T. 16. p. 135. ex Orientis lingua nomen derivant מתג יניח, ut ſit, qui ſeorſum ponit frenum, quia infrenes erant Numidae. At gravior de vero ſitu eſt quaeſtio, in qua expedienda interpretes laborarunt. Erroris Melam incuſat etiam Graevius MS. Quod ex Polybii loco vindicat I. Gronovius, dubitationis aliquid admittere videtur. Nempe Hannibal, ut certiori fidei vinculo diverſos milites contineret, Hiſpanos in Africam, Afros in Hiſpaniam traiecit; item ex Metagonitarum oppidis milites Carthaginem miſit, ut et obſidum et praeſidii loco eſſent. Cum vero Mauros et Numidas ſocios haberet, eadem cauſa motus eodemque iure, quo in Hiſpanis, id feciſſe videtur. Quod de duobus diverſis eiusdem tamen nominis promontoriis adtulit Perizonius, idem antea viſum erat Holſtenio ad Ortelium p. 121. et poſt repetiit Harduinus. Nempe Mauretaniae Metagonium memorare Strabonem et Ptolemaeum, h. *Capo di tres Forcas*, alterum Melae nunc eſſe *Capo di Ferro*, quod aliis ſit *Tretum* ſ. *Tritum*, uti etiam putat Schweighaeuſer. ad Polyb. c. l. Eandem vero, quae Melae, Timoſthenis fuiſſe ſententiam, qui Maſſiliae oppoſitum illud fuiſſe ſcripſerat, ex Strabone c. l. adparet, a quo tamen reprehenditur. Shaw T. 1. pag. 29. illud hodie dici putat *Ras-el Harſh-fa*, hoc, quod aliis *Tretum*, reſpondere promontoriis *Sebba Rous* i. e. ſeptem promontoriis, *Bouiarone* in recentioribus tabulis, Abulfedae *Bounam*. De Treto tamen turbat Strabo 17. p. 572. ſ. 832. qui poſt illud ponit Cirtam; at in Ptolemaeo etiam, ut in Mela praecedit.

aras Philaenorum) Aliter haud dubie ſe habuit hoc nomen, ſi verum illorum hominum id fuit.

Sed credo Graecos, quum Punicum nomen difficulter exprimere ſua lingua poſſent, dediſſe iis de ſuo hoc nomen, Φιλαίνους, ut ſignificarent *laudis ſtudioſos.* Id quod abunde probat illorum hiſtoria in extremo huius capitis memorata, et maxime a Salluſtio Iug. c. 79. et Valer. Max. 5, 6. PERIZONIVS. Gr. dicuntur vel Φιλαίνου βωμοὶ, et ſic Scylax p. 47. Hudſ. Polyb. 3, 39, 2. 10, 40, 7. Ptolemaeus 4, 3. vel Φιλαινῶν βωμοὶ, qua forma uſus eſt Strabo 3, p. 118. ſ. 171. et 17. p. 575. ſ. 836. et conſtantius Latini, quod et notavit Drakenb. ad Sil. Ital. 15, 704. Rarius *Philaenon,* quod habet Salluſt. Iug. 19, 3. Strabonis aetate, quod ipſe indicat in priori loco, ita interciderant, ut nullae amplius adparerent, et locus tantummodo earum memoriam ſervaret, uti etiam Ptolemaeus 4, 3. Φιλαίνου κώμην commemorat, ad quam ponit cognomines aras. Terminorum eas et finium ſigna fuiſſe, ibidem adfirmat Strabo, et aliis exemplis inluſtrat, veluti Herculis columnis (de quibus etiam ſupra cap. 5.) et Alexandri aris. Cf. Curtius 9, 13, 9. Arrianus de exp. Alex. 5, 29. in. Diodor. 17, 95. Salmaſius ad Solin. p. m. 556. Raderus et Freinshemius ad Curt. c. l. et, quem praeterea notat Weſſeling ad Diodor. Sic. c. l. Cannegieter. in diſſert. de Brittenburgo c. 9. p. 105. Sic *Seſtianae arae* infra 3, 1, 9. Minus probabiliter Corte ad Salluſt. Iug. c. 79. f. duos prominentes in locis aequalibus montes fuiſſe putat. Quidam de aris ſepulcralibus intelligunt, quales erectae 300. illis Spartanis. (Diodor. 11, 11.) Et ſic *ara Decii* apud Iornandem de reb. Get. cap. 18. Cauſam earum infra Pomponius exponit. Nomen, etſi alias non obvium, a Graecis effictum eſt, unde Solinus c. 30. ſ. 27. *Philaenis fratribus a laudis cupidine Graium vocamen datum.* Punicum tamen fuiſſe recte monet Perizonius, de quo et infra. De ſitu haec: Noſter cum Plinio 5, 4. ubi ex arena fuiſſe ſcribit, Ptolemaeo, Salluſtio et aliis maiori Syrti propius admovent. Iuxta Automala

caſtellum Strabo lib. 17. c. l. ut Ptolemaeus 4, 4. cui dicitur Αὐτομάλαξ, et ante Borion promontorium, ultra quod et Phycunta reiicere videtur Mela, qui tamen ſic intelligi debet, ut hac obportunitate uſus totam hic Syrtim ſimul complectatur et inde ad has aras deſcribendas accedat, quem morem ſequi paſſim auctores ad ſeriem narrationis uno ambitu continendam ex Salluſtio docuit Corte ad Iug. cap. 19, 3. Iuxta eas vero ὅρων Ἀφρικῆς conſtituit etiam Ptolemaeus 4, 3. et Cyrenaicam inde incipit, ut Strabo 17. c. l. Polybius 3, 39, 2. Oroſius 1, 2. Borion tamen terminum facit Plinius 5, 5. cum id in Cyrenaica commemoret Ptolemaeus 4, 4. Inter Tagulin et Anabucin haud procul a Syrtibus minoribus ponit tabula Peutinger. VII. adſcripto duplici ararum ſigno cum adnotatione, fines ibi eſſe Africae et Cyrenenſium. Sic inter ſuperiores urbes ponit Geogr. Ravenn. 3, 4. 5. et 5, 6. in quo conſentiunt cum Ptolemaeo 4, 3. apud quem *Thagulis* in earum vicinia adparet, tantum quod hic ad Syrtin maiorem conlocat. Quodſi notatum in tabula ſitum cum Antonini itinerario p. 65. compares, conſpicitur ibi *Banadedari* ſ. coniectante Weſſelingio *Bamadedari* i. e. arae curſorum, in quo Punicum nomen deprenſum eſſe videatur. Inter utramque Syrtin proferuntur etiam ab Oroſio 1, 2. et ab incerto auctore apud Salmaſ. ad Solin. p. m. 226. Olivarius ad noſtrum locum hodie putat dici: *Porto de Saba.* Cum Syrtis maior hodie vocetur *Golfo di Sidra*, cum Strabone aliisque quaeri debent verſus ortum Tripolis et ultra Sidram.

Hippo Regius) Ptolem. 4, 3. Ἱππὼν βασιλικός. Stephanus unum tantum in Libya novit; duos Strabo 17. p. 572. ſ. 832. alterum prope Uticam, alterum prope Tretum, qui eſt *Regius*, uti vocant etiam Livius 29, 3, 7. Plin. 5, 2. ſ. 3. Geogr. Ravenn. 3, 6. 5, 4. Antoninus in itiner. p. 6. et alibi cum aliis. Utrumque oppidum a Graecis equitibus conditum fuiſſe adfirmat Solinus c. 30.

f. 27. renitente Bocharto in Chan. 1, 24. qui Punicum nomen exiſtimat; Phoenices auctores facit Salluſt. de B. Iug. cap. 19. in. etſi per nexum Hipponem Diarrhytum innuit. In utroque Strabone teſte c. l. regum fuit ſedes; invaluit tamen uſus, ut hic praecipue *Regius* vocaretur; et hinc Sil. Ital. 3, 259. *antiquis dilectus regibus Hippo.* In ora maritima ponunt Plinius c. l. et Procopius de B. Vandal. 2, 4. conſ. 1, 3. qui in utroque loco etiam munitam urbem dicit, ut alii ex ſcriptoribus Byzantinis, de quibus vid. Stritter in memoriis popul. — T. 1. p. 282. A Carthagine diſtabat δέκα ἡμερῶν ὁδῷ (Procopius c. l.) vel 223. M. P. (Antonini itiner. p. 20 ſq.) unde efficiatur, iter unius diei aequare 21 M. P. ſive 5 miliaria Germanica et quod excedit, etſi in ea computatione parum auctores conveniunt, cuius et variae ſubſunt cauſae. Ita Herodotus 5, 53. ad 150 ſtadia revocat, Procopius de B. Vandal. 1, 1. aeſtimat ſtadiis 210. ex quo intervallum ſuperius diiudicari poteſt. Sed cf. de his Reland. in Palaeſtina 2, 1. f. Penzel. ad Strabon. T. 1. p. 252. — Coloniam facit Antonin. p. 20. de cuius auctore, quae disferuntur, dabit Raſche in Lex. num. T. 2. P. 2. p. 320. Hodie ruinis obruta iacet prope Bonam, quae inde corrupta aliis videtur et orta. Cf. Ortelius h. v. Weſſeling. ad Antonin. c. l. Certe ex eius ruinis exſtructam eſſe teſtatur Leo Africanus p. 211. Cf. etiam Poiret voyage P. 1. p. 127. qui ponit ad oſtium fl. *Sëïbouſe.* Ipſa autem *Bona* Aphrodiſium potius eſſe videtur. Cf. Shaw T. 1. p. 118. et 120. qui ex diſtantia eius a Carthagine, quam ſtatuit Ptolemaeus 4, 3. id evincere ſtudet. Ruinas eius deſcribit Poiret voyage p. 160. in primis antiquam Romanorum viam, quam Hippone Cirtam duxiſſe putat; et, quae ad huius et alterius Hipponis hiſtoriam pertinent, conlegit le Blond in Memoires — de Paris T. 39. p. 555 ſq. De discrimine et ſitu disquirit Cellarius 4, 4, 60. et 4, 5, 8. Auguſtini epiſcopatu maxime inclaruit.

Rufcicade) Ptolem. 4, 3. in. Ῥουσίκαδα. Plinius 5, 2. f. 3. tab. Peuting. fegm. 2. Vibius Sequ. p. 19. et infcriptio lapidis, quam exhibuit Shaw T. 1. p. 158. ut Mela, *Rufcicade;* fed duplici *c* Antonin. itiner. p. 19. *Rufiecada* Orofius 1, 2. p. 31. ed. Haverc. ubi libri etiam *Rufcicada.* In Geogr. Ravenn. 3, 6. *Ruffcicade,* et 5, 4. *Rufcicade.* Orofius cum Hippone Regio in Numidia ponit, diftinctius ante Hipponem prope Collopa f. Cullu Ptolemaeus, Plinius, Antoninus, Geographus Ravenn. et tabula, ex quibus adparet, ordinem verum a Mela neglectum effe. Dimidio tamen maiorem diftantiam Antonini itinerarium adpofuiffe exiftimat Shaw T. 1. p. 117. eumque fecuti Angli in hiftor. cathol. Vol. 16. p. 116. At in Antonini MSS. ut in tabula ex ed. Scheybii tantum 50. M. P. ponuntur. Quod addit Shaw, hodie dicitur *Spigata,* apud recentiores *Stora,* quod et refert Poiret P. 1. pag. 171. c. l. Cf. etiam Ortelius h. v. Thapfum fl. iuxta ponit, cui omnino nec tabulae recentiores repugnant, nec Shaw T. 1. p. 117.

Thabraca) Plerique fine adfpiratione efferunt, in iis Plinius 5, 2. f. 3. Iuven. 10, 19, 4. Claudian. de laud. Stilic. 1, 357. Geogr. Ravenn. 3, 6. 5, 5. Et fic *Tabracenfis* epifcopus commemoratur in Norifii operib. Tom. 3. p. 1113. Alii inter utramque fcripturam pendent, de quo monui in notis criticis. *Tabrachia* eft apud Martian. Capell. 6. p. 216. Originem nominis ex lingua Syriaca vel Arabica petit Bochartus in Chanaan 1, 24. ut fit *frondofa,* teftemque adlegat Iuvenalem 10, 195. qui *faltus umbriferos* ibi commemorat. Plinius oppidum civium Romanorum dicit, Ptolemaeus coloniam. Portum eius notat Claudianus. Hodie, quod equidem fciam, confentiunt in nomine *Tabarka,* Shaw T. 1. pag. 123. Poiret P. 1. p. 180. c. l. rudera ibi confpici adfirmant, et veftigia murorum, columnarum everfarum multasque cifternas, ex quibus hic conficere ftudet ad mare fitam

olim fuiſſe, partim in campo plano, partim in adiacentibus collibus, ambitu autem complexam fuiſſe fere miliare. (lieue.) Rubricatum fl. quem iuxta eam oſtendit Ptolemaeus, Poiret h. *Ma-Fragg* eſſe putat.

§. 2. *Candidum)* Simpliciter agit auctor, et linguam ſuam praefert, quum Polybius id vocet Graeca λευκὸν, ut appareat, aliud habuiſſe nomen ex lingua Phoenicia, quod iſtis vocabulis reſpondeat. I. GRONOVIVS *MS.* Polybius 3, 22. et 23. quae loca reſpexiſſe videtur Gronovius, καλὸν ἀκρωτήριον habet; de quo poſtea. *Candidum* vocant etiam Plinius 5, 3. ſ. 4. ubi Mela iisdem verbis redditur, Solin. c. 30. ſ. 27. Martian. Capell. 6. p. 216. Quod *album* etiam Plinius 3. in. in Africa commemorat, aliud id eſt, et quia Mellariae obponit, *Ampeluſia* alias. Ptolemaeus non habet, ſed pro eo in eodem ſitu ponit 4, 3. ἵππου ἄκραν iuxta Stoborrum. Cum Livius 29, 27. in hoc tractu duo promontoria adferat, alterum *Mercurii*, alterum *Pulchri*, quale hoc eſſet, varie quaeſitum eſt et disputatum. Shaw T. 1. p. 177. contendit eſſe *Candidum* et propter ſitum, et quod alias Scipio fruſtra claſſem Uticam miſiſſet, immo nec mittere potuiſſet, cui adſentitur Heeren in Ideen über die Politik — der alten Völker p. 71. Cellarius in Geogr. ant. 4, 4, 56. dubius haeret. Schwartzius ad eum de Mercurii promontorio intelligit, quod ſuperſtitionis Romanae gnarus gubernator Scipioni quaerenti ita adpellaverit, etſi Livius ab eo primo intuitu ſecernere videatur. Quam quidem ſententiam confirmat Polybius cc. ll. qui Carthagini a ſeptemtrionibus obverſum dicit, eoque tranſito Byzacium ponit et Syrtim minorem. Porro cum hoc unum verſus Siciliam excurrat, accedit Plinii auctoritas, qui id Mercurii promontorio tribuit. Sed ſi quis plura deſiderat, cum ad Melam proxime referri non poſſint, conſuli debet Heynius in opuſc. Academ. Vol. 3. p. 47 ſq. In hodierno nomine diſſentiunt viri docti,

quod ex Ortelio et Ferrario disci poteſt. Harduino ad Plinium eſt *Capo Mabra* tabularum; Shaw vocat *Ras-el Abeadh*, i. e. promontorium album, quod creta conſtet.

Apollinis) Hoc praeter ſuperiores eodem nomine habent etiam Strabo 17. p. 572. ſ. 832. et Ptolemaeus 4, 3. Sardiniae adverſum fuiſſe ſcribit Plinius 5, 3. ſ. 4. Idem aliud eiusdem nominis commemorat prope Iol. 5, 1. ſ. 2. ut Ptolem. 4, 2. Utrumque miſcent Angli in hiſtoria cathol. Vol. 16. p. 127. dum noſtrum *Cap Tennes* hodie eſſe dicunt, quippe quod remotum hinc eſt prope Alger. In recentiori nomine discrepant. In Bertii theſauro adſcriptum *Raſamuzath;* Harduino ad Plinium eſt *Cabo Negro;* Shaw T. 1. p. 48. etſi dubitanter, putat eſſe *Nackos* ſ. *Nackouſe.* Kappius notavit in indice *Ras-Zebib.* In recentioribus tabulis Sardiniae obpoſitum notatur *Cabo Serrat.*

Mercurii) Ptolem. 4, 3. Ἑρμαία ἄκρα, ut alii. Siciliae adverſum ponit Plin. c. l. quocum conſentit Polyb. 1, 29. in. Cf. 1, 36. f. et Scylax p. 50. Hudſ. Praeiacebat toti Carthaginis ſinui (Polyb.) verſus Uticam inde a Carthagine. (Scylax.) Iuxta Uticam et contra Carthaginem ponit Strabo c. l. An idem *Pulcri promontorium* ſit in Livio 29, 27. de eo ſupra dictum eſt. Shaw Tom. 1. p. 178. et 182. h. adpellat *Ras-addar, cap bon;* in tabulis vulgo *cap de Bonne.*

proiecta) Plinius in eadem narratione: *in altum procurrentia.* Pro eo Livius aliique ſaepe *excurrere*, ut noſter etiam alibi *abire.* Vid. Duker. ad Liv. 44, 11, 3.

Hippone Diarrhyto) Ptolem. 4, 3. Ἵππων Διάῤῥυτος. Geographi Latini, ut noſter *Diarrhytus* v. c. Plin. 5, 3. ſ. 4. Solin. c. 30. ſ. 27. Quod Plinius *Hipponem dirutum* vocari ſcribit, Graecis *Diarrhytum*, tur-

bavit, cum dirutum Plinii aetate non fuerit. Pintianus ex interpretatione Graecae vocis temere adiectum illud putat; ut fere Harduinus; Salmasius ad Solin. p. m. 227. vult *Diarrutum* et post Διάῤῥυτον, inepta tavtologia; *Dilutum*, quod emendabat Surita ad Antonin. p. 21. etsi reiicit Harduinus cum Wesseling. ad Antonin. p. 21. multis postea tuitus est Rezzonici in disquisit. Plin. T. 2. p. 69. et antea probaverat Politianus, qui MSS. vetustos consuluit, quod hoc sit Latinum, alterum Graecum. In Antonino p. 21. *Zaritus* adpellatur ex mutatione literarum *z* et *d* in Aeolica maxime dialecto non infrequenti. Cf. etiam Bochart. in Chanaan 1, 24. et Salmas. ad Capitolini Antoninum Pium c. 12. Ita vero etiam vel contracta adeo forma a posterioribus dictum esse, exemplis docuit Porcheron ad Geogr. Ravenn. 3, 6. p. 118. ubi *Hippone Zareston.* Cf. 5, 5. Priscum nomen leviter adfectum exhibet tabula Peuting. IV. *ipponte diarito.* Ita vero propter aquarum irrigua cognominatum esse, adfirmat Plinius, ab interfluente freto Solinus, in quo eum nugari putat Salmasius, cum nullum fretum interfluat, et, si ad mare referas, etiam alter Hippo eundem positum habuerit. Optime autem caussam illam sustinet alter Plinius epistol. 9, 33. ubi scribit: *adiacet navigabile stagnum, ex quo in modum fluminis aestuarium emergit, quod vice alterna, prout aestus aut repressit, aut impulit, nunc infertur mari, nunc redditur stagno.* Hinc Ἱππονῖτις λίμνη a Ptolemaeo 4, 3. m. quod et hic Vossius notavit, iuxta ponitur. Strabo 17. p. 572. s. 832. ἄμφω βασίλεια dicit, etsi usus cognomen *Regius* priori adnexuit. An vero, quod hic notaverat Graevius MS. et putaverat Shaw T. 1. p. 180. Ἵππου πόλις sit apud Scylacem p. 50. Huds. incertum facit narrationis detruncatio, etsi probabilitas accedit ex vicina palude, et quod Aristoteles de miris auscultat. c. 146. Apollinis promontorium olim Hippi dictum fuisse innuit, dum inter hoc et Mercurii ponit Uticam, etsi Ἵππου ἄκραν propius ante

alterum Hipponem conlocat Ptolemaeus. At illam ἄκραν cum palude prope Uticam oſtendit Diodor. 20, 55. unde duplex illa fuit, ex indicio etiam Diodori 20, 57. Sed et utramque urbem ab vicinis illis promontoriis hoc nomen ſortitum eſſe, inde adparere videtur, doctique viri contendunt. Certe Ἵππου ἄκρα Libyae urbs vocatur a Stephano h. v. a qua incolae illi Ἱππαρῖται, quos cum Uticenſibus coniungit Polybius 1, 70. 73. *Hippagreta* adpellare videtur Appianus de reb. Pun. cap. 110. inter Uticam quidem et Carthaginem, quod tamen ad librarii lapſum vel temeritatem reiicit Schweighaeuſer. Vol. 3. p. 480. Sed plura de hoc dabunt Bochart. in Chanaan 1, 24. et Weſſeling. ad Diodor. cc. ll. qui ſimul Berkelium ad Stephanum p. 422. refutat, cui duo Hippones et duae Hippuacrae fuiſſe videbantur. Certe Hipponem ſeorſum memorat poſt Stephanus. Noſtram urbem ſic ſaepe ſimpliciter et nude produci, docuit Schweighauſer. c. l. quod quidem ex nexu etiam diiudicatur. Hodie eſt *Bizerta* corrupto priſco nomine, quamquam incolae ab Arabico *Ben-Shertd* i. e. filius canalis ſ. rivali derivant. Vid. Shaw c. l. et Poiret voyage P. 1. p. 127. Ipſe ſinus hinc *Golfo di Bizerta.* Tractus arenoſus, ſed tamen amoenus. Shaw T. 1. p. 181. et Poiret c. l.

In altero) Sic et Plin. 5, 3. ſ. 4. Sed Strabo 17. p. 572. ſ. 832. κόλπον Καρχηδονιακὸν vocat. Hunc ſinum etiam innuit Scylax c. l. quippe in quo Carthaginienſium regionem ponit.

caſtra) Quae fuerunt oppida altero in ſinu ſita, quibus originem dederunt caſtra Romanorum. Romanorum nimirum caſtra erant hiberna, munita et ordine inſtar vicorum inſtructa, quo confluebant mercatores commerciorum cauſa. Haec multis haud ignobilibus oppidis originem dederunt, quae poſtea nomen aliquod retinuerunt. GRAEVIUS *MS.* Caſtra multis urbibus cauſae exſtiterunt.

Sic ſua aetate oppidum commemorat Livius 32, 7, 3. ubi ante caſtrorum fuerat portorium. Varronis caſtra apud Salaſſos auctore Caeſare in urbem tranſierunt. Strabo 4. p. 142. ſ. 206. Cf. Caſaubon. ad Suetonii Aug. c. 18. et Hoffmann. ad Oracula Sibyll. p. 60. Et ſic alia. Factum hoc autem eſt maxime prolatis imperii finibus metu hoſtium irruentium, veluti in Danubii, Rheni, Euphratis ripis. Vid. Poeſchelius ad Polyb. de militia Romana p. 174. Hinc et Κάστρα, κάστρια a poſterioribus Graecis non raro memorantur, *burgi* noſtris ſcriptoribus. Plurima eiusmodi caſtra recenſent Ortelius, Ferrarius aliique in Lexicis, multa in itinerario producit Antoninus; de caſtris Varianis, Marcianis vid. Lazius in reipubl. Rom. commentariis lib. 12. cap. 3. et 4. Eius tamen moris veſtigia iam in Herodoto 2, 154. in. adparent, qui narrat Pſammetichum, Aegypti regem Ionibus et Caribus, a quibus adiutus fuerat, agros adſignaſſe et στρατόπεδα adpellaſſe.

Laelia) Ita nempe pro *Dellia* repoſui, cum vix credibile ſit, ab homine obſcuro, de cuius quidem gente expoſuit Lambinus ad Horat. 2. od. 3. nomen loco datum fuiſſe. At frequens eſt C. Laelii in bellis Africanis mentio apud Polybium, Livium, alios. Fuit is comes et amicus Scipionis.

Cornelia) Nulla de his dubitatio, immo memoria maxime celebris. Ptolemaeus 4, 3. vocat παρεμβολὴν, Appian. de B. Civ. 2, 44. m. Χάρακα, *caſtra Cornelia* Plin. 5, 3. ſ. 4. *Corneliana* Caeſar de B. Civil. 2, 24. in. et 25. *Cornelia* tamen duo codices exhibent in priori loco, plures cap. 37. quod probat Oudendorp. ad 2, 24. quem etiam conſule ad Lucan. 4, 656. Dicta autem ſunt a Cornelio Scipione, qui caſtra hiberna in promontorio (prope Uticam) communiit unoque vallo etiam navalia caſtra amplexus eſt, ut refert Livius 29, 35. f. Sic Iulius Caeſar de B. Civ. 2, 24. dicit *iugum directum eminens*

in mare, utraque parte praeruptum atque asperum — et M. P. ab Utica removet. Descripsit etiam Lucan. c. l. Scipionis maioris Africani castra vocat Orosius 4, 22. Shaw T. 1. p. 189. c. l. quaerit, ubi h. *Gellah*, duobus miliaribus Anglicanis versus orientem ad Uticam, quam h. esse dicit *Boo-Shatter Gellah*, nempe in extremitate cervicis illius terrae versus orientem aestivum. Sic vero Bagrada fl. nunc infra fluit versus occidentem hibernum.

Bagrada) Frequens eius mentio obiicitur in auctoribus, in quibus sunt Iul. Caes. de B. Civ. 2, 24. et 38. Plin. 5, 3. s. 4. et 8, 14. Valer. Max. 1, 8. ext. 29. Gellius 6, 3. praeter eos, quos produxi Vol. 1. ubi etiam de varia scriptura librorum dictum est. Straboni 17. p. 572. s. 832. est Βαγάδρας, non Βαγάρδας, ut vitiose redditum exstat. Polybius 1, 75. 86. Βακάραν et 15, 2. Βάκραν vocat, uti quidem dedit pro Μακάραν et Μάκραν Schweighaeuser, qui et prolixe de hac forma et similibus disseruit, ut antea Bochartus in Chan. 1, 24. In Suida s. v. Τενάγη legitur Βουκάρα, in tabula Peutinger. IV. *Bagamada*, in Edrisii Africa p. 275. *Nagerda*, ubi cf. Hartmann. Verum eius nomen *Braca* fuisse vel *Bractha* i. e. stagnum, putat Bochartus, cui quidem non adversantur notationes auctorum. Sic Lucano 4, 589. dicitur *lentus*, et Sil. Ital. 6, 143. *stagnante vado patulos involvere campos;* antea *limosus;* Statio Silvar. 4, 2, 91. *Poenos inter agros serpere.* I. Gronovius MS. ideo a Mela positum hic fuisse censet, quod celebrari coeperit Punico bello, cum serpens immensae magnitudinis castra Romanorum vexavit, de quo cf. Flor. 2, 2, 20. Sil. Ital. 6, 678 sq. Martian. Cap. 6. p. 216. quibus alios addunt interpretes Flori. Mirum igitur est, qui Aethicus in Cosmogr. p. 722. ed. I. Gron. scribere possit, a maioribus inter fluvios Africae non memorari. Originem eius e monte Mampsaro ducit Ptolem. 4, 3. Fluebat prope Musti (Vibius c. l. etsi renititur Shaw T. 1. p. 227.)

Uticam (Strabo c. l.) et Carthaginem (Agathemer. 2, 10.) inter Uticam et caſtra Cornelia. (Plin.) Poſtea, ſi recte recentiores agnoverunt, alveum mutavit. Auctore Olivario antiquum nomen etiamnunc ſervat, idemque nuper adfirmavit Rooke in Reiſen p. 156. Aliis tamen eſt *Megrada;* (vid. Ortelius) *Magrada* in tabulis. Shaw T. 1. p. 183 ſq. qui plura de eo dedit, vocat *Me - jerdah*, et ſic Bruce in introduct. ad itin. p. 22. qui explicat fluvium vaccarum. D'Anville des rivières de l'interieur de l'Afrique in Memoires — de Paris T. 26. p. 75 ſq. putat, *Mejerda* non tam procul, uti vult Ptolemaeus de Bagrada, originem petere, et hinc aut nimis eam fuiſſe remotam, aut diverſum Mejerda eſſe habendum. Ita quidem ſe ex Tripolitano legato cognoviſſe dicit, eſſe montem in finibus Nigritiae ſupra Fezzan, qui a Ptolemaeo 4, 6. Uſurgala adpelletur, unde *Wad-el Mezzeran* ſ. *Mezjerad* oriatur, torrens olim, nunc exſiccatus.

Utica) Graecis Ἰτύκη, Dio Caſſ. tamen 41, 41. et 42, 57. etiam Οὐτική. Civis *Uticenſis*, Gr. Ἰτυκαῖος. Dio etiam Οὐτικήσιος. Bochartus in Chanaan 1, 24. a Punico *atica* i. e. *priſca*, qualem utique fuiſſe teſtimonia auctorum evincunt. Nempe Tyrios conditores memorant Iuſtin. 18, 4, 2. Vellei. 1, 2. f. (hic circa Codri tempora) Stephanus h. v. *Priſcam ſitu* dicit Sil. Ital. 3, 242. et Ariſtoteles de mirabil. auſcult. c. 146. Carthagine 287. annis antiquiorem facit. Cf. etiam de vetuſtate Reineſius de lingua Punica cap. 3. qui Ariſtotelis annos quadrimeſtres putat, unde 71. ſolares conficiantur, et ſic ſub Ithobali imperio conditam. Eam etiam novit Scylax p. 50. Hudſ. Poſt Carthaginem maxima fuit Libyae urbs (Appian. de reb. Pun. cap. 75. Strabo 17. p. 572. ſ. 832.) eaque everſa μητρόπολις. (Strabo c. l.) A Carthagine remota fuit 60 ſtadiis (Appian. c. l.) 200 fere (Ariſtoteles c. l.) 27. M. P. (Antonin. itin. p. 22.) quae cum efficiant 216 ſtadia, Ariſtotelicam rationem probant, iudice

etiam Weſſelingio ad Anton. c. l. etſi ex maritimo curſu rectoque Appianum tueri ſtudet Schweighaeuſerus. Plinius c. l. *civium Rom.* urbem dicit, eoque adtingit Auguſti beneficium dato civitatis iure an. U. C. 718. uti notat Dio Caſſius 49, 16. Hinc *municipium Iulium Uticenſe* in numis, de quibus Raſche in Lex. num. h. v. et Eckhel. in doctrina num. P. 1. Vol. 4. p. 147. Cf. et Gellius 16, 13. et Fabricius ad Dion. p. 581. Deinde transiit in ius coloniarum, et hinc *colonia* vocatur in tab. Peutinger. IV. conſentiente Gellio c. l. ubi de tali mutatione disputatur. Urbem maritimam faciunt omnes, multi portum etiam memorant, ut Scylax c. l. Olim prope Bagradam iacebat ad ſeptemtrionem, nunc mutato alveo ad meridiem, quod quidem ex praecedenti nota intelligitur. Nec amplius hodie mari adiacet, nec alia ſigna ſitus antiqui adparent, v. c. tumulus apud Liv. 29, 35, 7. Inde conficit Shaw T. 1. p. 189. terram maris acceſſibus limoque Bagradae auctam, quem etiam fluvium mutato curſu fluere putat. Quidam h. nunc vocari volunt *Porto Farino* vel *Bizerta*. (cf. Ortelius h. v.) Shaw tamen in primis propter diſtantiam a Carthagine rectius quaerendam ſedem eius monet, ubi cernitur *Bog-Shatter*, ut poſtea Poiret voyage P. 1. p. 127. Quodſi eſt, 7 miliaribus Angl. a mari receſſit. Bruce in introduct. ad iter Vol. 1. p. m. 20. nil ibi, niſi congeriem lapidum et aggeres, obpugnationis ſigna, reperiri adfirmat.

Carthago) De hac, ut cum Salluſtio Iug. c. 19. loquar, melius eſt ſilere, quam parum dicere. Tanta enim ſubpetit copia, ex qua ſaltem aliqua delibabo. Gr. Καρχηδών. In numis etiam paſſim et quibusdam edd. Lat. *Karthago*, uti et ſemper ſcribi vult Heinſius ad Sil. Ital. 1, 3. ubi tamen cf. Ruperti. Alia nomina dat Stephanus h. v. in quibus eſt καινὴ πόλις, Καδμεία, Οἴνουσσα et Κακκάβη. Cf. etiam Euſtath. ad Dionyſ. v. 195. Primum nomen dubium et ſub eo latere videtur anti-

quum illud *Carthada*, quod et ſic ex Punica lingua interpretatur Solinus cap. 30. f. 27. aliis conſentientibus. Vid. Salmaſ. p. m. 228. ad c. l. et Bochart. in Phaleg 3, 7. et in Chanaan 1, 24. unde ſua ſe hauſiſſe non disſimulat Berkel. ad Stephan. p. 455. *Cadmea* a Cadmo, quia Tyriorum colonia ex Phoenice. Hinc Sil. Ital. 1, 6. *gens Cadmea* de Carthaginienſibus. Cf. v. 106. et 17, 351. et 581. Cur *Oenuſſa* disquirit Baumgarten. ad hiſtor. cathol. T. 15. p. 198. *Caccabe* Stephanus et Euſtathius explicant ἵππου κεφαλὴ, quae in condenda urbe eruta fuit omine fauſto. Cf. Virgil. Aen. 1, 444. Sil. Ital. 2, 410. Iuſtin. 18, 5. f. et quae ibi notant viri docti. Hinc in numis equi caput adpoſitum cernitur, de quibus Raſche in Lex. num. T. 1. P. 2. p. 410. et Aldrete in Antiguedades — 2, 1. p. 179. et 2, 2. p. 226 ſq. Hinc idem ſignum ad colonias eius transiit, veluti Panhormum. Nomen Ὀρίγο exſtat apud Syncellum p. 145. f. 181. qua fide, ſatis dubium. Carthaginis nomen e lingua Chaldaica repetit Patinus in num. imper. Rom. p. 15. ut ſit colonia nova ſc. prope Uticam. In Phoenicibus conditoribus conſtant auctores, qui et nominatim fere dictitant ducem Didonem f. Eliſſam. (Iuſtin, Solinus, Oroſius 4, 6. in. ſed et Strabo c. l.) Quidam Carchedona, ut Stephan. h. v. Euſebius in Chronico p. 34. utrumque memorat Syncellus c. l. Zorum Carchedoni adiungit Appian. de reb. Pun. in. etſi urbium ea potius nomina cenſent Bochart. c. l. aliique, quos producit Schweighaeuſer. ad Appian. Vol. 3. p. 384. Hinc vero vocatur *urbs Phoeniſſa* ab Avieno v. 289. Tempus incertum fertur; alii ante, alii poſt captum Ilium ponunt. Cf. Iackſon chronologiſche Alterthümer p. 346. Salmaſ. ad Solin. p. m. 228. et qui curioſa opera diverſas temporis notationes in tabula ſpectandas exhibuit Cluver. in Sicilia ant. 1, 2. p. 44. Urbis commemorantur tres partes, *Cothon*, *Megara* et *Byrſa*. *Cothon* de portu plerique explicant, quod Michaelis in Geogr. T. 2. p. 4. ex Punica lingua adſtruit,

quo et redit explicatio Bocharti in Chan. 1, 24. *Byrſa* a corio disſecto nomen traxit, quo area urbis ſtrata fuit, ut narrant Iuſtin. 18, 5. aliique. Vid. Bochartus c. l. et quos laudat Meuſel. in bibl. hiſtorica Vol. 3. P. 1. p. 107. Pinart et Valckenarius. Ita vero Carthaginis arx dicta eſt, reliqua pars *Megara.* Cf. Bochart. c. l. et quae congeſta ſunt ad hiſtor. catholic. Anglor. Vol. 15. p. 190 ſqq. Incola Gr. Καρχηδόνιος, Lat. *Carthaginienſis*, paſſim etiam *Carthaginenſis*, priſcis *Cartacinenſis*, de quo dictum Vol. 1. ad 3, 9, 3. Latinis ſaepe etiam dicuntur *Poeni*, ut Ποινοὶ poſterioribus Graecis. De magnitudine, celebritate urbis et excidio omnia nota ſunt. Situm eius curioſe in primis inveſtigavit Shaw T. 1. p. 174. qui illam regionem diligenter perluſtraverat. Pauca eius veſtigia reperiri iam olim notavit Leo African. in deſcr. Africae 5, 57. Partem eius hodie ſub mari latere maxime borealem narrat Bruce in introd. ad iter p. m. 20. Vidit tamen Shaw luculenta veſtigia aquae ductus, lapidum congeriem aliasque ruinas inde a Goelette ad Gomert; alia in agros frugiferos tranſierant vel paſcua, uti devoverat olim Scipio auctore Appiano de B. Civ. 1, 24. alia pagis erant conſtructa; locum autem ipſum, ubi olim ſtetit, adpellat *El-Merſa* prope *Saka-rah.* Prope Tunis ponit Poiret voyage en Barbarie, in praef. p. 10. et tenuia veſtigia antiquae urbis conſpici adfirmat. Ante Punica bella ſub ſua ditione habuiſſe 300 urbes narrat Strabo c. l. Qui de Carthagine ſcripſerunt perſequitur Meuſel. in bibliotheca hiſtor. Vol. 3. P. 1. p. 103 ſqq. ubi tamen recte addi poteſt Campomanes.

fato Catonis) Morte, quam ſibi ipſe intulit in bello civili ne in Caeſaris manus incideret. Dictus eſt *Uticenſis*, quod cognomen ab illa urbe eum accepiſſe, diſerte notat Dio 43, 11. vel etiam *minor.* Eius vitam deſcripſit Plutarchus. De Catonibus autem omnino disſerit Gellius 13, 19. Eius mortem praedicant multi,

quos nominant Camers et Duker. ad Florum 4, 2, 70. Eodem fere modo Plinius 5, 3. f. 4. *Utica Catonis morte nobilis,* et Martian. Cap. 6. p. 216. *Utica Catonis morte memoranda.* Denique notanda duplex vis verbi et accommodatio, tum nata inde elegans brevitas.

colonia) Deducta fuit anno poſt excidium 25. [a. u. 629.] auctore C. Sempronio Graccho, de quo vid. Vellei. Paterc. 2, 15. [et 1, 15, 4.] et tunc *Iunonia* adpellata; ſed nullo fortunae ſucceſſu. Anno poſt excidium 102. Iulio Caeſare auctore maior copia colonorum illuc miſſa fuit felicioribus auſpiciis; moenia refecta, urbs frequentiſſimis aedificiis exculta, priſtinum nomen Carthaginis eſt redditum; de qua hic Mela, a. U. C. 710. ante N. Chr. 58. a qua inſtauratione fortuna adeo ei crevit, ut proximis ſaeculis omnibus Africae civitatibus antecelluerit, et 125 epiſcopatus ſub ſe habuerit. GRAEVIVS *MS.* Primam hanc fuiſſe coloniam, quam Romani extra Italiam condiderint, notat Vellei. cc. ll. Suaſerat Rubrius, tribunus plebis (Plutarch. in vita C. Gracchi c. 10.) deduxit C. Gracchus, eius collega, ut narrant praeter illos Livii epit. 60. Appian. de reb. Pun. c. 136. et de B. Civ. 1, 24. Solin. cap. 30. f. 27. Oroſ. 5, 12. De altera deductione adeundi Strabo 17. p. 573. f. 833. Dio 43, 50. Pauſan. 2, 1. Plutarch. in Caeſ. c. 57. f. Appian. c. l. Solin. c. l. Appianus tamen, cum ante rem perfectam in curia occiſus eſſet Caeſar, ab Auguſto conditam fuiſſe narrat prope veterem, ut Scipionis devotio, qualis etiam in Corintho facta erat, (Macrob. Saturn. 3, 9. —) caveretur. Ita quidem in priori loco; in poſteriori tamen contemtam illam fuiſſe ſcribit, cum Gracchus eo coloniam deduceret, et Plinius 5, 3. f. 4. in veſtigiis magnae Carthaginis conditam adfirmat. Dio Caſſius lib. 52. extr. ita rem expedit, Auguſtum, quod Lepidus, Africae praefectus, eius partem incolis orbaverat et coloniae ius ſuſtuliſſe videbatur, denuo colonos eo deduxiſſe. Cf. Fabricius ad

Dionem 43, 50. Ex numis huc referunt inſcriptos C. I. C. i. e. colonia Iulia Carthago, de quibus vid. Vaillant num. Imperr. — in coloniis T. 1. p. 2 ſq. Havercamp. ad Morell. Imper. 218 ſq. et quae conlegit Raſche T. 1. P. 2. p. 11. et 414. Deducta eſt eodem tempore, quo Corinthus inſtaurata, ut tradunt Dio 43, 50. Strabo et Plutarchus. Strabo de ſua aetate: νῦν εἴτις ἄλλη καλῶς οἰκεῖται. Martian. Capel. 6. p. 216. *inclnta quidem armis, nunc ſelicitate reverenda*, quod et teſtatur Solinus, ipſo Mela addicente verbis *ope praeſentium*, quae explicat Perizon. in animadv. hiſt. p. 253. ed. Harleſ. Alia quaedam dabunt Cellarius in Geogr. 4. 4. 53. et Bandurius ad numos Imperator. T. 2. p. 56. 66. 148. 151. Inde in numis *Felix* dicta videtur.

pertinax) Reſpicit tria illa bella Punica, quod eleganti brevitate declaravit. Ita autem *aemula* et alii de Carthagine, ut Vellei. 2, 1. in. Salluſt. Catil. 10. in. Flor. 2, 15, 5. A Plinio 15, 20. ſ. 18. vocatur *urbs de terrarum orbe per* 120 *annos aemula.*

Hadrumetum) De ſcriptura dictum eſt Vol. 1. quatenus adſpiratio maxime ſpectatur, etſi, quod addo, *Adrumetum* legitur in Muratorii theſ. 327, 3. 959. 6. Sed et in aliis diverſitas obſervatur. Scylax p. 49. Hudſ. Ἀδρίμητος pro Ἀδρύμητος uti volebat Voſſius; Strabo 17. p. 574. ſ. 834. Ἀδρύμης (ita voluit quidem Caſaubonus male redditus pro Ἀδρύμη) cum Polybio 15, 5. et 15. et Stephano h. v. Plutarchus in Catone min. cap. 59. Ἀδρούμητος; Ptolemaeus 4, 3. Ἀδρούμηττος; Appian. de reb. Pun. 33, 47. Ἀδρυμητὸς; Procop. de B. Vandal. 1, 17. 2, 23. Ἀδράμητος, pro quo male de aedific. Iuſtin. 6. 6. Ἀδράμυτος. Latini plerumque *Adrumetum* cum et ſine adſpiratione. Poſteriores etiam *Adrumetus*, ut Martian. Cap. 6. p. 216. Iſidor. Orig. 14, 5. Aethicus in Africae ſitu p. 731. (Gron.) *Adrymeton* vocat

Geogr. Ravenn. 3, 5. et per i 5, 5. Civis adpellatur in Graecis Ἀδρυμήτιος, melius, Stephano quidem indice, Ἀδρύμης et Ἀδραμύσιος, forte Ἀδρυμήσιος, de quo conf. ibi Berkel. p. 38. et Holſten. p. 8. Ἀδρυμησαῖος profert idem ſ. v. Τύνης, quibus addi poteſt ex Procopio de B. Vandal. 2, 23. Ἀδραμυτινός, ut Latinis *Adrumetinus*, de quo cf. Oudendorp. ad Hirtium de B. Afr. c. 97. et Salmaſius ad Spartiani Didium Iulian. c. 1. ubi paullum inflexa vulgo legitur forma. Phoenices conditores facit Salluſt. de B. Iug. c. 19. in. Tyrios Solin. c. 30. ſ. 27. unde ex Punica lingua nomen explicat Bochart in Chanaan 1, 24. Alii aliter, ex quibus, ſi lubet, conſuli poſſunt Scaliger de emendat. temp. p. 31. Reineſius de lingua Pün. c. 8, 15. Shaw T. 1. p. 241. et qui plura adtulit Aldrete in antiguedades — 2, 2. p. 206. Urbs fuit maritima (Appian. de reb. Pun. c. 47. Procop. c. l.) νεώρια ibi commemorat Strabo c. l. portum alii ſ. Cothonem, manu factum. (Hirtius de B. Afr. c. 62.) Μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον ἐκ παλαιοῦ, poſt metropolin regionis factam ſcribit Procopius de aedificiis c. l. poſterius etiam Aethicus. Sita fuit in Byzacena regione (Livius, Procopius) cuius agri fertilitas praecipua praedicatur paſſim. (Plinius c. l. et 17, 5. Varro de R. R. 1, 44. Silius 9, 205. Martian. c. l. —) Olim libera civitas poſt colonia facta (Plinius, Ptolemaeus et alii) et hinc in lapidibus: *Colonia Concordia Ulpia Traiana Auguſta frugifera.* (Gruter. p. 362, 2.) *Iuſtinianam* poſt ob Iuſtiniani beneficia vocarunt incolae. (Procopius c. l.) In hodierno nomine variatur, de quo cf. Ortelius. Plerique volunt eſſe *Mahometa* ſ. *Hamam-et.* Shaw tamen T. 1. p. 204. et 237 ſq. ex conlectis veterum indiciis contendit vocari hodie *Herckla.*

Leptis) Caute ab altera, de qua infra, diſtingui debet. Haec a Ptolemaeo 4, 3. vocatur Λέπτις μικρά, a Plinio 5, 3. ſ. 4. Hirtio de B. Afr. cap. 7. in. Salluſtio

Iug. c. 19. Livio 30, 25. f. ſimpliciter *Leptis.* In poſterioribus legitur contracte *Leptiminus*, ut in Antonini itin. p. 58. *Leptis minus* Geogr. Ravenn. 3, 5. *Lepte minus* in eodem 5, 5. et tab. Peutinger. V. Cf. Salmaſ. ad Spartiani Sever. c. 1. et Weſſeling. ad Antonin. c. l. *Leptim minorem* dixit tamen Aethicus p. m. 721. Ex priori forma natum *Leptiminenſis.* Vid. notitia — Africae in Sirmondi Opp. T. 1. p. 203. Caroli a S. Paulo Geogr. ſacra p. 104. Olim *Leptitanus* dicebatur; rariſſime et forte ſemel *Leptini* in Taciti Annal. 3, 74. in. pro quo etiam aliqui volunt *Leptitani.* Ex Punico derivat Bochart in Chanaan 1, 24. et ad emporium transfert. Certe Phoenices conditores facit Salluſt. c. l. *Oppidum liberum* dicit Plinius, conſentiente Hirtio, et in tabula Peutingeriana maioris oppidi ſignum adpoſitum habet. Olim ſingula in dies talenta Carthaginienſibus dediſſe refert Livius 34, 62, 3. Aberat prope ab Hadrumeto, et Antonini itiner. habet 18. M. P. unde Vari iter indicari poteſt apud Hirtium de B. Afr. c. 62. f. *Lempta* hodie eſſe putat Shaw T. 1. p. 237. et 243. et nil niſi lapidum ſtruem et caſtelli aliqua veſtigia ibi reperiri ſcribit.

Clupea) Ptolem. 4, 3. Κλυπέα, ut Strabo 6. p. 191. ſ. 277. Κλιπέα apud Procopium de B. Vandal. 2, 11. Auctores Latini modo *Clupea* ſcribunt, modo *Clypea*, quod ex plurimis locis adparet, libri etiam paſſim *Clipea*, et *Clepea.* Cf. Drakenb. ad Liv. 27, 29, 7. et Oudendorp. ad Lucan. 4, 586. Variatur item in numero, ſic ut *Clupeis* etiam reperiatur, veluti in Caeſare de B. Civ. 2, 23. Hirtio de B. Afr. c. 3. Antonini itiner. p. 57. Geogr. Ravenn. 3, 5. 5, 5. tabula Peutinger. V. de quo cf. Oudendorp. ad Hirtium c. l. etſi Berkelius ad Stephan. p. 182. pro ſingulari propugnat. Graecis tamen plerumque vocatur Ἀσπὶς, ut diſerte adfirmat Strabo c. l. Cauſam adfert Silius Ital. 3, 244. *In clypei ſpeciem curvatis turribus Aſpis,*

et sic a similitudine ἀσπίδος de cognomini colle Strabo 17. p. 573. s. 834. Nam hic collem ponit, habitatum tamen, urbem habet ad Syrtim maiorem, qualis et ibi fuit, teste Ptolemaeo 4, 3. a nostra discrepans. At male ab eodem Ἀσπὶς et Κλυπέα tamquam diversae urbes secernuntur, quod et in aliis factum notant Salmas. ad Solin. p. m. 227. et Bochart. in Chanaan 1, 44. f. Secutus est Merula ad Ennium Annal. 7. p. 424. quem carpunt hac de causa Dausqueius et Drakenb, ad Sil. Ital. c. l. Gentilia Graeca, ut Ἀσπιδίτης, Ἀσπίδιος, Ἀσπιδεύς habet Stephanus; Κλυπιεων Νεωκορων ex Galbae numo notat Goltzius in thes. p. 218. *Clipiensem* episcopum memorant notitiae ecclesiasticae. Conditores facit Siculos Solin. c. l. collem illum incolis frequentasse Agathoclem, Siculorum tyrannum eo tempore, quo classem in Carthaginienses duxerit, refert Strabo c. l. Idem ponit post Mercurii promontorium et Neapolim in promontorio Taphitide; Plinius et Martianus Capella in promontorio Mercurii, quod videtur esse Ταφῖτις ἄκρα Strabonis, ut ex navigatione Romanorum a promontorio Mercurii ad Clupeam intelligitur apud Polybium 1, 29. Cf. etiam Cellar. in Geogr. 4, 4, 47. Ptolemaeus hunc ordinem tenet: *Clypea, promontorium Mercurii, Aspis — Neapolis.* Tum Strabo praeposuit Neapolim, quam tamen postponunt, si diversam progressionem compares, Antoninus et Geographus Ravennas, probante navigationis cursu apud Hirtium c. l. Omnino autem noster promiscue ordine urbes adposuit, quod in primis docet Hadrumetum aliaque loca in tabula Peutingeri notata. *Liberum oppidum* vocat Plin. 5, 3. s, 4. Plerique hodie putant esse *Zafaran;* Shaw c. l. *Clybea*, ubi congeries sit casarum vilium, antiqui aedificii nulla adpareant vestigia.

Macomades) Sic plerique adpellant in notis criticis memorati. Hinc in episcopis *Macomadiensis*

commemoratur. Vid. Noriſii cenſura in notas Garnerii ad inſcr. epiſtol. ſynodal. p. 1145. (T. 3. Opp. Noriſii) et Caroli a S. Paulo Geogr. ſacra p. 96. *Municipium* addit Antonin. p. m. 59. Plures fuiſſe adparet ex Antonino, et de earum ſitu exponunt Simlerus et Weſſeling. p. 27. et 65. Shaw T. 1. p. 250. coniicit hodie eſſe *Maha reſs*, parvum pagum, in quo conſpiciuntur magnae arcis rudera.

Thenae) Varie ſcribitur. Strabo 17. p. 574. ſ. 834. Θαίνα, ante p. 572. ſ. 831. Θένα, Ptolemaeus 4, 3. Θέαιναι, Agathemer. 1, 5. Θήνη. Ex Latinis Plin. 5, 3. ſ. 4. *Thenae*, uti aliquoties in itinerario Antonini; ſed ignorant tab. Peutinger. et Geogr. Ravennas. Incola *Thaenitanus* in Gruteri theſ. p. 363. et inter epiſcopos *Paſcaſius Thenitatus* memoratur in notitia — Africae p. 263. in Sirmondi Opp. T. 1. tum *concilium Thenitarum* in Ferrandi Breviario canone 79. *Coloniam* vocat inſcriptio apud Gruterum et Antonini itiner. p. 59. A Carthagine diſtabat urbs 215. M. P. a Macomadibus 28. ſita ad mare iuxta initium minoris Syrtis. (Strabo.) Hodie, ut cenſet Shaw T. 1. p. 249. *Thainee.*

Neapolis) Magna hic ſtruitur difficultas ex nomine et ſitu. Nempe duae commemorantur in hac regione urbes cognomines ſitu diverſae, (Strabo 17. p. 573. ſ. 834 ſq. Ptolem. 4, 3. —) quae facile commiſceri poſſunt, et commiſtae etiam videntur a Cellario in Geogr. ant. 4, 3, 7. Neapolis enim commemoratur inter Hadrumetum et Clupeam, unde traiectus erat breviſſimus 2 dierum et unius noctis in Siciliam (Thucydid. 7, 50. in.) ſtadiorum 1100. (Antonini itiner. p. 493.) Altera verſus Syrtim maiorem, quae et Tripolis et Leptis magna vocatur in libris Ptolemaei 4, 3. De priori nomine cf. etiam Solin. c. 30. ſ. 27. Noſtro poſt *Leptis altera.* Male *Neapolis* nomen ad Leptim

minorem trahit Euſtath. ad Dionyſ. v. 205. quod auctoris notatio impedire poterat. Emporium ibi fuit Carthaginienſium (Thucyd.) qualia omnino plura fuiſſe in illo tractu ex Polybio 3, 23. adparet. De ſitu, quem noſter turbat, antea dictum eſt. Ceterum hanc unam Neapolim poſterioris aevi ſcriptores memorare ſolent, de quo infra. Hodie quaerenda eſt non procul ab urbe *Nabal*, uti iudicat Shaw T. 1. p. 204. qui multas inſcriptiones disiectas ibi conſpici narrat.

adiacent) Alias cum dativo, ut 1, 3, 1. *Propontidi;* 1, 4, 3. *mari Libyco;* et ſic alii; vel cum ſimplici accuſativo. Utriusque formae exempla conlegit Oudendorp. ad Frontin. 3, 9, 5. et repetitae praepoſitionis in aliis Staveren. ad Nepot. Themiſt. c. 7. in.

inter ignobilia) Sic 2, 7, 10.

§. 3. *Syrtis)* Utriusque frequens mentio in auctoribus. Luculentam deſcriptionem praeter noſtrum exhibent Strabo 17. p. 574. ſ. 834 ſq. Dionyſ. v. 198 ſq. Euſtathius ad eum et Salluſt. de B. Iug. c. 78. in. ubi nomen ex re inditum dicit, ſc. ἀπὸ τοῦ σύρειν. Hinc vero vicinum mare Libycum vocatur etiam *Syrticum* a Seneca de beata vita cap. 14. et accolae *Syrticae gentes* ab eodem epiſt. 90. Alii etiam, ut Strabo, Plinius, Ptolemaeus illum tractum ex Syrtibus deſignant. Noſtram hanc varie auctores cognominant, Polybius 1, 39. in. Strabo c. l. — μικρὰν, Dionyſ. v. 479. ἑσπερίην, quod μικρὰν recte explicat Schol. corrupte Euſtathius μακρὰν, uti ex obpoſitis inſulis Meninge et Cercinna (cf. Mela 2, 7, 7.) etiam diſcitur; Agathemer. 2, 14. δυτικωτέραν τῆς ἑτέρας; (maioris) Priſcian. v. 507. *occiduam;* alii, ut Plinius minorem. Ab vicina inſula Cercinna cognominata etiam Κερκιννῖτις, (Scylax p. 48. Hudſ. ubi vulgo Καρκινίτης.) a Meninge, altera inſula, Λωτοφαγῖτις.

(Strabo c. l.) De ſingulis deinceps. Ambae hodie vocantur a Franco-Gallis *les Seches de Barbarie;* minor *le Golfe de Cabes.* Cf. Poiret voyage en barbarie p. 7. diſcours préliminaire.

centum) Polybius apud Plinium 5, 4. centum M. P. aditu, tercenta M. P. ambitu. Scylax p. 49. Hudſ. ambitum facit 2000 ſtadiorum, Strabo 17. p. 574. ſ. 834. Agathemer. 1, 3. in. et 2, 14. m. Euſtath. ad Dionyſ. v. 198. 1600. latitudinem oſtii Strabo c. l. Agathemer. 1, 5. 600 ſtadiorum i. e. 75. M. P. Initium ducit Strabo c. l. cum Agathemero 1, 5. ab inſula Cercinna, et ad Meninga extendit inter duo promontoria. Cf. etiam de extenſione Shaw T. 1. p. 248. *Cingit* ſc. acceptum mare. Infra *flexum agit.*

importuoſus —) Portibus carens, innavigabilis. Sic contra Cicero [de orat. c. 19. in.] *portuoſum mare,* multos portus habens. Floro [1, 16, 4.] dicitur *hoſpitale.* GRAEVIVS *MS.* Sic contra noſter 2, 1, 3. *ſinus portuoſus,* et ut hic de Caſpio mari 3, 5, 3. *atrox, ſaevum, ſine portubus.* Ita vero et alii deſcribunt Syrtes. Sic Horat. 1. od. 22, 5. *aeſtuoſas* vocat conl. 2. od. 6, 4. *inhoſpita Syrtis* Virgil. Aen. 4, 41. Lucan. 1, 367. Cf. Lucan. 9, 303 ſqq. Salluſt. de B. Iug. c. 17. et ibi Corte.

brevia) *Vadorum brevia* eſt elegans pleonaſmus, cum alterutrum ſuffeciſſet. Vadum proprie eſſet fundus ſub aqua. Hoc reſpiciens Mela dicit *brevia,* ubi nempe aquae non eſſent profundae, uti ſolent Latini *breve* dicere pro exiguo, non tantum reſpectu latitudinis vel longitudinis, ſed quocunque. I. GRONOVIVS *MS.* 1. Idem bis dicit, ut ſolet interdum. Sicut Iuſtinus [2, 6, 16.] dicit *offenſae ſimultatium;* idem 7, 2, 6. Cicero ad div. 2, 4. *gloria laudis.* I. GRONOVIVS *MS.* 2. Graecis βϱάχεα ſ. βϱάχη, quae et in Tritonide memorat Herodot.

4, 179. in Syrtibus Strabo 17. p. 575. f. 836. Polyb. 1, 39, 3. Sunt vadofa et arenofa loca, ob breve et contractum mare, ubi funt cumuli arenarum. Vid. Coel. Rhodigin. lect. ant. 4, 15. et Cerda ad Virgil. Aen. 1, 111. Subplenda eft, cum abfolute dictum occurrit, vox *vada*, uti iam monuit Sanctius in Minerva 4, 4. et docent loca, in quibus additur. Sic Seneca in Herc. fur. v. 323. Agamemn. v. 562. Cf. Buchner. ad Plin. 6. epift. 16. infra 1, 19, 6. et quae de hac voce disferuit Ifidor. Orig. 13, 18. f. *Brevia vadorum* igitur funt brevia vada eadem forma, quae in fimilibus obfervatur.

alternos) Ob reciprocationem et aeftum maris. GRAEVIUS *MS.* De reciprocis his motibus loquuntur plures. Cf. praeter eos, quos fupra nominavi, in primis Dionyf. c. l. et ibi Euftathius. Hanc minorem vero maiori Scylax p. 48. Hudf. effe dicit χαλεπωτέραν καὶ δυσπλοωτέραν, contra Solin. cap. 30. f. 27. Shaw T. 1. p. 149. cum tempeftate et turbine impeditus ipfe explorare non potuiffet, ex certis accolarum narrationibus refert, bis ibi alternos acceffus et receffus fieri.

§. 4. *Super)* I. e. progrediendo ulterius ab occafu verfus ortum, quam fibi propofitam habet progrediendi feriem. Vid. ad 1, 2, 5. PERIZONIUS.

Tritona) Plin. 5, 4. fic: *Ab his Philaenorum aris non procul* (immo fatis procul) *a continente palus vafta amnem Tritonem nomenque ab eo accipit — citra minorem Syrtim effe dicta, a multis vero inter duas Syrtes.* Idem fenfu Solin. c. 30. f. 27. Graecis eodem nomine eft Τρίτων, a Poenis *Tarit* dictum i. e. τῆς νομῆς putat Bochart. in Chanaan 1, 24. levi caufa motus. Tritones etiam in Theffalia et Boeotia commemorat Schol. Apollon. ad 1, 109. at urbes facit in Libya et Boeotia ad 4, 1315. Cf. Stephan. f. v. Ἄσβυστα, qui ab hac

urbe defignari probat ex Callimacho, de cuius et incolarum fitu vid. Herodot. 4, 170. Holften. ad Stephan. Salmaf. ad Solin. p. m. 270. et Weffel. ad Anton. p. 63. Hodie putatur effe *Gabs*, qui influit in mare prope cognominem urbem, quae olim dicta eft *Tacape* apud plerosque. Vid. Shaw T. 1. p. 253. Quod a monte Vafaleto ducit Ptolem. 4, 3. et plures in eo loco lacus f. paludes facit, idem fuo iure dubitat et omnino incerta veteres tradidiffe cenfet. *Gabs* enim non longe ab oftio oritur, ubi forte olim fuerunt aquae Tacapitanae, quas memorat Antonini itin. p. 78. et a Tacape 17. M. P. removet. Ceterum quidam hunc fluvium cum palude male hinc in ultimam Mauretaniam ad montem Atlantem traduxerunt. Vid. Diodor. 3, 53.

Tritonis) Gr. Τριτωνὶς etiam. Ptolemaeus tamen 4, 3. Τριτωνῖτις, Callimacho tefte Plinio 5, 4. *Pallantias* adpellata, cuius caufa non eft obfcura. A Scylace p. 49. Hudf. hic commemoratur Τρίτωνος νῆσος, pro quo Salmafius et Voffius volunt Τριτωνίς, etfi corruptio verborum dubium id facit; in primis cum in ipfa palude infulam commemoret, quam et Strabo 17. p. 575. f. 836. adtingit, et Herodotus 4, 178. *Phila* nominat: Εὐρεῖαν vocat Dionyf. v. 267. In ipfo fitu discrepant: Inter duas Syrtes ponit Mela; quod de multis etiam adfirmat Plinius, etfi ipfe circa minorem Syrtim producit; ad Syrtim minorem, vel infra eam Ptolemaeus 4, 3. qui et plures paludes a Tritone natas memorat, quas tamen partes noftrae habet. Shaw T. 1. p. 275. Strabo ad Syrtim maiorem iuxta Berenicen promovet, in quo confentientem habet Lucanum 9, 355. ex vicinia Lathonis f. Ladonis fl. (conl. Strabone et Solino c. l.) cum tabula Peuting. VIII. verfus Atlantem reiicit Diodor. Sic. 3, 53. Herodoti Tritonis iuxta Syrtim minorem ponenda videtur, de quo cf. Heeren Ideen der alten Welt p. 48. Quod veteres adfirmant, Tritonem, h. *Gabs*, hanc palu-

dem influere et hinc in mare excurrere, falfum putat Shaw, et ex vicinia alius fluminis *El Hammah* ortum; paludis enim aquam falfam effe, cum illa flumina dulcem vehant. Hodie eodem indice T. 1. p. 274. dicitur *Shibkah el Low-deah* i. e. palus fignata, fignis notata, nempe propter feriem truncorum palmeorum, quibus iter et traiectio regitur. Quae quidem nuper comprobavit Bruce in introductione ad iter p. m. 33. Unum hoc obftare monet Heeren c. l. quod nullum cum ea flumen coniungatur, et, quod vicinum eft *El-Hammah*, arenofis collibus feparetur; at converfiones foli factos effe. Somnium eft Rudbeckii in Atlantica P. 3. c. 13. §. 7. p. 681 fq. mare Balticum effe, et eo referendam Melae defcriptionem de Syrti; omnino autem effe duplicem Libyam, Africanam unam f. Aethiopiam auftralem, alteram feptemtrionalem f. Borealem, i. e. Sueoniam.

inditum eft) Nempe apud Graecos, ut etiam cognomen id debeat effe Graecum, non aliter, ac fi Graeci quoque ifti fluvio dediffent nomen. Quod eo minus mirum eft, quia et appofita urbs *Tripolis*, et, qui mox fequuntur *Lotophagi*, etiam Graeca nomina funt. I. GRONOVIVS *MS.* Varia hinc Minervae nata funt cognomina, veluti *Tritonis*, (Virgil. 2, 226.) *Tritonia*, (idem Aen. 2, 171. 5, 704. 11, 483.) Graecis Τριτογενής, (Homer. in Pallad. v. 4.) frequentius Τριτογένεια (Homer. Il. 4, 515. 8, 39. Hefiod. in fcuto Herc. v. 197. et Genealog. Deor. v. 895. Orpheus Argon. 65. 490. de Lapid. 15, 17. aliique plures, quorum loca excitavit Evelius de Minerva cap. 4. p. 73 fq.) Caufas tamen cognominum illorum varias adferunt. Quidam inde natam effe fabulantur, ut Silius Ital. 3, 323. Schol. ad Apollon. Rhod. 1, 109. ideoque eius filiam vocatam tradunt, ut Herodot. 4, 180. Paufan. 1, 14. f. alii natales eius omnino ad eam referunt, in quibus Apollodor. 1, 3, 6. — vel inde repetunt, quod ibi primitus vifa fuerit; (Feftus

f. v. Tritonia;) vel quod ibi educata fuerit, (Paufan. 9, 35. f.) etfi Tritonem fluvium in multis locis ponunt, ut iam fupra notavi, ubi ex Ortelio h. v. plures addi poffunt, Orteliano recenfui etiam Nilus, quem et olim ita dictum fuiffe tradunt Lycophron v. 576. Plinius 5, 10. f. 9. Schol. Apollon. Rh. ad 4, 269. unde etiam Nili filia Minerva iactatur apud Ciceron. de nat. Deor. 3, 23. et Firmicum de error. prof. relig. p. 49. ed. Wower. Cf. notata ad Ampelium p. 117. Aliunde tamen alii caufam repetunt, vel quod apud Tritonem Deum fuerit educata, (Apollodor. 3, 12, 3.) vel a τριτὼ voce Aeolica f. Cretenfi i. e. caput, quod e Iovis capite nata fuerit, quod ad Homerum transferendum putat Heyne ad Il. 4, 515. et Hefiodus in Theog. v. 924. indicare videtur, ubi cf. interpretes. Sunt tamen, qui a τρεῖν derivent, ut Phurnutus de Nat. Deor. c. 20. idque adeo Homericum cenfet Schol. ad Il. 8, 39. cum recentiores eius natales ad Tritonem referant. Sed vide de cognominis huius caufa haec et plura apud Schol. Homeri c. l. Euftathium ad Il. 4, 515. p. m. 385. ibique Politum T. 3. p. 1094. et illum ad Odyff. 3, 378. p. m. 135. Servium et Taubmann. ad Virgil. Aen. 2, 171. Fulgent. in Allegoria Virgil. p. 753.

faciuntque) I. e. adiiciunt fidem, faciunt, ut fabula credatur, f. credi poffit, de qua loquendi forma pluribus disferit Duker. ad Flor. 3, 16, 6. Nempe cum dativo rei valet confirmare, de quo cf. ad Nepot. Agefil. 8, 3.

natalem) Prout aliorum quoque Deorum crediderunt fe habuiffe natales, qui etiam in Calendariis antiquis notabantur, perinde ut natales hominum praebebant feftum diem, ut in cap. 9. patebit de Aegyptio Api. I. GRONOVIVS *MS.*

ludicris) Spectaculis Livius 1, 9. [immo 1, 5. in.] Tacit. Annal. 1, 54. GRAEVIVS *MS.* Plane in fimili re

ſic loquitur Livius 10, 2. f. I. GRONOVIVS *MS.* 1. Ibi ſolemne certamen navium in monumentum navalis pugnae commemoratur. Hic *ludicra* abſolute ponitur tamquam ſubſtantivum, cum alias addatur genitivus, ut *ludicro certaminis* apud Vellei. 2, 123, 1. quamquam ibi cum Oudendorpio ad Suetonii Aug. cap. 98. Ruhnken. malit *certamini.* Quale autem hoc certamen fuerit, diſcitur ex Herodoto 4, 180. Nempe virgines quotannis bifariam diviſae in honorem Deae lapidibus fuſtibusque deproeliabantur. Ceterum eadem ex noſtro refert Boccatius de paludibus ſ. v. *Tritonis.*

decertantium) Eſt enim etiam bellica Dea, ut patet ex Heſiodi Theog. v. 926. unde Domitianus, valde addictus cultui Minervae, id ipſum ſic imitatus eſt. I. GRONOVIVS *MS.* De Domitiano cf. Sueton. cap. 4. et 15. Hinc vero epitheta *belligera*, *ferax*, *pugnax* et ſimilia, praeter adparatum bellicum.

§. 5. *Oea)* Ptolemaeus 4, 3. prave Ἑῶα, de quo iam monuit Caſaubon. ad Spartiani Sever. c. 18. Antonini itiner. p. 62. ex lectione virorum doctorum, qui conſuli poſſunt, *Oeea*, ut in Geogr. Ravenn. 5, 5. At in tab. Peuting. VI. legitur *Oſa colonia*, uti in Antonino quidam codices adferunt *Ocea*, et Auguſtin. epiſt. 138. *Ocenſes* dixit, ſed de ſcripturae varietate dictum eſt in notis criticis. *Oea* et *Oeenſes* paſſim in Apuleio occurrunt; quippe in ea urbe eius uxor nata erat, quam magicis artibus ad amorem pellexiſſe accuſabatur. Οἴη autem ex Callimacho apud Stephanum ſ. v. Ἀσβύστα male, dubie certe, huc tranſtulerunt Graevius MS. Bochartus c. l. Lloydius et I. Gronovius, de quo vid. Weſſeling. ad Antonin. c. l. quia ſitus minime convenit. Quod Pellerinus (vid. in notis crit. ad h. l.) ex numo antiquo *Ocea* tuetur, nuperrime monuit Millin in monumens antiques inedits T. 1. p. 27. ipſo adſpectu edoctus, illum numo-

rum formas ſaepe incertas dediſſe et ad libidinem expreſſiſſe. Forte et hic. Quidquid eſt, Bochartus c. l. nomen ex orientis linguis derivatum explicat, *villa* ſ. *oppidum in deſerto.* Una vero fuit urbium, ex quibus Tripolis conſtabat. Cf. Iſidor. Orig. 14, 5. et ex emendatione Salmaſii Solin. cap. 30. ſ. 27. Vide poſt. *Coloniam* vocat Antoninus, et Siculis adſcribere videtur Sil. Ital. 3, 257. Situs ex noſtro intelligitur. Antoninus a Lepti magna removet 93. M. P. a quo parum disſentit tabula. H. putatur *Tripoli.*

Cinyps) Graecis etiam Κίνυφος, unde Κινύφου ὕδωρ Nonnus in Dionyſ. 13, 31. Plura dedi in notis criticis. Inde vero paſſim finitima loca, populi, res — adpellantur, ut *Cinyphius Maces* (Sil. Ital. 2, 60.) *tonſor* (Martial. 8, 51, 11.) *Syrtis* (Sidon. Apollinar. carm. 2, 124.) aliaque in Lexicis notata. Fuit etiam urbs cognominis (Scylax p. 47. Hudſ.) et regio, (Plin. c. l.) unde Scylax χωρίον καλὸν vocat conſentiente Herodoto 4, 198. Hinc *per uberrima arva decidens* vere Pomponius. Fluvii nomen ex Punico *Kinphod* i. e. amnis hyſtricum, adiutus Herodoto 1, 192. deducit Bochartus in Chanaan 1, 24. Origo in monte Zuchabaro, (Ptolemaeus) in colle χαρίτων. (Herodotus.) H. creditur *Wadi - Quaham.* Vid. d'Anville Geogr. T. 3. p. 71. et in primis in Memoires de l'academie des inſcrr. T. 26. ubi ſtudioſe inquirit Africae interioris fluvios p. 78.

uberrima) Quod egregie omnium teſtimonio oſtendit Bochartus in Chanaan 1, 24. cum haec etiamnum adnexa eſſent Byzacio, quod docet, ſic Afris dictum fuiſſe, ut Italis *rumen.* Virgil. Aen. 1, 531. *Terra antiqua potens armis atque ubere glebae.* I. GRONOVIVS *MS.* Vid. proxime antea et ad 1, 4, 2. Transferri huc in primis poteſt locus Ovidii ex Ponto 2, 7, 25. *Cinyphiae ſegetis citius numerabis ariſtas.* Sic Polyb. 3, 23. ἀρε-

τὴν τῆς χώρας ſc. ad Syrtim minorem praedicat. Cf. Liv. 34, 62, 3.

Leptis altera) Quae cognominatur magna, quod addit Plinius 5, 4. Contra in obpoſitione diverſa dicitur *altera* de minori in Codice 1, 27, 1. Secundum Strabonem 17. p. 574. ſ. 835. eadem dicta etiam eſt *Neapolis*, in quo conſentit Ptolemaeus 4, 3. ex fide codicis Palatini, cum vulgo addatur ἢ καὶ Τρίπολις, quam tamen alii provinciam faciunt, tribus urbibus compoſitam, *Oea, Sabrata, Lepti magna*, uti tradunt Iſidor. orig. 14, 5. et ex emendatione Salmaſii Solinus c. 30. ſ. 27. Sic *Tripolitana provincia* dicitur in Oroſio 1, 2. et Eutropio 8, 18. ſ. 10. inque ea Leptis ponitur, ubi natus erat Imperator Severus. Cf. Caſaubon. ad Spartiani Sever. c. 18. Municipium *Gutti* in ea commemoratur ab Antonino in itiner. p. 519. Ex quo Palatini codicis lectio potior videtur. At nova ſubnaſcitur difficultas ex Plinio, qui Leptim hanc a Neapoli diſtinguit, probante Harduino, renitente Cellario in Geogr. ant. 4, 3, 7. Sed ut duplex fuit Leptis, ſic et duplex Neapolis, quarum altera in eodem hoc tractu, omiſſa Leptis mentione ponitur a Scylace p. 47. Hudſ. Poſteriores ſolam hic proferunt Leptim magnam, quam plerumque *Leptimagnam* vocant, ut Procop. de B. Vandal. 2, 21. et alibi. An vero eadem *Leptimaius* etiam adpelletur, ut *Leptiminus*, quod ſimpliciter refert Salmaſius ad Spartiani Sever. c. 1. merito dubitat Weſſeling. ad Anton. itiner. p. 63. Ex priori forma *Leptimagnenſis* effictum eſt a poſterioris aevi auctoribus, ut idem ibi docuit. Et ſic in Codice c. l. Videtur igitur Neapolis eſſe nomen antiquius, pro quo poſt invectum et iam Strabonis aetate magis frequentatum fuit alterum Leptis, illud vero ita ſenſim plane evanuiſſe, ut Leptim tantum uſurparent, veluti Salluſt. de B. Iug. c. 19, 3. Tum vero Plinius, qui utrumque in diverſis auctoribus inveniſſet, facile in illum errorem, nec novo exemplo, induci potuit,

ut duplex oppidum crederet. Haesit tamen antiquum nomen, ut solent talia adfectare poetae, in Avieno v. 301. Originem urbis ad Phoenices refert Sallust. Iug. cap. 19. ad Sidonios idem c. 78. in. ad Tyrios Plinius 5, 17. s. 19. genere coniunctos. De nomine supra. Posteriores vocant coloniam, veluti Antoninus in itiner. p. 63. et tabula cum numis, quos exhibent Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 4. p. 130. et Rasche in Lex. T. 2. P. 2. p. 1623. s. Patria fuit Imperatoris Septimii Severi. Incolae *Leptitani* apud Sallust. Iug. cap. 77. et alios. H. creditur esse *Lebeda* s. *Lebida* in variorum scriptura. Ex Aureliana aetate multa aedificia minus tamen concinna et arenis fere obruta ibi conspici, tradit Bruce in introduct. ad iter. p. m. 35.

Syrtis) Straboni 17. p. 575. s. 835. Ptolemaeo 4, 3. — μεγάλη, *maior* Plinio 5, 4. In aliis utraque ex situ et nexu discerni debet. H. Italis *Golfo di Sidra*, nautis: *Golfo di Zalocho.*

ingenio) Ita hoc verbum passim de rebus etiam inanimatis dicitur ad exprimendam earum naturam et indolem, unde Sil. Ital. 4, 91. *Explorare collis ingenium, et campis quae sit natura.* Livius 28, 12, 11. *locorum hominumque ingenia.* Noster 1, 13, 3. *ingenium specus*, 3, 10, 2. *fontis.* Sed plura dabunt Drakenb. ad Silium c. l. Berneccer. ad Iustin. 2, 2, 5. Longol. ad Plin. 1, 20, 17. Corte ad Sallust. fragm. lib. 6. p. 998. Burmann. ad Ovid. Metam. 6, 574. et quos producunt. Totum vero hunc locum reddidit Boccatius s. v. Syrtium geminus sinus, sed pro *ingenio* posuit *opere.* Aestum eius describit Avienus v. 293 sqq. utriusque, et periculosam navigationem Strabo 17. p. 575. s. 836.

altero spatio) Hoc est dimidio spatii prioris Syrtis, qua mare intromittit, et, qua ambitur, amplior. Hic enim loquendi modus Melae peculiaris est. VADIANVS.

Igitur duplo maior. *Qua dehiſcit* eſt, qua ſe aperit, quod huic verbo explicandi, vel amplificandi etiam cauſa adiicitur a Virgilio Aen. 1, 106. Plinio 5, 27. Supra de maiori Syrti: *qua mare accipit*, et *qua cingit*, quod hic eſt *flexum agit* de circuitu.

amplior) Ex deſcriptione minoris Syrtis iudicandum. In ipſa re conſentiunt parvo discrimine veteres. De ambitu Plinius 5, 4. Martian. Cap. 6. p. 217. habent 625. M. P. et, quod eodem redit, 5000 ſtadia Agathemer. 1, 3. in. et 2, 14. Euſtath. ad Dionyſ. v. 198. et olim Eratoſthenes apud Strabon. 2. p. 84. ſ. 123. qui tamen notat, alios tantum 4000 ſtadia numeraſſe. Ex quo adparet, alterum ipſius Strabonis numerum 930 ſtadiorum corruptum eſſe 17. p. 575. ſ. 835. Idem in utroque loco aditus ſpatium dicit 1500 ſtadiorum i. e. 188. M. P. ut Agathemerus 2, 14. Auget centenario forte obtruſo numero Plinius, in quo leguntur 312. M. P.

Borion) Gr. Βορεῖον. Strabo 17. p. 575. ſ. 836. vocat μικρὸν ὃ ποιεῖ τὸ στόμα τῆς Σύρτεως, Ptolemaeus 4, 4. in. τὸ τέλος τῆς Σύρτεως, et in Cyrenaica ponit. Nempe Mela ſtatim Syrti adiicit, quia ad terminum eius conſtituendum faciebat, de quo ad cap. 8. in. et ad huius initium. In termino conſentit etiam Plinius 5, 4. ſed poſt Philaenorum aras ponit. At aliter etiam in ſitu discrepant auctores. Ptolemaeus enim circiter 15. M. P. a Berenice removet, Antonin. in itin. p. 66. (ubi alia forma legitur *Boreo*) 126. Hinc Cellarius in Geogr. ant. 4, 2, 27. cenſet, aut enormiter a vero, quod vix credibile ſit, alterutrum aberraſſe, aut utriusque Borion diverſum eſſe, quod quidem videtur. Tum is Boreon non in ſeptemtrione et in ſummo litore conlocandum eſſe iudicat, ſed in medio, quod ex Berenices ſitu adpareat, cuius nomen manſerit. Ita tamen veteres locant, ut in ſeptemtrionem excurrat, quamvis hinc longius commemoratur Phycus

promontorium, quod cum Candido duas prominentias facere dicit Solinus c. 30. f. 27. in. Huc forte pertinet urbs Borion, quam Pentapoleos ultimam dicit Procop. de aedific. 6, 2. Quidam etiam huc referunt *Borion* f. *Boream* Ciceronis ad Attic. 16, 4. etfi discrepant fententiae. Hodie noftrum putatur effe *Capo di Teiones.*

Lotophagi) Nempe a principe huius narrationis Homero Odyff. 9, 91 fq. unde hauferunt omnes alii. I. GRONOVIVS *MS.* Graecis Λωτοφάγοι dicuntur, ipfa arbor λωτὸς, cuius dulciffimus fructus patriae oblivionem inferebat. (Homerus c. l.) Defcribunt eam plures; quidam etiam apud Munckerum ad Hygin. fab. 125. herbam faciunt. Herodotus 4, 177. eius fructum magnitudine comparat cum lentifco, (σχῖνος) fuavitate cum palmis; Scylax p. 47. Hudf. cum arbuto; Plinius 13, 22. f. 17. cum piro; Theophraftus hiftor. plantar. 4, 4. cum fabis Prolixe defcribit arborem Euftath. ad Homer. Odyff. 9, 84. p. m. 337. cum quo etiam conferri poteft Schol. Platonis p. 186. ed. Ruhnk. In primis autem notanda eft defcriptio Polybii αὐτόπτου, quam fervavit Athenaeus 14, 18. p. 651. ex qua arbor eft non procera, afpera tamen et fpinofa, folia rhamno fimillima, fructus initio colorem et magnitudinem referre myrti baccarum, poft fumere colorem puniceum, oleae magnitudine, nucleo pufillo; fructum maturum cibo et vino conficiendo infervire. Ab incolis *Celtin* vocari adfirmat Plinius, quod nomen et hodie Linneus aliique de ea retinuerunt. Diverfa eft Aegyptia, quam Νειλῷον vocat Heliodor. in Aethiop. 10, 3. p. 457. ed. Bourdel. Aegyptii *Neuuphar* (Plin. c. l.) Herodotus 2, 92. ad κρίνεα ex Nili aquis prognata refert, et cum Plinio defcribit. Plura huius nomina adfert Mafcrier ad Maillet voyage p. 296 fq. Sed quod iam olim voluit Alpinus de plantis Aegypti p. 73. hodie, *Nymphaeam lotum* effe, fatis conftat. Vide praeter eos, quos memorat Heyne in opufculis

Acad. Vol. 1. p. 244. Roy Abhandlung von der Aegyptischen Lotus-Pflanze in dem Bremischen Magazin T. 5. P. 3. p. 521—551. et in primis Sonnini Reise T. 1. p. 209 sqq. At cum plura omnino eius genera commemorentur, subsistendum est in nostra loto, quam ab Arabibus *Seedra* adpellari scribit Shaw T. 1. p. 292. frequentem in deserto *Sahara* aliisque eius regionis partibus, similem *Zizipho* s. *Jujeb*. Poiret in introduct. ad iter p. 9. et 13. cum Jujubier confert, et Rhamnum lotum Linnei putat, qua abundet illa regio. Diligenter de ea exposuerunt ex recentioribus Desfontaines in Flora Atlantica et Park in Travels of Africa, qui eius etiam icona exhibuit n. 4. Plura, qui de loto omnino desiderat, consulere potest praeter alios Delachamp. ad Plin. 16, 53. s. 30. Salmas. ad Solin. p. m. 728 sq. et in Hyle Iatrica cap. 4. Rajus in histor. plantar. T. 2. p. 1483. Linnée Pflanzen-System P. 2. p. 503. et nuper Sprengel. in antiquit. botanicar. Spec. 1. n. 4. ut omittam, quae ad Polybium, Herodotum aliosque veteres notantur. De ipsis simul Lotophagis Manetti dissertatio exstat in bibl. Itala T. 2. P. 2. n. 9. Eorum situs varie constituitur, et Homericos in Sicilia etiam aliqui quaesierunt, qui Agrigentini post dicti fuerint, ut discitur ex Eustathio ad c. l. quos refutat Cluver. in Sicilia ant. 2, 17. p. 457. Meninga eorum sedem existimari refert Strabo 17. p. 574. s. 834. quod signa quaedam comprobent, et praeter Ulyssis aram ipse fructus. Cf. Eustath. ad Dionys. v. 479. Inde etiam Meninx Lotophagitis dicta est. Cf. Eustath. c. l. et infra ad 2, 7, 7. Dicta inde porro Lotophagia insula Pharis, auctore Theophrasto in histor. plantar. 4, 4. Sed Mela continentis terrae loca hic describit, et latius utique per hanc oram Lotophagi producuntur. Sic inter Syrtes ponit Scylax p. 47. in intimo sinu Plin. 5, 4. *Alachroas* dictos, quos cum Vossio hic Harduinus in *Machlyas* Herodoti 4, 178. mutatos velit, quos ille conterminos facit et ad Tritonem fluvium permittit;

Artemidorus apud Strabonem 3. p. 108. ſ. 157. et 17. p. 570. ſ. 829. ab Heſperiis Aethiopibus inde ad Cyrenaicam usque perducit, quem Strabo ridet; circa Cinyphem ponit Ptolem. 4, 3. circa Neapolim Avien. v. 303. Ex quibus adparet, initium dubium, vel varium fuiſſe, habitaſſe tamen maxime circa Syrtes, unde minor dicta etiam eſt Λωτοφαγῖτις (Euſtath. ad Dionyſ. v. 198.) nec ultra Philaenorum aras promotos videri. Igitur h. in tractu Tripolitano.

Phycunta) Gr. Φυκοῦς contracte ex φυκόεις, cui olim additum fuiſſe χῶρος docet Grotius ad Lucan. 9, 40. Promontorium etiam vocat Plinius 5, 5. ſ. 4. quod per Creticum mare excurrat. Idem cum aliis in Cyrenaica ponit, et diſerte Cyrenarum promontorium vocat 4, 20. ſ. 12. cum Strabone 8. p. 250. ſ. 363. Videtur noſter eius mentionem hic inſerere propter Lotophagorum terminos. Ptolemaeo 4, 4. praeterea eſt χωρίον, Κυρηναίων ἐπίνειον, etſi poſterius, quod ex Strabone 17. p. 575. ſ. 837. adparet, ad proximam Apolloniam potius videtur referendum eſſe. Scylaci p. 46. Hudſ. eſt κόλπος, Stephano urbs Libyae, et novit in promontorio hoc πολίχνιον eiusdem nominis Strabo. Idem humile dicit et ad ſeptemtrionem maxime vergens. Cf. etiam Solin. cap. 30. ſ. 27. Nomen a copia algae inditum creditur, ut inſulis quibusdam Libyae apud Stephanum. Nautis dicitur h. *Capo Ruſato*, quamquam aliqui ulterius vario modo quaerunt. Cf. Ferrarii Lex. Geogr. h. v.

pertinet) Verbum proprie Geographicum, quo ſaepius utitur Mela, et alii Latini, pro quo vulgo, ſed barbare, videmus dici *pertingere*. I. GRONOVIVS *MS*. I. De poſteriori verbo monuit etiam I. Fr. Gronovius ad Liv. 25, 24, 7. ubi idem et Drakenborchius verum prioris uſum confirmarunt, ut et idem Gronov. ad Plauti mil. glor. 2, 5, 58. et Daviſ. ad Iul. Caeſ. de B. Gall. 1, 1, 6. Ita vero noſter 1, 3, 4. 10. in. 2, 1, 1. 5, 7. in. In libris

utrumque commutari docuerunt Corte ad Salluſt. Iug. 16. f. 48, 3. viri docti ad Liv. c. l. ad Iul. Caeſ. de B. Civ. 3, 69. Nempe poſteriorum eſt *pertingere*, et hinc Martianus Cap. 6. p. 219. pro *pertinens* Plinii 5, 12. ſ. 11. dedit.

§. 6. *Arae)* De iis ſupra; de ipſa re Salluſt. Iug. c. 79. Valer. Max. 5, 6. ext. 4.

conditione) Certo foedere et transactione, ut non pars armis ſubacta cogatur omnia pati. Sed hoc notabile eſt, quod amet ſingulare, et non dicat potius *conditionibus*, ut ſaepe occurrit. Sed elegantiores manent in ſingulari numero, ut docent notae paternae ad Liv. 34, 23. ſ. 1. GRONOVIVS *MS.* *Conditio* in utroque numero de pactione, conventione dici, et violentiae, ferro, armis, bello obponi ſolet. Exempla multa dabunt Heinſ. ad Vellei. 2, 3. Gronov. ad Liv. 23, 7. in. ubi nec hunc locum praeteriit, etſi, quod mirum, *conditionibus* hinc adfert, I. Gronov. de pecunia vet. 4, 4. p. 286. Ceterum Barbeyrac in hiſt. des anciens traités T. 1, 98. p. 76. tempus ponit circa annum 509. ante Chr. N. Simile curſus exemplum in agrorum finibus conſtituendis inter Lampſacenos et Parianos commemorat Polyaen. 6, 24.

quod convenerat) Concordi pacto ſtabat, et decretum erat. VADIANVS. De quo convenerant, quod pacti erant. Dicitur eleganter *convenire* res, de qua homines conveniunt et paciſcuntur. Sic Iuſtinus [30, 3. f.] *pax, quae in Macedonia non conveniebat;* i. e. de qua Graeci non poterant convenire. GRAEVIVS *MS.* Eodem modo *pax convenit* apud Eutrop. 7, 4. ſ. 2. *conditiones* Liv. 30, 14, 14. Nepos in Hannib. 6, 2. *res* Liv. 30, 3, 7. et ſimilia plura.

manebatur) Senſu eodem Nepos in Ageſ. 2, 4. *in qua pactione ſumma fide manſit Ageſilaus;* et iisdem

verbis Caes. de B. G. 1, 36. *si in eo manerent, quod convenisset.* Frequens autem est huius verbi usus in auctoribus bonis, veluti *manere promissis, dictis, in conditione, pactione, fide* — et sic infra 2, 1, 12. *mansura fides.* Vid. Gronov. ad Statii Theb. 6, 631. Duker. ad Flor. 4, 2, 17. Gronov. ad Liv. 23, 7, 1. Drakenb. ad eundem 21, 55, 4. Staveren. ad Nepot. Agesil. 2, 4. Ita et Graeci ἐμμένειν usurpant. Dicitur autem pro vulgari *praestare, servare,* quod coniungit Virgil. Aen. 2, 160.

de integro) Loci sensum, diligenter a Perizonio expeditum, dabunt notae criticae. Nempe, adhibitis Sallustii et in primis Valerii narrationibus, ita res habet: Philaeni, vel vere, vel ex criminatione Cyrenensium maturius domo egressi, in longius terminos promoverant. Ne tamen pax conturbaretur, ita Cyrenenses eum finem ratum fore dixerunt, si Philaeni vivos se ibi obrui passi essent. Hi pacti de integro, accepta conditione, vivos se obrui passi sunt, eo consilio, ut, quidquid citra esset versus Carthaginem, et maturato cursu praeoccupatum esset, popularibus cederet. Formula pactionis tacite inclusa latet in verbis: *hic se vivos obrui* pertulerunt.

obrui) Quo verbo et hic utitur Sallust. c. l. est *sepeliri.* Vid. Muncker ad Hygin. 171. f. Valer. Max. c. l. *terra operienda his tradiderunt corpora.* Sil. Ital. 15, 704. sic: *possessor harenae, Qua celebre invicti nomen posuere Philaeni.* Postero tempore Euphratas turris utriusque terrae limes successit, auctore Ptolemaeo, ut refert Strabo 17. p. m. 575. f. 836. Ceterum narrationis eius fidem nuper adstruere tentavit Roos in prolusione scholastica, quae repetita est in ei. libro: Probleme aus der alten und neuen Geschichte, Sect. 1. an. 1798. et post illum alius vir doctus in conlectione menstrua Kosmopolit. 1797. Partic. 7. p. 70. Agnovit cum aliis eius fidem etiam Gatterer in historia.

CAP. VIII.

CYRENAICA.

§. 1. *Inde).* Praeceſſit narratio de Philaenis fratribus, itaque videtur ab eorum aris Cyrenaicae principium ſtatuere. Sed vero iam ſuperius Phycunta promuntorium recenſuit, tamquam ſi eo usque Africa proprie dicta extenderetur. Et ſane Artemidorus apud Strabonem [3. p. 108. ſ. 157.] cum noſtro huc usque Lotophagos habitaſſe tradidit. Sed et Solinus [c. 30. ſ. 27.] Phycunta Africae tribuit. Salmaſius tamen hoc loco eum nugari inquit; ſed errat. Quidquid enim inter Mauritaniam et Cyrenaicam iacet, id Africae proprie dictae tribuitur. Iam vero Cyrenaicae non eosdem faciunt terminos veteres. Alii enim Cyrenaicae initium ſumunt ab aris Philaenorum, [ut Mela] alii a Βρυκῶν promuntorio ſive Boreo, uti Plinius, [5, 4.] quidam ab Heſperidibus, [Scylax p. 44. Hudſ. quippe qui ſub Marmarica complectitur] aliqui etiam a Phycunte. [Cf. ad cap. 7, 6.] Itaque ex eorum ſententia arae Philaenorum non ſunt termini Africae proprie dictae, ſed ditionis Carthaginienſium. Quidquid vero Afrorum ultra iſtas habitat aras, id ipſum quoque Africae proprie dictae tribuitur. Afri vero ſunt Lotophagi, qui usque ad Phycuntem pertingunt. Quemadmodum ergo Graecia vocatur, ubicunque Graeci habitant, ita quoque Africa, quacunque ſunt Afri. Africa autem vel Libya multis modis accipitur, tribus tamen potiſſimum; 1) de parte habitati olim orbis; 2) anguſtiſſime de Carthaginienſium ditione; 3) de terra, quam Afri tenent. VOSSIVS. Tabula Peutinger. VII. ut iusque regionis terminos Philaenorum aras diſertis verbis ponit, quas tamen Syrti minori admovet verſus maiorem, ita ut hanc Cyrenaicae adſcribat. Nec discrepant tamen a tabula Antonini itiner. p. 65. et Geogr. Ravenn. 3, 4. ſi Anabucin ſubiectam reſpicias. In Philaeni aris con-

ſentit etiam Ptolemaeus 4, 4. in. at diverſo ſitu, unde ipſa diverſitas terminorum orta eſt. Alia ſuperiori capite adtigi. De *Catabathmo* vid. infra.

Cyrenaica) Gr. Κυρήνη, ut urbs, Strabo 17. p. 576. ſ. 837. Ptolemaeus 4, 4. — vel Κυρυναία, ut Strabo 17. p. 576. ſ. 838. ex Latinis Salluſtius Iug. cap. 19. — *Cyrenaica provincia* et *regio* 5, 4. et 5. Plinius et 2, 44. ſ. 45. Sic Herodot. 4, 199. Κυρηναίη χώρη, Ptolem. 4, 4. in. Κυρηναϊκὴ ἐπαρχία, et ſimpliciter 4, 5. in. Κυρηναϊκὴ, Iuſtin. 39, 5, 2. *Cyrenarum regnum* Eadem dicta *Pentapolitana* (Plin. c. l.) Πεντάπολις (Euſtath. ad Dionyſ. v. 213.) ex 5 urbibus poſt recenſitis. Ex poſterioribus Sextus Rufus cap. 13. Iornandes de ſucceſſ. c. 57. *Libyam Pentapolitanam* vocant. Oroſius tamen 1, 2. *Libyam Cyrenaicam* et *Pentapolim* ſeparatim ponit. Nempe Cyrenaica apud veteres vel late, vel anguſte dicitur. Cf. infra ad *Paractonius portus.* Alii opponunt *Libyam Pentapolim,* in qua Cyrene urbs, *Libyam aridam,* (Ammian. 22. f.) ſ. *Libyam ſiccam;* (Schonhovii libellus provinc. Rom.) *Libyam* et *Pentapolim* discernit Aethicus in Coſmogr. p. 721. ed. Gronov. Procopii aetate (vid. de aedif. 6, 2.) Libyae uno nomine Pentapolis adpellabatur. Marmaricam ea ſimul complectitur noſter cum Strabone 17. p. 576. ſ. 838. Plinius, Salluſt. Iug. c. 19. quippe qui etiam ad Catabathmon extendunt, et Oroſius 1, 2. qui ad Paraetonium promovet; contra ſeparat Ptolemaeus 4, 4. et 5. Agathemer. 2, 5. Sed ad Marmaricam Cyrenen refert Scylax p. 44. Quod inter duas Syrtes inde a Catabathmo porrexit Solinus cap. 30. ſ. 27. graviter caſtigavit Salmaſius p. m. 225 ſq. Celebrantur in ea regione *oleum,* (Theophr. de plantis 4, 3.) *roſae,* (Athenaeus 15, 8. p. 682.) *crocum,* (idem c. l. et Callimach. in Apoll. 83. et ibi Spanhem.) maxime *ſilphium,* Latinis *laſerpitium* vel ideo notandum, quod numi Cyrenaici adpoſitum gerunt; de quo ad Stra-

bon. 17. p. 576. f. 837. Hinc Catull. 7, 4. *laſerpitiferae Cyrenae.* Olim libera, poſt Aegyptiis victa paruit, denique Ptolemaei Apionis teſtamento provincia Romanorum facta eſt a. U. C. 657. ut ex Iulio Obſequ. c. 109. diſcitur. De ipſa re plures. At eius regni civitates tunc liberas eſſe ſenatum iuſſiſſe, narrat Livii epitome 70. quod quidam ſic conciliant, ut dicant, liberam initio fuiſſe, poſt a tyrannis obpreſſam iterumque occupatam in provinciae formam tranſiiſſe. Sed de hoc vid. Duker. ad Liv. c. l. interpretes Eutropii 6, 11. ſ. 9. Sexti Rufi c. 13. Sigon. de antiquo iure Provinc. 2, 16. et Cellar. in Geogr. ant. 4, 2, 37. H. dicitur *Barcan.*

Hammonis) De etymologia variant ſententiae. Cf. Plutarch. de Iſide — p. 396. (Lipſ.) Freinshem. ad Curt. 4, 7, 5. et in indice, Bochart. in Phaleg. 1, 2. Strauch. in diſſ. de Iove Hammone, Viteberg. 1669. 4. ſimulque de eius oraculo Voſſ. de idolol. 1, 27. et 32. 2, 11. Banier Götterlehre T. 1. p. 690 ſqq. T. 2. p. 609 ſqq. Boſius in indice Nepot. h. v. Staveren. ad Hygin. fab. 133. Oudendorp. ad Lucan. 9, 512. 518. et quos memorant. Ἀμοῦν Iovis apud Aegyptios nomen eſſe, a Graecis inverſum, tradit Plutarchus, c. l. Herodot. 2, 42. ubi cf. Weſſeling. tum idem Herodotus 4, 181. Iovis templum Thebis fuiſſe in eoque ἄγαλμα κριοπρόσωπον, quae propius originem ſpectant. Occaſionem condendi oraculi Herodotus 2, 55. a Thebis etiam repetit, unde vel duae ſacerdotes a Phoenicibus adductae fuerint, vel geminae atro colore columbae evolarint, quorum altera hic conſidens humana voce id praeceperit. Alia adfert Hygin. c. l. cui addi poteſt Ovid. Metam. 5, 327. et Servius ad Virgil. Aen. 4, 198. Ipſe Iupiter in numis et gemmis capite arietino fingitur, et in poetis ſaepe *corniger* dicitur. Vid. Ovid. Metam. 15, 309. Lucan. 9, 546. Sil. Ital. 14, 572. — Hinc Lucan. 9, 511. tortis *cornibus*, Ovid. Metam. 5, 328. *recurvis cum cornibus*

Hammon, Athanaſ. in orat. adv. gentes T. 1. p. 8. ed. 1600. κριοκέφαλος Ἄμμων, Lucian. de aſtrolog. cap. 8. κριοπρόσωπος, Pheſtus apud Scholiaſt. Pindari ad Pyth. 9, 89. κερατηφόρος — Hinc ex gemmis *Hammonis cornu* nomen accepiſſe adparet ex Plinio 37, 60. ſ. 10. Huc adludunt etiam voces, ut apud Avien. v. 316. *mugire*, Sidon. Apollinar. carm. 5, 264. et ſimilia. Wachterus in archaeol. num. c. 7. p. 65. in cornibus ſignum paſtoris bellicoſi et praepotentis quaerit, qualis antea Hammon fuerit. Ad ovem refert Athanaſius c. l. Galeam hoc ſigno ornatam inque bellis geſtatam explicat Diodor. 3, 72. ubi plura de eo. Et ſic Nabis eius ſacerdos *caſſidem cornigeram* geſtavit ſec. Silium Ital. 15, 682. et Hiarbas accola loci 1, 415. *galeam flexo cornu.* Idem etiam volunt recentiores quidam, et Lippertus in cornu arietino gemmae galeam agnoſcit. Vid. eius Dactylioth. p. 3. Tali vero etiam habitu, ut patrem referret, adparuit Alexander M. de quo vid. Spanhem. de uſu — num. diſſ. 7. p. 388 ſq. quod et poſteriores imitati ſunt. Inde vero dicta eſt *Hammoniaca regio, Hammon urbs* apud Ptolem. 4, 5. (in India cognominis conditore Baccho apud Hygin. fab. 275. plures adtingit Diodor. 17, 49. f.) *Hammoniacus nomus* Plin. 5, 9. *Hammonii populi* Herodot. 2, 42. 3, 25. 4, 181. qui etiam 2, 32. prope oraculi ſedem Etearchum regem memorat. Cf. de Hammoniis illorumque domiciliis Curtius 4, 7, 29. Diodor. 17, 50. de virtut. et vitiis p. 557. qui et 17, 113. mutata forma Ἀμμωνιεῖς ſcribit. Late vero Hammoniae nomen patuiſſe et toti adeo Libyae datum fuiſſe, docet Bochart. in Phaleg. 1, 1. In qua quidem Libyae parte oraculum vere fuerit, non eadem eſt omnium ſententia. Ptolemaeus ponit in Marmarica mediterranea; Herodot. 4, 181. a Thebis removet 10 dierum itinere; 12. a Memphi Plin. 5, 9. et 400 M. P. a Cyrene 5, 5. in. unde adparet, propius afuiſſe ab Aegypto. Alii, poetae maxime, vage errant, et hinc Silius Ital. 14, 440. (conf.

Lucano 9, 513.) *Hammon Garamanticus;* Lucanus 10, 38. *Syrticus;* Claudianus rectius in Eutrop. 1, 180. *Marmaricus.* Situs prope Aegyptum probatur etiam ex expeditione Cambyfis, in qua exercitus Thebis miffus inter illud et Oafin arenarum cumulis obrutus periit; (Herodot. 3, 26.) in primis ex itinere Alex. M. quod ad illud vifendum a Mareotide palude ingreffus ultra quatriduum perfecit. Vid. Arrian. de exp. Alex. 3. in. et fq. Curtius 4, 7. Diodor. Sic. 17, 49 f. ex cuius defcriptione adparet, in mediterranea eum profectum, verfus meridiem fuiffe Troglodytas, verfus feptemtrionem Nafamones, gentem Syrticam, ab Oriente Aethiopas. Hinc et proxime vero apud Garamantas a Lucano 9, 513. poni, in eius apologia p. 45. cenfet Palmerius, etfi verum locum omnino ignorari concedit. In mediterraneis confentit etiam Eratofthenes apud Strabon. 1. p. 34. f. 50. qui tamen celebritatis caufa olim ad mare fitum fuiffe putarat. Cf. etiam de fitu Oudendorp. ad Lucan. 9, 512. et 518. Omnes autem in eius aditu commemorant folitudines et arenas, (vid. antea de Cambyfis exercitu) ipfam tamen fedem arborum denfarum umbris et aquarum dulcium fontibus amoenam praedicant. Locum et hodie quaefierunt; Olivarius ad h. l. dici putat *El Cancarron de Mahoma.* Maillet p. 296 fq. Arabice *Comt-Ammon,* cuius ruinae priftinam celebritatem indicent, etfi templi ne veftigium quidem reperiatur; Poiret in introd. ad it. p. 4. ignorari cenfet, cum propter arenas ardentes inde ab aliquot faeculis nemo adire fuftinuerit; fed dum prope regna Tripolitanum et Barcanum templum ponit, a vero fitu aberraffe videtur. Nuper tamen illa loca diligenter perluftravit Hornemannus, et defcriptione edita teftatam fecit fidem narrationis Herodoti 4, 181 fq. Quaerit autem ille, ubi h. *Siwah.* Vid. ei. Reife nach Murzuk p. 25 fqq. et quae addidit Young de ipfo templo ex auctoribus p. 106 fqq. Contra negat Browne (Reifen ed. Lipf. p. 39.) et *Siwah* Ptolemaei (4, 5.) Siropum putat, ut

d'Anville Mareotida; ultra Siwah verſus meridiem ſtetiſſe, quod et ex Alexandri M. itinere evincere conatur.

fidei inclutae) Hinc *certus* dicitur Hammon, de quo multa dedit Oudendorp. ad Lucan. 9, 512. Inclaruit autem praeſertim reſponſis Alexandro M. datis, (de corruptione Iuſtin. 11, 11, 6.) licet iam Croeſi tempore in Aſia celebre fuiſſe iactetur, quippe qui, auctore Herodoto 1, 46. illud conſuli iuſſit. Poſt ſenſim auctoritas eius imminuta eſt, donec tandem plane conticuit. Cf. Prudent. in apotheoſi v. 443.

Auſtro) Nam et ſolebant ventos conſecratos habere, unde Boreas apud Ovid. Metam. 6, 683. adpellatur *Deus*. I. GRONOVIVS *MS.* Ventos Deos habitos fuiſſe et ſacrificiis honoratos placatosque, ſatis ex Virgilio diſcitur. Plura dabit Cerda ad Aen. 2, 116. et 3, 120. Plinius 2, 44. ſ. 45. idem ſic reddidit: *In Cyrenaica provincia rupes quaedam Auſtro traditur ſacra, quam profanum ſit adtrectari hominis manu, confeſtim Auſtro volvente arenas. Ille* in noſtro eſt Auſter, *haec* rupes.

fluctibus) Comparatio haec non infrequens. Ita de hoc tractu Curtius 4, 7, 11. *ut aperuere ſe campi, alti obruti ſabulo, haud ſecus quam profundum aequor ingreſſi.* Seneca in Herc. fur. v. 319. *cum per arentem plagam Et fluctuantes more turbati maris abiit arenas.* Arrianus de exp. Alex. 3, 3, 7. quem excitavit hic Ciacconius, de iis locis: *οὐδὲ ἔστιν εἰδέναι, ἵνα χρὴ πορεύεσθαι, καθάπερ ἐν πελάγει, τῇ ψάμμῳ.* Similia alia dabunt Corte ad Salluſt. Iug. cap. 79. et quos producit. Simile fere exemplum in lacu commemorat Ampelius c. 8. *Cum ſubplodas, pix alte adtollitur et quaſi ab aqua bulleſcit.*

Fons) De hoc ſolis fonte plurimi dixerunt, ducem, quod videtur, ſecuti Herodotum 4, 181. in quibus

Arrian. de exped. Alex. 3, 4. Diodor. Sic. 17, 50. Antigon. hiſt. mirab. c. 159. Curt. 4, 7, 22. Plin. 2, 106. ſ. 103. Ovid. Metam. 15, 309. Sil. Ital. 3, 669 ſq. Lucret. 6, 848 ſq. qui et cauſam eruere tentavit, Solin. c. 30. ſ. 27. Vibius Sequ. p. m. 24. Ex noſtro ſua duxit Boccatius ſub h. v. Adtigerat etiam Ariſtoteles in libro deperdito. Graecis fere vocatur κρήνη ἡλίου, πηγὴ ſimpliciter Arriano. Locum illi tribuunt prope Hammonis templum eadem varietate. Sic in Cyrenaica Plin. 5, 5. ſ. 4. qui tamen reprehenditur, quod paullo poſt talem fontem ad Garamanticum oppidum Debri proferat, ſequentibus Solino c. 32. ſ. 29. Iſidoro in Orig. 13, 13. aliisque ab Harduino productis, tum etiam ſimilem 2, 106. ſ. 103. in Troglodytis et proxime ante ſtagnum Iovis Hammonis memoret. At niſi et hic variorum narrationes de ſitu reddidit, eam regionem fontibus abundaſſe adfirmat Curtius c. l. Sic Antigonus c. l. alium illi fontem vicinum addit, qui interdiu tantum fluat. (Nempe πιδύει videtur leg. ex obpoſito ἵσταται pro πηγνύει.) Stagnum quidem praetergreſſum eſſe Alexandrum in itinere illo, refert Diodor. Sic. 17, 49. ſed amarum vocat et a templo aliquantum removet. Amaritudinem in fonte Solis Troglodytico notat etiam Plinius, quam in noſtro ignorant omnes. Unde cognominis ille videtur, et ad ſtagnum Diodori referendus. Ita etiam Solinus alia natura fontem Solis ibi commemorat. At nullum eiusmodi omnino fuiſſe, cenſuit Gaſſendus ad Diogen. Laert. lib. 10. p. 551. quem probat Beckmannus ad Antigonum p. 205. Similia tamen duo exempla Melae ſuo ad me miſſo adſcripſerat b. Geislerus, nuper bibliothecae Gothanae praefectus officioſiſſimus, unum in inſulis Maldives (vid. Hiſt. Gener. des voyages T. 10. p. 288.) alterum in balneo Weiſsenburgico in Helvetia. (Vid. Berliner Real-Schul-Zeitung an. 1756. n. 145. p. 1195.) In vicinia templi Hammoniaci Hornemann fontem in ſilva vidit amoeno ſitu, quem noſtrum putat Young. Vid. ad Hor-

nemann Reife nach Murzuk p. 111. qui eundem fontem putat, quem ea natura praeditum defcripfit Brown in Reife in Afrika — p. 27. (ed. Germ.)

fervet) Herodotus, quem fequitur maxime, c. l. fic: τὸν ὄρθρον γίνεται χλιαρὸν, ἀγορῆς δὲ πληθυούσης ψυχρότερον· μεσαμβρίη τέ ἐστι, καὶ τὸ κάρτα γίνεται ψυχρόν. Magis expofite, ut Mela, defcripfit Arrianus, qui cum Curtio et Silio variationis discendae caufa conferri poteft.

ut fol furgit) Cum ex aliorum narrationibus, quod praecedit *luce* primo mane fignificet, τὸν μὲν ὄρθρον (Herodotus) ἕωθεν (Arrianus) ἅμ' ἡμέρᾳ (Diodorus) *fub ipfum diei ortum* (Curtius) et proxime fequatur *per meridiem*, verba *ut fol furgit* tempus indicant medium, et fic nofter interpretatus eft Herodoti ἀγορῆς πληθυούσης, quae verba id declarare docuerunt Graevius lectt. Hefiod. cap. 10. Perizon. ad Aelian. 12, 30. Fifcher. in indice Theophrafti f. v. ἀγορὰ, Def. Heraldus in adverfar. 1, 10. aliique. Diodorus habet: προϊούσης ἡμέρας.

riget) Per gradus defcendit ad fummum frigus, et contra inde furgit et inde ad fummum calorem. Ille eft *rigor*, (Orofius 1, 2. *rigor frigoris*) hic *fervor.*

perfervet) De hac compofitione, quam amat nofter vid. ad 1, 5, 2. Antea autem de eodem tempore dicit fimpliciter *fervet.* Hic forte ita propter luculentiorem progreffionem et orationis numerum. Herodotus ἰὸν (ὕδωρ) ἐς τὸ θερμὸν ἐς μέσας νύκτας πελάζει· (vel quod habent aliqui libri et mavult Voffius ad h. l. πελαγίζει) τηνικαῦτα δὲ ζέει ἀμβολάδην.

§. 2. *Zephyrion)* Strabo 17. p. 576. f. 838. duo hoc nomine memorat, quorum unum habeat πρόςορμον. Ptolemaeus 4, 4. Ζεφύριον ἄκρον, quo nomine

plura occurrunt in aliis oris. Idem post Naustathmon ponit versus orientem et iuxta urbem Dardanin ad Cyrenaicae finem, ex quo adparet Darnin eandem esse in Antonini itinerario p. 70. et Ammiano 22, 16. ubi cf. de scriptura Valesius. Sed et eadem Darnis vocatur a Ptolemaeo 4, 7. H. *Derne.* Ipsum promontorium quibusdam h. est *Bonandrea;* ex ordine tamen Ptolemaei, qui praeponit Naustathmon, *Raxettin* in tabulis nostris ibi conspicitur.

Naustathmos) Portum vocat Scylax p. 45. Hudf. cum Ptolemaeo 4, 4. In locis eius orae praecipuis producit Strabo c. l. neutro quidem genere. A Cyrenis distabat 180 stadiis (Scylax c. l. si recte habet numerus) H. *Bonandrea* putatur.

Paraetonius) Παραιτώνιον vocat Polyaen. 2, 28, 2. item Strabo 17. p. 549. f. 798. etsi *o* habent libri quidam, et editiones in Diodoro 1, 31. Plutarch. Antonio cap. 70. in. Ptolemaeo 4, 5. Stephano h. v. Hierocle in Synecdemo p. m. 733. et sic levi immutatione Procopius de aedif. 6, 2. Chron. Paschale p. 29. ed. Ven. Παρατόνιον, Lucianus in Vera hist. 1, 62. Παραιτονία. Sic et poetae antepenultimam corripiunt, ut Ovid. Amor. 2, 13, 7. Metamorph. 9, 772. Lucan. 3, 295. aliique. Παραιτωνίων tamen producit ex nummis Rasche in Lex. num. T. 3. P. 2. p. 596. quam vere, equidem non dixerim. Urbem plerique faciunt, cui spatiosum portum 40. fere stadiorum dat Strabo. Regionem etiam Paraetonii commemorat Plinius 5, 5. Urbem ab aliis Hammoniam etiam vocatam fuisse notat Strabo. Idem a Catabathmo removet recto quidem navigationis cursu 900 stadiis i. e. 112. M. P. terrestri itinere Plinius 80. M. P. a quo parum discrepat tabula VIII. (74. M. P.) Ita vel magis vel minus etiam dissentiunt in regione, cui adscribunt. Ad Aegypti initia refert Strabo, et Orosius 1, 2, cum Ste-

phano iuxta Alexandriam ponit, a qua tamen Plinius 5, 6. removet 200 M. P. et ex eo Martianus 6. p. 217. Hinc et Statius Theb. 5, 12. *Paraetonium Nilum* dixit. Alibi Orofius (6, 19.) primam Aegypti a Libyae parte civitatem adpellat, et 6, 19. duo Aegypti cornua facit Paraetonium et Pelufium, ut Florus 4, 11, 9. In Libya Aegypto conterminam ponunt etiam Ptolem. 4, 5. Diodor. 1, 31. in. in inferiori Libya Hierocles p. 733. et *Libyam Paraetoniam* habet Stephanus f. v. Ἀρσινόη, fi vera eft lectio. Ultra Catabathmum in Libya Mareotide prodit apud Plin. 5, 6. in. et 35, 18. f. 6. fimpliciter adeo in Aegypto. Longius aberrat Lucanus 3, 295. qui *Paraetonias Syrtes* novit, nimirum quia Syrtes propius Aegypto iungit, uti 8, 444. et 540. Fuit igitur in Libyae et Aegypti confinio, et Aegypto datur, quod Aegyptii fe his locis immifcuerunt, ut docet Berenice, aliaque ex rebus civilibus populorum ad geographiam translata. Nam et poftea Aegyptus provincia diferte in Schonhovii libello provinciarum p. m. 767. a Libya ficca, quae haec eft, feparatur. Ita vero in Catabathmi fitu fluctuantur auctores, de quo cf. Cellarius in Geogr. ant. 4, 2, 4. At cum omnes ultra Catabathmon Aegyptum verfus oftendant, contra Geographicum ordinem peccaffe Mela videtur, quem ut revocarent, tentarunt hic *Cataeonium*, de quo in notis erit. In hodierno etiam nomine disfentiunt, et adferunt *Raxa*, *Alberton*, *Baretoun*.

urbes) Has recenfet numero quinque, ut fic tacite probet, illam regionem Geographis dictam fuiffe *Pentapolin*, quod ex hoc numero contigit. Eas fere conditas effe illo tempore, quo fuit Cyrene fub Aegypto, tempore Ptolemaeorum, docent nomina priorum, et omnia Graece et ex palatio Ptolemaico profecta. I. GRONOVIVS *MS.* Vid. Strabo 17. p. 544. f. 791. Plin. 5, 5. Ptolem. 4, 4. Euftath. in Dionyf. v. 213. et alii. Πενταπολιτάνη χώρα ὀλίγη vocatur in vetere orbis defcriptione cap. 55. *Libya*

Pentapolis in Schonhovii libello Provinc. Rom. p. m. 767. ad calcem Eutropii Verheyk.

Hesperia) Nomen antiquius, etsi ab aliis vocatur *Hesperis*, ut a Stephano h. v. vel plerumque *Hesperides*. Sic idem Stephanus s. v. Μάσκωτος, Scylax p. 46. Hudf. Strabo 2. p. 84. s. 123. 10. p. 315. s. 458. Ptolem. 4, 4. — Plinius 5, 5. *urbs Hesperidum*, ut *urbs Romae*, quomodo etiam intelligit Salmas. ad Solin. p. m. 264. qui et in plurali Enallagen agnoscit, ut *Cyrene* et *Cyrenae*. Eandem etiam dictam esse *Evesperidas* diserte tradit Stephanus h. v. et sic occurrit apud Herodot. 4, 171. Theophrast. Hist. plantar. 6, 3. et Εὐεσπερῖται in Pausania 4, 26. aliquoties, Diodoro Sic. 4, 56. quos in Callimachi epigr. 39. se ignorare fatebatur Anna Fabri et in Strabone 14. p. 445. s. 647. lacessebat Casaubonus, sed huc aperte refert Stephanus s. v. Ἑσπερίς et περὶ τὴν Σύρτιν ponit Theophrastus c. l. An ibi fuerint decantati Hesperidum horti, disquiretur ad 3, 10, 1. Eadem vero post adpellata est *Berenice*, a Berenice Ptolemaei uxore, a qua munitam fuisse scribit Solin. c. 30. s. 27. Librarii et posterioris aevi auctores saepe dant *Beronice*, ut Stephanus s. v. Ἑσπερὶς, Antonin. in itiner. p. 67. Βερνίκην vocat Procop. de aedif. 6, 2. In tabula Peutinger. VIII. legitur *Bernicide* pro *Berenicide*, quod habent etiam veteres auctores, veluti Sil. Ital. 3, 249. Lucan. 9, 524. sed non tam de ipsa urbe, quam de toto urbis tractu. Strabo 17. p. 575. s. 836. in promontorio, quod ab eo *Pseudopenias* vocatur, conlocat, iuxta lacum Tritonidem et Boreum ad Syrtis fauces, quibus etiam admovet Ptolemaeus, etsi a Boreo seiungit 126. M. P. Antonini itiner. p. 66. In Syrtis maioris extimo (Martian. Cap. 6. p. 217. *extremo*) cornu Plin. 5, 5. uterque ab Arsinoe 43. M. P. Antonini itin. 46. et tabula Peutinger. 53. M. P. Cf. de hac urbe Wesseling. in diatribe de Iud. Archont. cap. 3. H. putatur esse *Bernic*.

Apollonia) Cognomines urbes 25 recenſet Stephanus, quibus 7 addit Ortelius. Noſtram et hic ponit Ptolem. 4, 4. Plinius 5, 5. et alii. Strabo 17. p. 575. ſ. 837. habet Ἀπολλωνιὰς et Κυρηναίων ἐπίνειον facit, quo et Ptolemaeus referri poteſt. A Phycunte 170 ſtadiis (21. M. P.) removet Strabo, Plinius 24. M. P. Attamen inter πολίχνια Cyrenae contermina ponit Strabo, et Libyae urbem vocat Stephanus, unde emporium cum ampliſſimo portu fuiſſe recte iudicat Cellarius 4, 2, 18. An vero eadem *Sozuſa* dicta fuerit, quod in tabula notat Anvillius, de eo dubitare licet ex Hierocle etiam p. 732. qui discernit. Cf. ibi Weſſeling. de nomine, quod occurrit apud Epiphan. Haereſ. 73, 26. in Pentapoli. Adpoſuit etiam Oberlinus in orbe ant. p. m. 260. cum hodierno *Marza Suſa,* in quo conſentientem habet Belley de la ville de Cyrene in Memoires — de Paris T. 37. p. 390. ubi ſic Cyrenes portum vocari adfirmat. Aliis eſt *Bonandrea,* ut Ferrario in Lex. Geogr. h. v. Harduino ad Plinium.

Ptolemais) Nomen recentius, antiquius *Barce,* ut tradunt multi, Strabo 17. p. 575. ſ. 837. Stephanus h. v. Plinius 5, 5. aliique producti a Berkelio ad Stephan. p. 211. In poetis, ut ſolet, antiquum fere viget, ut Sil. Ital. 2, 62. 3, 251. Claudiano de B. Gildon. v. 160. — et hinc *Barcaei* apud Virgil. Aen. 4, 43. quod gentile latiori ſenſu etiam de Libye poni monet Stephanus, auctorum exemplis minime refragantibus. Cf. Herodot. 4, 171. ubi in Barcaea ponit Tauchira (Arſinoen poſtea) Bochart. in Chanaan 1, 25. f. Ritter ad Guthrie — Welt - Geſch. T. 5. P. 2. p. 184. Male ad Indiam usque adeo protuliſſe Auguſtinum notavit Bochartus. Βαρκῖται etiam dicuntur in Ptolem. 4, 4. quam formam omiſit Stephanus. Βαρκαῖοι ὄχοι, quod idem adtigiſſe videtur, paſſim memorantur, de quo vid. ibi Berkelius et Holſten. p. 63. Conditores urbis Arceſilai regis

Cyrenarum, fratres facit Herodotus 4, 160. a Barce regina nomen ducit Servius ad Virgil. c. l. A Didonis fratre conditam putant auctores hiſtoriae Univerſ. Angli Vol. 16. p. 240. et Ritter ad Guthrie — Geſch. c. l. Poſtea nomen commutavit cum *Ptolemaide*, ex quo Ptolemaeus eam vel inſtauravit, vel ampliavit. Ita quidem ſuadent ſuperiores auctores. Ptolemaeus tamen utramque ſeparat, Barcen mediterraneam facit, maritimam alteram. Quae difficultas ſic tolli poteſt, ſi Ptolemaida in Barcaeorum portu conditam, et inde ad Barcen productam dicamus. Nempe portum commemorat Scylax p. 46. Hudſ. urbem ipſam 100 ſtadiis a mari removet. Ita quidem conciliandа ea exiſtimarunt etiam alii, ut Cellarius in Geogr. ant. 4, 2, 21. Bochart. c. l. Harduin. ad Plin. c. l. Hofmann. ad Oracula Sibyll. lib. 5. p. 581. ed. Gallaei, Spanhem. de uſu — Vol. 1. diſſ. 6. p. m. 296. Weſſel. ad Antonin. p. 67. Neque tamen Barcen poſt diviſionem auctae urbis ignotam fuiſſe, ex monumentis docuerunt Spanhemius et Weſſelingius. Celebritatem Ptolemaidis declarat adiecta in Ptolemaeo vox ἐπίσημος. H. *Tolometa* ſ. *Ptolometa*. Cf. Bruce Reiſen p. 38. Einleitung, ubi rudera ſatis adhuc conſpicua deſcribit.

Arſinoe) Geſſit et haec olim aliud nomen, uti tradunt Strabo 17. p. 575. ſ. 837. Ptolem. 4, 4. Stephan. h. v. et Ταύχειρα, Plin. 5, 5. Martian. Cap. 6. p. 217. etſi auctores hi aliique in ſcriptura eius variant. Nempe Τεύχειρα Strabo, (ex emend. Caſaub.) Ptolemaeus, Diodor. 18, 20. Lycophron v. 877. Procop. de aedific. 16, 2. Plinius, Martianus, Geogr. Ravenn. 3, 4. 5, 6. Antonin. itin. p. 67. Hierocles in Synecd. p. 733. Schol. Pindari ad Pyth. 4, 26. — Ταύχειρα alii, in quibus Herodot. 4, 171. Stephanus cc. ll. et ſub v. Χεῤῥόνησος, tabula Peutinger. VIII. D. et quod evincere videatur vetus monumentum apud Reineſ. 8, 84. De utroque numero et genere monuit etiam Stephanus;

neutrum usitatius est et forte antiquius, ut similia Orientis nomina; feminino legitur apud Procopium. Mutatum nomen transiit in Arsinoe a Ptolemaei Philadelphi sorore et uxore, ut refert Stephanus h. v. ex Cyrene auctam, certe Tauchira, tradit Schol. Pindari. A Ptolemaide removent Plinius et Martianus 22. M. P. Antonini itin. 26. tabula 20. Posteriori aetate priscum nomen abolito altero revocatum esse, probat una illius repetita mentio in his auctoribus. Imperator Iustinianus novis operibus muniit. (Procop. c. l.) Hodie aliis est *Trochara*, aliis *Teukera*.

atque unde) Sic 2, 3, 1. 6, 6. et 9. 7, 13. bis. Sed omnino talibus formulis periodos finire Mela solet, ut exempla docent in dissert. de Mela cap. 7. proposita.

Cyrene) Gr. Κυρήνη. Latini etiam *Cyrenae* dicunt, ut monuerunt Salmas. ad Solin. p. m. 264. et Wesseling. ad Antonini itiner. p. 68. docentque exempla Lexicographorum. Conditor Battus, de quo plurima Pindar. Pyth. 4. Herodotus 4, 155 sq. aliique, qui ibi producuntur a viris doctis, a Spanhemio ad Callimach. in Apoll. v. 65. et a Stavereno in Miscell. observatt. Vol. 10. p. 388. Hinc Cyrenaei dicuntur *Battiadae* a Silio 2, 61. 3, 253. et Callimachus *Battiades* vel eadem de causa, vel quod ex progenie Batti fuit. Hinc vero Batti memoriam in numis, qualem hic produxit etiam Vossius, servatam esse putat Spanhem. de usu — num. Vol. 1. p. 297 sq. refragantibus tamen aliis, quos nominat Rasche in Lex. num. T. 1. P. 1. p. 1479. Quia vero Theraeus ille fuit, Theraeorum alii coloniam vocant. Cf. Sallust. Iug. c. 19. Strabo 17. p. 575. s. 837. Callimach. in Apoll. v. 73 sq. Pausan. 3, 14. Quia porro Thera Spartanorum fuit colonia, (Pindar. Pyth. v. 81 sq. Strabo c. l. Eustath. ad Dionys. v. 213.) inde et Cyrenaeorum genus ad Spartanos refert Iosephus de B. Iud. 2, 16, 4.

De tempore, quo fuit condita, pluribus disputavit Salmaſ. ad Solin. p. m. 247. ubi addi poteſt Syncellus p. 170. ſ. 213. Discrepant enim auctores aeque, atque in nominis cauſa. Quidam enim a *Cyra* illius regionis fonte ducunt, (Stephanus et ibi Berkelius p. 453. Callimach. in Apoll. v. 88. Euſtathius c. l.) alii a *Cyra* monte, (Iuſtin. 13, 7, 5.) alii a *Cyrene* puella formoſa. (Iuſtin. c. l. Stephanus, Euſtathius cc. ll.) Bochartus in Chanaan 1, 25. ex Oriente repetit. In mediterraneis ponit Ptolem. 4, 4. Sita in campo menſae forma, qualem ex mari proſpexerat Strabo, vel ἐν ἀργινόεντι μαστῷ ſecundum Pindarum Pyth. 4, 14. ubi cf. interpretes. De agri fertilitate multa adtulit Spanhem. ad Callimach. in Apoll. v. 65. Sed magis memorandum eſt, quod fuit ingeniorum fertiliſſima mater. Tulit enim praeter alios Callimachum, Ariſtippum, Cyrenaicae ſectae conditorem, Carneadem philoſophum, Eratoſthenem geographum, quos commemorat Strabo c. l. Cives dicti *Cyrenaei*, *Cyrenenſes*, *Cyrenaici*. Ceterum plura de huius urbis origine, incolis, fatis conlegerunt Hardion (in Memoires — de Paris T. 3. p. 391 ſqq.) et Belley. (T. 37. p. 363 ſqq. c. l.) H. putant *Curen*, vel ut Belley, qui alios ſimul refutat, *Grenne*. In tabulis Delislianis ibi adparet *Guirina*.

Catabathmos) Retinet vocem Graecam, quae nihil notat, niſi deſcenſum, ut ipſe auctor explicat. Hoc facit ex proprietate Geographiae, qua etiam lib. 2. cap. 3. agnoſcit *Diolcon* in Iſthmo Corinthiaco. I. GRONOVIVS *MS*. Graeca nomina in hoc tractu a Cyrenenſibus impoſita fuiſſe putat Voſſius. Ita vero explicat Salluſt. Iug. c. 17, 4. *declivem latitudinem*, pro quo hic Voſſius, praeeunte Ciacconio, malit altitudinem; ſine cauſa; Plinius 5, 5. f. *vallem repente convexam*. Multa de illa dabit Walther. in animadverſ. hiſtor. p. 278 ſqq. *Montes Catabathmon* commemorat Oroſius 1, 2. et cognomine oppidum Plinius c. l. Duplicem indicat Ptolem. 4, 5. μέγαν

in Libyae litore, et μικρὸν in mediterraneis ultra Paraetonium verſus Aegyptum. Et ſic Solinus cap. 30. ſ. 27. Aegypto inſinuari ſcribit. Stephanus in Libya ponit inter Hammonem et Paraetonium, quod de parvo intelligit Berkelius, ut hic Voſſius; minus, opinor, recte. Sic alii auctores de magno fere loquuntur, quippe qui Paraetonium ultra Catabathmon ponunt, ut Strabo 17. p. 576. ſ. 838. Plin. 5, 6. tabula Peuting. VIII. Geogr. Ravenn. 3, 2. ubi fruſtra dubitat Porcheron, uter intelligatur. Parvum tamen innuit Antonin. itin. p. 69. ubi ab Alexandria removet 9. M. P. etſi in eo haerent interpretes. At tuetur ipſe Antoninus, qui p. 57. a Lepti magna ad Alexandriam omnino numerat 902. M. P. et poſt ex ſingularum manſionum computatione 915. M. P. quae discrepantia exigua eſt, et in alios numeros reiici forte debet. De magno intelligit Plinius, dum a Paraetonio diſtare ait 86. M. P. (tabula 74.) et Apin urbem cum Ptolemaeo interponit. Sed omnis diverſitatis cauſa quaerenda videtur in Catabathmi extenſione et terminis. Sic Strabo inde ad Apolloniam ſtatuit 2200 ſtadia, (257. M. P.) Plinius 5, 5. vero 304. M. P. Mela latiſſimo ſenſu ſic poſuit, ut in eius exitu conſiſtat, et Cyrenaicae Aegyptique fines ponat. Ridicule, quod iam a Voſſio notatum eſt, ad fontes Nili profert Aeſchylus in Prometh. v. 817. ubi Scholiaſtes in confinio Libyae et Aegypti ponit, etſi contra Voſſium de Nili catarrhactis interpretatur Waltherus c. l. Cf. ibi Schützius Vol. 1. p. 192. In hodierno nomine non conſtant. Invenitur *Cabo de Alber*, *Carto*, *Akabet Aſſolom*, *Akaba*, quod habet Anvillius in deſcription du Golfe Arabique (vid. Memoires ſur l'Egypte) pag. 239. de magno quidem. Ceterum terminationem Graecam retinuit Mela, quam et in aliis vulgari uſu frequentatis nominibus poetica ſectatus amat. Neque tamen ſine codicibus obtrudi debet, neque in omnibus valet. Sic Valerius Probus in Cathol. p. 1462. (Grammat. Putſch.) nullum ſe nomen in *cos* Latinis terminatum reperiſſe ad-

firmat praeter *Damascos* apud Lucan. 3, 215. ubi et id recepit Oudendorpius. Infra tamen hic 2, 2, 6. libri volunt etiam *Doriscos*. In nonnullis utraque terminatio distinctionis caussa variare videtur ut 2, 7, 6. *Canopos* de insula, *Canopus* de homine.

finit Africam) Supra 1, 4. in *Africa Nilo terminata*.

§. 3. *Orae)* Ut ab Herculis columnis descriptae sunt secundum litora nostri maris. VADIANVS. Inverso hic ordine ea persequitur, quae supra cap. 4. adtigerat.

nostrum) Quod mirum non est, quoniam fasces Romani ubique erant domini per oram Africae, ut hinc multa pro bonis aut malis habere debuerint, non quae sic olim existimabantur ab maioribus aut Phoenicibus, aut antiquis Afris, sed prout Romani statuebant. I. GRONOVIVS *MS.* Sequentia de linguis laxius ad mores referuntur. Tum quaeri potest, utrum inter se differant linguis, an a Romanis. Hoc nexum magis continet, sed ut *quidam* probari possit, unice in mari accolis vel proximis subsistendum est. Huc enim Graeci accesserunt, (cf. omnino Herodot. 4, 155 sqq.) post Romanorum coloniae missae sunt, quae pristinae linguae mutationem invexerunt, ita tamen, ut vestigia eius in multis verbis residerent, vel verborum formae depravarentur. Sic *mapalia* post, et supra locorum nomina. Sic ex Augustino discitur, Hipponenses dixisse *floriet*, *ossum* pro florebit, os.

nisi quod) In exceptionibus, moderationibus noster, passim usurpat. Sic 3, 10, 3. et alibi similia, ut *nisi ubi*, *nisi unde*, *nisi quorum* — Cf. de hac forma ad Eutrop. 10, 10.

Deum) De hac contractione dictum in not. crit. Sic passim et alii auctores prosaici. Vid. Drakenb. ad

Liv. 22, 22, 5. Garaton. ad Cic. Verrin. 1, 3. ubi *liberum*, quod in Livio ſaepe occurrit. Disſerit de hoc uſu Cicero in Oratore cap. 46.

patrios) Prout Graeci et Latini dicunt, vetuſtate religionis commendabiles, quorum prima conſecratio ignoratur, ut obponantur novis ac nuper adſcitis, de quibus notat aliquid Valeſius in notis ad Euſebii hiſtor. eccl. p. 209. Talis apud Harpocrationem [p. m. 54.] dicebatur Athenis Ἀπόλλων πατρῷος. I. GRONOVIVS *MS.* Ita paſſim dicuntur *Dii patrii* cf. Horat. 2. od. 7, 4. Cicero in Verrin. 1, 3. Virgil. Georg. 1, 498. Aen. 7, 229. — *patrii Divi* in Gratii Cyneg. v. 453. An iidem ſint *penates*, disputatur. Adfirmaverat olim Hyginus in libro de diis penatibus, quem teſtem citat Macrobius Saturn. 3, 4. ubi plura adferuntur. Et ſic Virgilius paſſim, quos penates Troia avexerat Aeneas, Deos patrios adpellat, ut Aen. 7, 229. Cf. Heyne in excurſu 9. ad Aen. lib. 2. Alii contra diſtinguunt, ut Nepos 2, 7, 4. *Deos publicos, ſuosque patrios ac penates.* Negat adeo Graevius ad Cicer. in Philipp. 2, 30. cum penatibus patrios iungi, adſentiente Erneſtio ad Cicer. Verrin. 4, 8. At non ſuccurrebat, ita et iungere Virgil. Aen. 2, 717. ipſumque Ciceronem pro domo c. 57. ubi nihil illi monuerunt, et in aliis locis, quae in Erneſtium ſuum congeſſit Scheller. in obſerv. p. 66. Nec ipſa res pugnat. Cum enim patrii ſint a maioribus traditi acceptique, et iidem eſſe poſſunt iungique, contra ſeparari et diſtingui, prout res et nexus rerum patiuntur. Cf. quae de iis disputavit Gronov. in diatribe in Statium cap. 44. Graecis πατρῷοι quaſi domeſtici, ut Sophocles in Trachin. v. 753. de Iove, Demoſth. pro corona p. 274. (Reisk.) Plato in Euthyd. p. 63. (Bip.) de Apolline et ſic alia. In quo vero quanta fuerit veterum ſuperſtitio, docet exemplum Didonis in Iuſtino 18, 4. f. quae Tyrii Herculis ſacra ſecum vexit. TZSCHVCKE. Ut longa eos con-

ſuetudo venerabiles fecit. Herodotus ſcribit in quarto libro [c. 188.] Solem eos et Lunam, tum Tritonem et Neptunum et Minervam paſſim venerari. VADIANVS. Ceterum eadem forma Livius 4, 30, 11. *ne qui, niſi Romani Dii, neu quo alio more, quam patrio, colerentur.*

Proximis) Hoc intelligendum de illis, qui in mediterraneis habitant. BVRMANNVS *MS.* Eleganter vero poſuit *ſiant* pro *ſunt*, apte etiam in obpoſitione ad mapalia eademque mobilia, humilia, de quibus *ſunt* ſimpliciter. De hac forma monuit et Voſſius in notis criticis, ſuntque exempla obvia.

mapalia) Afrorum hanc eſſe vocem, et cum Mela adfirmat Salluſt. Iug. cap. 18, 8. Eius etymon explicat Bochart. in Chanaan 2, 9. ut ſignificet a Punico *mapale* agricolae tugurium, quem adiuvat Feſtus h. v. qui dicit, ſic caſas Poenicas adpellari. Hinc etiam cum caſis ſaepe iungunt Romani, ut Martial. 10, 20. Calpurn. 7, 42. Hieronymus in Amoſum prophetam in. explicat agreſtes caſas et furnorum ſimiles. Gloſſ. vett. καλύβια Ἀφρῶν. Quaſi *cortes rotundas* eſſe Cato dixerat in Orig. lib. 4. teſte Feſto c. l. quod quidem latiori ſenſu intelligendum videtur de vicis et villis in agris, quae mapalibus continebantur, ut apud Salluſt. Iug. c. 46. qui etiam diſtinguit a tuguriis, a quibus proprie differre videntur, (cf. et cap. 18.) etſi conſtat, plauſtris, ut tuguria, vecta fuiſſe. Et ſic Sidon. Apollin. in epiſt. 2, 2. *habent tuguria ſeu mapalia mea frigus* promiſcue. Ex Catone tamen Servius ad Virgil. Aen. 1, 421. adfert *magalia,* quod rectius videtur. Nempe obiicitur disputatio, utrum eadem ſint *magalia,* quod negant alii, in quibus Waſſe ad Salluſt. Iug. cap. 18. Geſner in theſauro h. v. Heyne ad Virgil. Aen. 1, 421. — alii adfirmant, uti Servius ad Aen. 4, 259. Corte ad Salluſt. c. l. Titius ad Calpurn. 15, 12. — Fundus omnium eſt Servius c. l. ex quo etiam ſua hauſit

Isidor. Orig. 15, 12. *Magalia* autem Virgilium dixisse monet Servius pro *magaria*, quia *magar*, non *magal*, Poenorum lingua villam significet. Sed pluribus magaria vindicavit Bochartus in Chanaan 1, 24. et docuit, *magalia* corrupte fere vocari, et esse, ut in Carthagine antiqua, portu et arce demtis, reliquum urbis civium habitationi destinatum. Diserte etiam Nepos apud Servium ad Virgil. Aen. 1, 372. Carthaginis partem interiorem vocatam esse dicit *Byrsam*, exteriorem *magalia*. Salmasius ad Solin. p. m. 220. a Syriaca voce *magal* i. e. falx derivat, ut sit aedificium lateribus falcis instar incurvis. Sed ex prioribus et aliunde utriusque vocis discrepantia elucet. Huc accedit primae syllabae mensura, qua in *magalia* producitur, contra in *mapalia* corripitur. Illa igitur stativa domicilia, haec (*mapalia*) plaustris vecta et mobilia, quare etiam pro tentoriis erant. Vid. Tacit. Annal. 3, 74. 4, 25. Liv. 29, 31, 8. Et hinc Plinius 5, 2. f. 3. *mapalia sua, hoc est domus plaustris circumferentes.* Plura dabunt praeter superiores de utraque voce Bosius ad Nepotis fragm. c. 3. Savaro ad Sidon. Apollinar. p. 112. Salmas. in Solin. p. m. 219 sq. in primis Ritter ad Guthrie — Welt - Gesch. T. 5. P. 2. p. 33 sq. qui tamen magalia unice tuetur, magaria vocem nihili putat, et qui data opera de vocibus *mapalia* et *magalia* disquisivit (Magdeb. 1736.) Casselius. Similia autem mapalibus alia etiam tuguria per Africam Asiaeque aliquas partes, veluti apud Paropamisadas in cannae modum coeuntes, sed laterculis structas, in usu fuisse discitur ex Diodoro Sic. 17, 82. et Curtio 7, 3, 8. Sic a tabernaculis vel tentoriis dicti in Arabia *Scenitae*, de quibus Plin. 8, 32. f. 28. Solin. c. 36. f. 33. Utramque autem consuetudinem in mapalibus et magalibus etiam nunc servare istarum regionum populos notat hic Vossius et confirmat Shaw c. l. T. 1. p. 369 sq. de *Kabylis* et *Beduinis*, quorum illi montana, hi plana loca tenent. Hi sub tentoriis agunt, quae Arabice adpellantur *Hhymas* f. *Beet el Shar*,

vel ab umbra, quam ſpargunt, vel a pilis, quibus ſunt contexta. Illi (Kabyli) magalia habitant i. e. caſas ſ. tuguria limo, arundine, ramis — contorta, quae adpellantur *Gurbies*. Cf. etiam Poiret in voyage T. 1. epiſt. 1. p. 35. qui refert vocari *douare* et loco ſaepe moveri et transvehi.

Victus aſper) Alterum explicatur per alterum. Nam eo usque aſperitas illa venit, ut non ſit inſtructa decoris vaſis et iuſta ſupellectile, cuius reſpectu dixerunt *mundos homines* et *munditiam*, ut eſt apud Sueton. in Iulio c. 46. Alioquin *victus aſper* videtur aliquid truculentius eſſe, quaſi quod ſupponerent *ſpinas* et *ſentes*, quo ſenſu etiam occurrit apud Plautum in Captiv. 1, 2, 85. [Ibi tamen iocus trahitur ex voce *aſper*, uti *ſentes aſperae*. Virgil. Aen. 2, 379.] Sed h. l. non notat, niſi ſqualidum, ſine ullo nitore. I. GRONOVIVS *MS*. Ex adpoſito *victus* intelligitur *aſper*. Ita *aſpera coena* apud Plautum in Capt. 3, 1. f. *Victus* autem nomine non ſolum cibus continetur, ſed quod ex Cajo L. 44. D. de verbor. ſignif. notavit Ciacconius, intelligi omnino poſſunt, *quibus vivendi curandive corporis noſtri gratia utimur;* quae vocis vis ex bonis etiam auctoribus adſtruitur a Dukero de Latinitate ICtor. vett. p. 228 ſqq.

ſagis) Sagum veſtis brevior humeros ſolum et terga tegens ad nates usque demiſſa et craſſior, quali milites utebantur et ruſtici. Saga Afrorum erant ex Cinyphiis hircorum pilis. GRAEVIVS *MS*. Habebant fere formam pallii, et ſuperiora tantum corporis velabant. Hinc Tacitus de Germanis cap. 17. *tegumen omnibus ſagum fibula, aut, ſi deſit, ſpina conſertum. Cetera intecti.* Poterant illud expandere, ut pallium, unde ludicri genus, ut *diſtento ſago impoſitos in ſublime iactarent* apud Sueton. Oth. c. 2. Diſtinguuntur tamen *ſagati* et *palliati*. Id. in Caeſ. c. 48. Illi milites, hi Graeci et philoſophi. PERIZONIVS. Similem veſtitum praebet viris apud Ger-

manos 3, 3, 2. Eundem vero veſtitum etiam hodie de illis populis notat Shaw T. 1. p. 376. vocatque *Burnooſe*, qui *Bardocucullum* referat, vel demto cucullo penulam Romanorum. Cf. ad 3, 3, 2.

humi) Sic Salluſt. Iug. cap. 18. *Gaetuli et Libyes aſperi, inculti, quis cibus erat caro ferina atque humi pabulum, uti pecoribus;* pro quo Geſnerus in Theſauro L. L. malit *ſtabulum* (vid. h. v.) et ſine Codd. et praeter rem. Vid. quae monuit Ouwens in Noctibus Hagan. 2, 13. p. 264 ſq. ubi etiam hunc locum Melae fuſius explicavit. Sententia eadem de avibus apud Apulei. de Deo Socr. p. m. 70. *eſt enim ſemper illis victus omnis in terra, ibidem pabulum, ibidem cubile.* An vero ſit, herbis et radicibus aluntur, propter ſubiecta dubito. Omnino enim hoc vult, humi iacentes et dormire et edere. *Quies*, ut ſaepe, ſomnus, et ſic infra §. 5. *Epulae* autem in ſimili nexu poſuit Valer. Flaccus 6, 333. *aſt epulae quodcunque pecus, quaecunque ferarum.*

Vaſa) Quaecunque partes ſupellectilis, quae Romae hoc vocabulum comprehendebant, unde toties in exercitibus *conclamare vaſa*, et in legatis agnoſcimus *vaſa* et *comites*, ut aliquoties occurrunt apud Livium. I. GRONOVIVS *MS.* Ita certe 1, 24, 5. quem locum inluſtrat Turneb. adverſar. 10, 26. addito alio ex Gratii Cyneg. v. 219. ubi, ſi ſana eſt lectio, inſtrumenta venatoria ſic dici videntur. Vid. interpretes. Sed latior vocis ſignificatio illa ex aliis conſtat.

lac) De lacte et carne ferina cf. Salluſt. Iug. c. 18. et 89. et ibi Corte, qui hunc victum antiquiſſimum fuiſſe docet. Γαλακτοφάγους, novit Homerus Il. 13, 6. et hinc plures.

baccarum) Quae non cultu producebantur, ſed ſponte ex terra proveniebant in fruticibus vel arboribus,

ut ſunt *olivae, ceraſa, pruna* et, quae hodieque ex Africa huc advehuntur, *dactyli*, ut os habeant in medio, quod circumdatum eſt eſculento vel potulento, prout lotum etiam conſiderat Ovid. Metam. 9, 341. *in ſpem baccarum ſlorebat aquatica lotos.* Adde Plin. 15, 34. ſ. 28. I. GRONOVIVS *MS.*

opimum) De conſpicua abundantia, opulentia, ut argute ſimul greges reſpexiſſe videatur. Sic fere Livius 29, 31, 8. (quem locum iam adhibuit Ciacconius) *familiae aliquot cum mapalibus pecoribusque ſuis (ea pecunia illis eſt) perſecuti ſunt regem.* Hinc olim apud Romanos *peculium* dictum eſt, ut notant Plutarch. in Valerio Poplic. c. 11. f. et Servius ad Virgil. Eclog. 1, 33.

parcitur) Poſſint haec accipi de regione σιλφιοφόρῳ. Quia enim valde ſilphium appetunt greges, ideo eas arcent, vel omnino non alunt. Usque adeo enim oves amare ſilphium prodit Arrianus, [de exped. Alex. 3, 28, 11.] ut, ſi vel e longo admodum ſpatio eius odorem perceperint, curſu eo convolent. Itaque Cyrenenſes loca, ubi naſcitur, ſepiunt. Maius enim illis lucrum e cultura ſilphii. VOSSIVS. Peſſime Voſſius, quum manifeſte hic agatur de gregibus non ita facile et ſaepe mactandis in cibum, qui idcirco iis erat *caro ferina* potiſſimum. Plautus Caſin. 2, 8, 65. *argento parci nolo.* PERIZONIVS. Dura utique eſt et ab hoc nexu aliena explicatio Voſſii, etſi eandem probaverat etiam I. Gronovius MS. Accedit τὸ *id*, quod aperte ſpectat ad τὸ *gregibus*, ſenſumque verum regit. Nec aliter ceperunt Vadianus, Burmannus MS. et interpres Hiſpanus; at Germanus: *weil es allein fett wird.*

§. 4. *Interiores)* A mari longius remoti, ubi etiam illos populos oſtentat Ptolemaeus 4, 5. aliique.

incultius) Sic Salluft. Iug. c. 19. f. 15. *Gaetulos accepimus partim in tuguriis, alios incultius vagos agitare;* et c. 89. f. 85. *Africa, quae procul a mari incultius agebat.* Sic idem c. 18, 3. f. 14. proxima confirmat: *vagi, palantes, qua nox coëgerat, fedes habebant.* Poft de Nomadibus Strabo 7. p. 211. f. 307. ἀκολουθοῦσι ταῖς νομαῖς.

promovent) Graphice Virgilius Georg. 3, 339 fqq. unde: *omnia fecum Armentarius Afer agit, tectumque laremque.* Silius Ital. 2, 442. *omnia Poenum Armenti vigilem patrio de more fequuntur.* Cf. et Valer. Flacc. Argon. 6, 331. Lucan. 4, 683. Idem de Scythis tradit Iuftin. 2, 2. et de iisdem Ammian. 22, 8. et Alanis et Hunnis 31, 2. Eam autem antiquiffimorum populorum vitam fuiffe, elucet ex Scripturis facris v. c. Genef. 4, 20. et pluribus docuit Perizonius de origin. Babyl. cap. 12. p. 242. ubi et hunc Melae locum adpofuit. Ceterum eundem morem adhuc iftos Africae populos, Beduinos, fervare, ut vix remota abhinc aetate illa auctores fcripfiffe videantur, adfirmat Shaw T. 1. p. 371 fq.

in commune confultant) I. e. publico commodo ftudent. Sic Tacitus in Agricola [cap. 12.] *in commune non confulunt;* et lib. 15. [Hift. 4, 67.] *Per Gallias edixere, ut miffis legatis in commune confultarent.* CIACCONIVS. Non habent focietatem civilem, rem publicam, fed fibi quisque vivit fuisque commodis infervit. Tacitus in Agric. cap. 12. GRAEVIVS *MS.* Horat. 2. od. 15, 11. *Commune magnum.* Auctor refpicit Gr. κοινόν. BVRMANNVS. Sic paffim et alibi *in commune confulere* vel *confultare,* ut in Tacito Annal. 12, 5. f. Curt. 9, 1, 21. Terent. Andr. 3, 3, 16. Liv. 32, 21. in. Plin. 6. epift. 16. Similes formulae *in commune disferere, loqui, dicere* — quas et Lexica adferunt, et viri docti inluftrant. Cf. Bunemann. ad Lactant. 3, 25. Oudendorp. ad Fron-

tin. 3, 2, 6. Pro eo Liv. 24, 22, 15. 26, 12, 7. *in medium consulere.* Infert notionem societatis et in populo civitatis, quam consilio, opera adiuvamus. Gr. κοινὸν, et sic Ovid. Metam. 12, 7. *commune gentis Pelasgae.* Ita autem priscorum hominum fera vita et vaga passim describi solet, ut a Cicerone de Invent. 1, 2. pro Sextio cap. 42.

agnati) Egregium hunc locum vocat Perizonius ad inlustrandum ius civile in hereditatibus ab intestato; quae tamen, cum huc proprie, vel proxime non faciant, in summam contracta dabo. Nempe olim agnatorum nomine filii, vel filii minores, unde de fratribus dici potest, ut apud Auctorem ad Herennium 1, 13. frater minor Malleoli, qui damnatus testamentum fecerat, hereditatem eius suam vocat *lege agnationis.* Post paullatim latius extensa est agnatio ad sextum vel septimum gradum, et hinc in nostro loco ad familias refertur ab uno minimum avo vel proavo ortas, in quas passim dispersi agebant. Ultra remoti erant gentiles. Quam media Iurisprudentia intulit voci mutationem, huc minime pertinet. Hactenus Perizonius. Cf. Isidor. Orig. 9, 6. in. Ad primam vocis significationem lepide Plinius 11, 94. f. 39. congenitos pilos et agnatos in homine obponit interpretatus Aristotelis in Hist. An. 3, 10. Τρίχας συγγενεῖς et ὑστερογενεῖς. Si verborum in nostro loco nexum perpendimus, agnati minime esse possunt minores filii, quia a liberis omnino diserte distinguuntur. Valet igitur explicatio Perizonii, ut agnati sint quasi liberis nati, aut, si quis de avis et proavis dubitet, possit latissime complecti coniugum consanguineos, unde familiarum numerus modusque augetur, dummodo usus addixerit.

§. 5. *Atlantes)* Ducta haec sunt ex Herodoto 4, 184. qui tamen duplices facit et moribus et institutis diversos, locorumque intervallo distantes. Con-

ſentit Stephanus h. v. et ab utroque Atlante et maiori et minori dictos ſcribit. Mela iisdem tribuit, quae duobus Herodotus, Melamque ſecuti Plinius 5, 8. Solin. c. 34. ſ. 31. et Martian. Capel. lib. 6. p. 217. Alii cum Herodoto diſtinguunt, de quibus dictum eſt in notis criticis. Sic etiam ſolos Atlantes memorat Ammianus 15, 3. qui ſomnia non videant, cum ſolis exſecrationem Atarantibus tribuant, uti et quibusdam cum Reizio viſum eſt in Herodoto nunc reponere, ſic et antea coniectantibus Weſſelingio et Valckenario. Strabo 17. p. 565. ſ. 822. idem de Aethiopibus ſub zona torrida narrat, conſentiente Diodoro 3, 8. Populum ipſum, cum poſtea nullum eius in hiſtoria veſtigium reperiatur, devictum coaluiſſe cum Phoenicibus in unam gentem, Maurisque originem dediſſe, putat Uphagen in parergis hiſtor. p. m. 69. Atlantum ſitus autem ex Atlante intelligitur; Atarantum, ſi curſum Herodoti perſequaris, quaerendus ſub regno Tripolitano verſus meridiem. Cf. etiam Heeren über die Politik — der alten Welt p. 169 ſqq.

dum oritur, dum occidit) Ita vertit verba Herodoti οὗτοι τῷ ἡλίῳ ὑπερβάλλοντι καταρῶνται. Euſtathius, qui haec Herodoti verba citat, ad Dionyſium [v. 66.] legit ὑπερβαλλόντως. Verum puto ita mutaſſe, quia alterum non intelligeret. Ὑπερβάλλοντι interpretantur Grammatici ὑπερβαίνοντι. Hoc ſenſu imprecantur ſoli, quam diu ſupra ipſos eſt; vel, ut Mela vertit, *dum oritur et occidit.* Damaſcenus [Nicolaus Damaſcenus apud Stobaeum Sermon. 42. p. 293.] hic habet ἡλίῳ ἀνίσχοντι, ut quoque Diodorus Siculus [3, 8. adde Strabonem c. l.] haec accepiſſe videtur. Attamen non probo hanc interpretationem, nec ſane ita veteres locuti ſunt. Omnino exiſtimo ἡλίῳ ὑπερβάλλοντι apud Herodotum vertendum eſſe *ſole ſuperantiſſimo.* Ita apud Lucretium [5, 395.] *ſuperantior ignis* pro vehementiſſimo Gellius 3, 2. *ſole magno.* VOSSIVS. Non nego, flagrantem ſolis

aeſtum magis huc valere. At Mela hic et alibi, ſi quidem ſolum Herodotum reddidit, liberum interpretem agit. De oriente ſole facile intelligitur ex metu fervoris, difficilius de occidente, niſi ex more eo explices, quo inimicos abeuntes diris proſequimur. Strabo etiam tantum ἀνίσχοντα memorat cum Nicolao, et Diodorus ἀνατολάς. Sic in contrariam partem Pompeius apud Plutarchum Vol. 6. p. 767. et Vol. 9. p. 210. (Lipſ.) πλείονες τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντα προσκυνοῦσιν, ἢ δυόμενον cum adluſione ad hominis emicantem potentiam. Ad ipſum hunc morem inluſtrandum adſcripſerat Geislerus, ſupra laudatus, quod narrat Battel, T. 5. p. 53. in Allg. Geſch. der Reiſen, Angolae feminas orienti lunae, tamquam menſtrui curſus auctori, nates advertere; et Römer, Nachrichten von der Küſte Guinea p. 84. incolas orientem ſolem reverenter excipere; mira hoc diverſitate. At Leo in Africae deſcr. p. 247. ſolem eos orientem ſumme venerari refert.

nomina) Herodotus c. l. ἀλέσι μέν σφί ἐστι Ἄτλαντες οὔνομα, ἑνὶ δὲ ἑκάστῳ αὐτέων οὐδὲν κέεται. Idem inde Euſtathius c. l. et ad Odyſſ. 8, 552. p. 327. Plinius *neque nominum ullorum inter eos adpellatio eſt.* Solinus *nulli proprium vocabulum, nulli ſpeciale nomen.* Martianus *nulla inter ſe nomina habent;* quae ad variationem adpoſui. Ignorata quidem res Homero, qui c. l. canit: οὐ μὲν γάρ τις πάμπαν ἀνώνυμος ἔστ' ἀνθρώπων. Forte, quod adfirmat Leo p. 255. qui ex mercatore teſte audierat, aliunde v. c. a proceritate, obeſitate — nominati ſunt.

veſcuntur) Haec et ſequentia de aliis Atlantibus refert Herodotus ſic: λέγονται δὲ οὔτε ἔμψυχον οὐδὲν σιτέεσθαι. Omiſit hanc partem cum Martiano Plinius; reddidit Solinus: *adfirmant eos abſtinere penitus ab animalibus univerſis.* Ex quo adparet, hunc non unum Plinium ducem conſtanterque ſecutum eſſe.

viſcre) Herodotus: οὔτε ἐνύπνια ὁρᾶν. Suis quisque modis referunt idem ſuperiores, quibus adde Tertullian. de anima 3, 49. unde innuitur, aut ipſos adfirmaſſe, aut ſomniantium ſignum non edidiſſe. Ita Cleo apud Plutarchum de oracul. defectu p. 722. Vol. 7. (Lipſ.) negavit, ſe per totam vitam eamque ſatis longaevam ullum ſomnium vidiſſe. Hoc autem eſt *in quiete viſere*, pro quo Hygin. fab. 91. in. *uxor praegnans in quiete vidit, ſe facem ardentem parere;* alii etiam *per quietem* ſ. *ſomnium videre.* Sic Cicero de divin. 1, 24. in. *ſecundum quietem videre*, poſt *in ſomnis.* Vid. praeter Lexica Cannegieter. de Catone ad calcem ed. Arntzen. cap. 13. p. 63. et, qui multa dabit, Torren. ad Valer. Max. 1, 7. ext. 10. *Quies* de ſomno etiam in proſaicis obvium. TZSCHVCKE. Fabula haec praecipue annotata fuit ſub Conſtantino, quando narrat Ammianus 15, 3. virum innocentem ob ſomni relationem fuiſſe condemnatum, qui tunc optabat vixiſſe in Atlantibus. I. GRONOVIVS *MS.*

§. 6. *Troglodytae)* De ſcriptura vid. not. crit. ad 1, 4, 4. Troglitas etiam a quibusdam vocatos probare ſtudet Salmaſ. ad Solin. c. 56. ſ. 60. p. m. 894. Penultimam corripiendam docet Homeri Batrach. v. 205. 212. Cauſam nominis ſubiicit noſter; Euſtath. ad Dionyſ. v. 180. διὰ τὸ τὰς τρώγλας ὑποδεδυκέναι. Hebraeis dicuntur Suchaei, (סכיים) quia סכה non ſolum eſt tabernaculum, ſed et ſpelunca, unde de beſtiis dicitur v. c. leonibus. (ψ. 10, 9. —) Vid. Bochart. in Phaleg 4, 29. in. qui hinc putat, *Sucha* h. *Suachen* in ora rubri maris apud Plin. 6, 34. ſ. 29. inde potius nomen traxiſſe, quam, quod vult Strabo 16. p. 530. ſ. 770. a Sucho conditore. Ita quidem Suchaei vertuntur 2 Chron. 12, 3. a Iudaeis Alexandrinis et in vulgata. Uſitate tamen tales τρώγλαι in V. T. adpellantur חרים. Cf. in primis Hiob 30, 6. et quae de Troglodytis Michaelis, data hic quidem opera, in Syntagm. commentat. Goettingenſ. p. 195 ſqq.

Faber in Archaeologia Hebraeorum T. 1. fect. 2. et ad librum Beobachtungen über den Orient T. 2. p. 249. Bellermann in Handbuch der Bibl. Literatur T. 1. §. 24. aliique adtulerunt. Tales autem cavernas antiquiffimis hominibus tribuit Perizon. in Orig. Babyl. cap. 3. p. 35. et inde fabulas de hominibus ex terra natis deducit. Sic producuntur in Hannonis periplo p. 3. Hudf. et fub Eremborum nomine, de quo infra, apud Homerum Od. 4, 85. Caufam quaerit Bruce in Reifen Vol. 1. p. m. 422 fq. in diluvii metu et diuturnis pluviis in Nubia, in cuius montibus fupra Meroen confederint, unde ulterius ad Meridiem migraffe. In variis autem regionibus commemorantur, quod iam ex Cellarii Geogr. ant. 4, 1, 16. intelligitur. Ita occurrunt inter Scythas ad Iftrum, ubi et Crobyzi vocantur (Strabo 7. p. 220. f. 318. Plin. 4, 25. f. 12. Ptolem. 3, 10.) ad Caucafum (Strabo 11. p. 349. f. 506. Schol. Aefchyli ad Prometh. v. 420.) — Sed tum de vitae ritu, non de nomine gentis agitur. Nempe qui in fpeluncis olim habitarunt, fuerunt multi. Sic Ichthyophagi, (Strabo 16. p. 532. f. 773.) conf. Agatarchide de rubro mari (cap. 17. p. 32. Hudf.) Pygmaei fupra Aegyptum, unde Nilus fluit, (Ariftotel. Hift. An. 8, 11.) Nili accolae, (Hellanicus tefte Heliodoro in Aethiop. 8, 16. p. 402.) Palaeftinae incolae, de quibus Bachiene in Befchr. von Palaeftina T. 1. P. 1. p. 372. et quos memorat, aliique. Plerumque tamen et folemniter ad Aethiopiam et Arabicum finum ponuntur. (Strabo 1. p. 28. f. 42. 17. p. 534. f. 776. Diodor. 3, 32 fq. Heliodor. in Aethiop. c. l. Ptolem. 4, 8. Plin. 8, 8. et quae Salmaf. ad Solin. p. m. 345. et 561.) Atque hos in Mela intelligendos effe nexus docet, et, quem ante oculos pofitum habere folet, Herodotus 4, 183. ubi adpellantur Aethiopes. Hodie in vicinia regni Fezzan quaeruntur, vel in ipfo illo regno. Vid. Rennel notae ad Hornemann iter ad Murzuk ed. Koenig an. 1802. p. 217. *Beklenfes* nunc eorum regionem inhabitare, putat Lu-

dolfus in commentar. hift. Aethiop. p. 145. Sed cum late fufi fuerint, vix artis limitibus illorum fedes contineri poteft. De moribus multa Artemidorus apud Strabon. 16. p. 553. f. 755. et Diodor. c. l. Omifit nofter ex Herodoto, quam hic notat, infignem pedum velocitatem, qua et equos fuperare tradit Plinius 7, 2. et de fuis Hanno c. l! Cf. etiam Heliodor. c. l. Solin. cap. 60. f. 56. Iidem vero etiam videntur dicti effe *Erembi* apud Homerum Odyff. 4, 84. ubi Schol. explicat παρὰ τὸ εἰς τὴν ἔραν δύνειν, Strabo 1. p. 28. f. 42. et 16. p. 539. f. 784. ἀπὸ τοῦ εἰς τὴν ἔραν ἐμβαίνειν, ubi copiofe de illis eorumque fedibus disputat, quas in Arabia conftituit. Prope Aethiopas producit etiam Avien. v. 271. et hinc nigros vocat. Cf. etiam Euftath. ad Dionyf. v. 180. et Tzetzes ad Lycophron. v. 827. Ceterum prope Arianum, in ducatu Ferrarienfi, aliquot hominum milia in antris fuffoffis etiamnunc habitare, itinera, veluti Zimmermanni, narrant.

ftrident) Quod Ovidius Faftor. 6, 140. attribuit *ftrigibus* alii *vefpertilionibus*, alii denique *ferpentibus*, ut adpareat, undique ingratum fuiffe iftum ftrepitum. I. GRONOVIVS *MS.* De ferpentibus vid. Drakenb. ad Sil. Ital. 2, 537. De iis et vefpertilionibus proprie, quae beftiae tantum id poffunt. Attamen et ad alias transfertur, v. c. *anferes* (Petron. Satyr. 136, 4.) *fues* (Plin. 8, 9.) — et ex comparatione de *puella* Ovid. in A. A. 3, 289. *fonat raucum, quiddamque inamabile ftridet.* De Troglodytis noftris Herodot. 4, 183. τετρίγασι, καθάπερ αἱ νυκτερίδες. Plin. 5, 8. *ftridor, non vox;* Martian. Capella 6. p. 218. *ftridunt, potius quam loquuntur.* Tales populos Africae audivit effe *Febabo* et *Birgu* Hornemann. Vid. ei. Reife nach Murzuk p. 143.

fpecus fubeunt) Plinius: *fpecus excavant. Hae illis domus.* — *Subeunt* apte. Sic Ovid. Metam. 1, 121.

Tum primum ſubiere domus, domus antra fuerunt. Sic idem paſſim, ut Metam. 12, 417. Faſtor. 2, 315. *antra ſubire*, et eodem modo ſaepe *caſas*, *tecta* — *ſubire.*

§. 7. *Garamantas*) A *Garamas*, quod paſſim legitur, ut in Silio Ital. 5, 194. 6, 676. 705. Senecae Hippol. v. 67. Hinc *Garamantum* in genitivo Avien. v. 324. Oroſ. 1, 2. Ex Hebr. גר *gar* ſ. *ger* habitare ſ. advena derivat Bochart. in Phaleg. 4, 3. Dubium facit Schol. Apollonii ad 4, 1494. an a Garamante, an hic a populo nominatus fuerit. In Libya ponunt omnes, at diverſo ſitu. Herodotus 4, 173. ſuper Naſamones ad auſtrum in Macarum confinio, per quos Cinyps fluit. Nec procul ab hoc fluvio oſtentat Ptolem. 4, 6. qui tamen extendit a Bagrada fl. ad Nubam paludem; ipſos autem μέγιστα ἔθνη vocat, ut Herodotus 4, 183. ἔθνος μέγα ἰσχυρῶς. Strabo 2. p. 90. ſ. 131. infra Aethiopas prope Nigritas, Pharuſios et inferius Gaetulos ponit, ut contra Garamantas ὑπὲρ τῶν Γαιτούλων 17. p. 574. ſ. 835. Alio loco, 17. p. 576. ſ. 838. hac ſerie verſus ortum in interiori Libya procedit: Naſamones, Pſylli, Gaetulorum pars, Garamantes, Marmaridae. Quem ſitum noſter illis tribuat, docet 1, 4, 4. etſi illum ordinem mirum, aut dubium cenſet Cellarius in Geogr. ant. 4, 8, 10. quia Gaetulos ultra Garamantas in ortum ad Libyas Aegyptios removeat. Tenet tamen eundem Plinius 5, 8. Alibi (5, 4.) ab Augilis removet 12. dierum itinere, ut fere Herodot. 4, 183. Tacitus Annal. 3, 74. in. ſuffugia Garamantum prope Letinos ponit, quo merito offenditur Erneſti, etſi Leptim parvam non recte hic intelligit. Utique ſub Lepti magna verſus meridiem habitabant, ſed aliquantum remoti, ut ex Ptolemaeo 1, 10. diſcitur, niſi de finibus late propagati populi intelligas. Cum Marmaridis coniungit Flor. 4, 12, 4. et ex alia parte Aethiopas producit Solinus cap. 33. ſ. 30. quibus adnumerat adeo Ptolemaeus 1, 8. Alii magis vage diſiiciunt,

Sic Vibius Sequester p. 35. *Mauros Libyae* facit; templum Iovis Hammonis illis tribuit Lucan. 9, 514 sq. repugnante Strabone 17. p. 577. s. 838. qui ultra Garamantas ad orientem Marmaridas illud adtingere adfirmat, sic ut adeo inter illos intersit. Quod Virgilius Aen. 6, 795. cum Indis coniungit, notare ille voluit remotos utrimque populos, quare etiam Eclog. 8, 44. *extremos* vocat. Ad situm diiudicandum facit *vallis Garamantica* Ptolemaei 4, 6. ad fluvium *Gir*, quam ad radices montani tractus *Dyre* et *Tegla*, ubi habitant populi *Gubas* et *Nubas*, quaesivit Bruce Vol. 2. p. m. 555. Lalande in Memoires sur l'interieur de l'Afrique prope Bournu p. 12 sq. qui in fl. *Gir* agnovit h. le fleuve de Gazelles. Accedit, quod primarium eorum oppidum (*caput* in Plinio 5, 5. et Solino c. 32. s. 29.) *Garama* non procul a fontibus Cinyphis ponit Ptolemaeus 4, 6. Edrisius in Africa p. 137. ed. Hartmanni, in terra *Fezzan*. Recentiores igitur Geographi Garamantum sedem statuunt maxime in regionibus Fezzan, Gaddemz, veluti Harduinus ad Plin. c. l. Shaw T. 1. p. 170. aliique, quos laudat Hartmann ad Edrisium p. 138. H. *Germah* s. *Jermah* primaria urbs regni Fezzan putatur *Garama* veterum. Hornemann vocat *Yerma*. Vid. ei. Reise p. 76. et quae notantur p. 187. Quod quidem in his et similibus populis valet de illo tempore, quo exculti magis et stabiles fuerunt. Regem illorum memorat Plin. 8, 61. s. 40. bella cum Romanis gesta plures, et Corn. Balbi triumphum in primis Plin. 5, 5. De moribus praeter ea, quae noster adnectit, Tacitus Hist. 4, 50. f. *gentem indomitam* vocat, *et inter accolas latrociniis fecundam;* Avienus v. 324. *truces, pernices pedibus et arundinis usu nobiles.* Qui plura cupit, consulat Aldrete antiguedades de Espan. 3, 23. p. 421 sq. Allgem. Welt-Gesch. Vol. 16. p. 227 sq. et eius epitomen T. 5. P. 2. p. 173 sqq.

directa) Narratio etiam ducta eſt ex Herodoto 4, 183. ex quo ad alios manavit. Ita autem ille: ὀπισθονόμοι βόες γίνονται — τὰ κέρεα ἔχουσι κεκυφότα εἰς τὸ ἔμπροσθεν· διὰ τοῦτο ὀπίσω ἀναχωρέοντες νέμονται. *Trogoditam* vocari talem beſtiam deiectis cornibus obliqua cervice depaſcentem tradit Vincentius Bellovacenſis in bibl. mundi Tom. 2. lib. 15. c. 104. p. 1446. ubi deſcribit. At non in una regione eos producunt auctores. Ita Aelian. in Hiſt. An. 16, 33. in Libya ponit prope Indiam, (i. e. Aethiopiam, ut hic pluribus docuit Voſſius) cauſamque hanc adfert, quod praetenta oculis cornua gerant. In Africa torrida omnino Phile de animal. propr. 69, 3. Herodotus ultra Garamantas et Lotophagos. Garamantibus largiuntur Plinius 8, 70. ſ. 45. Solin. c. 32. ſ. 29. Troglodytis tamen idem Plinius 11, 45. ſ. 37. Athenaeus 5, 20. p. 221. auctore Alexandro Myndio, tales boves omnino ponit in Libya, ſed parum credibile cenſet, praeſertim cum nullus alius id tradiderit, Herodoti hic immemor, quem adhibuiſſe alia loca declarant. Diodorus Sic. 3, 50. ultra Cyrenaicam verſus auſtrum deſerta eſſe refert, nec ibi quadrupedes praeter dorcadas et boves (ita ſimpliciter) conſpici. Boves et hodie craſſa quidem duraque cute ibi inveniri teſtatur Marmol in l'Afrique Vol. 1. p. 52. at in cornibus nihil eiusmodi vidit.

certa uxor) Plinius 5, 8. *matrimoniorum exſortes paſſim cum feminis degunt.* Solin. c. 33. ſ. 30. *Garamantici Aethiopes matrimonia privatim neſciunt, ſed omnibus vulgo in Venerem licet.* In re conſentit Martian. Capella 6. p. 218. et olim Herodotus 4, 180. etſi Auſenſibus adſcribit. At idem mos in aliis etiam populis uſum obtinuit, et ipſe Herodotus 4, 172. de Naſamonibus et Maſſagetis idem tradit iisdem fere verbis uſus, et de Maſſagetis antea 1, 216. Sic Diodor. 3, 32. in. de Troglodytis; de Tuſcis Theopompus apud

Athenaeum 12, 3. p. 317. Plura aliorum populorum antiquorum exempla recenſuit Valckenar. ad Herodot. 4, 172. et Fabricius ad Sext. Empir. Pyrrhon. Hypotyp. 3, 24. omninoque Cicero de invent. 1, 2. de hoc incultorum populorum more ſic: *nemo nuptias viderat legitimas; non certos quisquam adſpexerat liberos.* Nec deſunt hodie exempla barbarorum populorum in itineribus obvia. TZSCHVCKE. Habet hoc Ariſtoteles de rep. 2, 3. f. qui haud dubie id duxit ex antiquioribus, ut pateat, non utique debere intelligi de Pomponii Melae aetate, quamvis ita loqatur. I. GRONOVIVS *MS.* Hic omnino Λιβύων κοιναὶ γυναῖκες; et poſt ait τὰ τέκνα διαιρεῖσθαι κατὰ τὰς ὁμοιότητας.

colant) Eadem cura habeant, qua ſolent parentes liberi. Sic loquitur Curtius 4, 14, 6. *in militibus colendis ornandisque.* Quod verbum ibi non notat reverentiam, ſed modum inſtruendi. I. GRONOVIVS *MS.* 1. Nempe de officio etiam dixerunt, quod maiores minoribus praeſtant, ornando disciplinis, formando moribus, adiuvando liberalitatibus, ut apud Liv. 2, 22. f. Sic Curtius 4, 14, 6. I. GRONOVIVS *MS.* 2. Plura adpoſita in not. criticis. Solinus c. 33. f. 30. *filios tantum matres recognoſcunt. Nam paterni nominis nulla eſt reverentia.* Idem fere apud Limyrnios, ignotos populos, valuiſſe narrat Nicolaus Damaſc. de moribus Gr. h. v. Communes enim ait habere uxores, et natos inde liberos ad annum 5. communi ſumtu nutrire; tum convenire, καὶ τὰς ὁμοιότητας πρὸς τοὺς ἄνδρας εἰκάζειν, et ſuos quemvis inde ſumere. De tali autem ſimilitudine inter parentes et liberos, ſi quis loca veterum legere cupiat, conlegit multa Germanus ad Virgil. Aen. 5, 576. Ceterum alia tradit Herodotus c. l. Nempe cum infans apud mulierem robuſtior factus fuerit, congregatos viros ex ſimilitudine iudicare, cuius vere ſit.

§. 8. *Augilae)* Ptolem. 4, 5. Αὐγύλαι, ubi vero cod. Medic. notante A. Gronovio ad 1, 4, 4. per ι. *Augylae* tamen legitur etiam in Plinio 5, 4. et 8. Solino cap. 34. f. 31. Sed *Augilae* Martian. Cap. 6. p. 218. quae fcriptura verior videtur, cum et fic nomen urbis (Αὔγιλα) efferatur in Ptolemaeo, ut in Herodoto 4, 172. et 182. Stephano, in quo literarum feries probat. Attamen ob Plinium, et quod in vetuftis Solini libris *Augulae* exftet, alteram fcripturam praefert Salmaf. in Solin. p. m. 292. Ab *Augilis*, urbe, folum gentile Αὐγιλίτης novit Stephanus. Sed nec altera forma analogiae repugnat, ut exemplis fimilibus probavit Salmafius c. l. et ex eo Berkelius ad Stephan. p. 196. ad quae ufus aliorum accedit. Si fitum quaeras, Herodotus 4, 182. decem dierum itinere a Garamantibus feiungit; Plinius c. l. refert 12 dies, et haec addit: *Augylae ipfi medio fere fpatio locantur ab Aethiopia, quae ad occidentem vergit, et a regione, quae duas Syrtes interiacet, pari utrimque intervallo*, ex quibus coniicit Harduinus ad Plinium, ibi nunc effe *Biledulgerid* defertum, qua regioni inter utramque Syrtim fubiacet. Rectius nuper Hornemann locum conftituit eodem hodie nomine adpellatum, *Augila*, cui verfus feptemtrionem eft defertum Barka, et defcripfit. Vid. eius Reife nach Murzuk p. 46 fqq.

manes) Plin. 5, 8. *inferos tantum colunt*, uti Solinus c. 33. f. 31. et Martian. Cap. 6. p. 218. Herodotus 4, 172. fic: μαντεύονται ἐπὶ τῶν προγόνων φοιτέοντες τὰ σήματα καὶ κατευξάμενοι ἐπικατακοιμέωνται. Sed de Nafamonibus haec refert, ut aliqua ex fequentibus Tertullianus de anima cap. 57. qui et alios veteres auctores hac de caufa excitavit. Melam igitur notarunt hic Pintianus et Ciacconius, alibi Salmafius ad Solin. p. m. 292. Voffius de Theologia gentili 1, 11. — Contra Voffius, ut auctoritas Melae fuftineatur, con-

tendit, Augilas esse Nasamones; Augila enim esse oppidum Nasamonum, idemque satis ex Herodoto conligi posse. Certe Augila utrique populo tribuit Ptolemaeus 4, 5. et Augila Nasamonas palmas decerptum, quibus ille ager abundet, comprobante id nuper Hornemanno, petere, adfirmat Herodotus, quam quidem erroris caussam Melae fuisse iudicat Pintianus, cum diversi illi fuerint, etsi contermini, quod adparet ex Ptolemaeo. Vix igitur indiligentiae immunis esse videtur noster, quod et censuit Wernsdorfius in excursu 10. ad Prisciani perieg. p. 582. Accurate magis versatus hic est Tertullianus. Aliam accusationem ex memorato manium cultu divino instruit Ciacconius, quippe quem etiam sic ignoret Herodotus, et optimorum tantum virorum et iustissimorum animabus tribuat, quod quidem Vossius nimis argutum censet, tum Plinium, qui *inferos* hic omnino posuerit pro manibus, contra Salmasium ad Solin. p. m. 293. tuetur, cum *Dii manes* et *Dii inferi* promiscue in lapidibus occurrant, *Diique superi* et *inferi* in auctoribus saepissime obponantur. Sed haec prolixius disputata ad Plinii locum proxime dicta valent. TZSCHVCKE. Quales sint manes Dii, patet satis clare hic ex mentione tumulorum, quod scil. illic dormientes crediderunt, esse instar templi, in quo, aut circa quod hi qualescunque Dii versarentur, quos non possumus alios intelligere, quam quos Romani dixere *sub umbris mortuorum;* quae opinio clarissima est in antiqua inscriptione apud Sponium in Miscell. eruditae antiqu. p. 333. ubi aliquis dedicavit *monumentum suum sempiternum Diis manibus suis.* Id quod magis inde apparet, quod, cum Philippus circa Athenas disiecisset sepulcra prae ira, et Athenienses de hac re quererentur apud Romanos, dicunt *nudatos Deos manes* apud Livium 31, 30, 5. I. GRONOVIVS *MS.* Manifestum, designari hic certorum tantum hominum, qui mortui sunt, veluti iustissimorum et fortissimorum hominum, ut et

maiorum ſuorum animas, ſeu Deos Manes. Sic Tacitus Annal. 3, 2. de unius Germanici funere: *Obvii victimas atque aras Diis Manibus ſtatuentes lacrymis et conclamationibus dolorem teſtabantur.* Saepe tamen haec vox notat etiam in univerſum omnes Deos inferos. Vide me ad Sanctii Minervam 4, 16, 3. et ipſum Sanctium de hoc quoque Melae loco iſtic agentem, ut et Salmaſium ad Solin. p. 412. [ſ. pag. 293.] Plinius autem et Solinus dicunt, *Augilas tantum inferos colere*, ſatis profecto ambigue. Nam certe, quando haec ſimpliciter ita, ſeu generaliter leguntur, ut leguntur, nemo non illorum verba accipiet de omnibus in univerſum Diis inferis, quae certe mens Melae, quem illi ſequuntur, non fuit. Ceteroquin non negaverim, poſſe etiam *inferos* vocari defunctorum animas. Veluti in eleganti epiſtola Servii Sulpicii ad Ciceron. 4. Famil. 5. de mortua eius filia: *Quod ſi quis etiam inferis ſenſus eſt, qui illius in te amor fuit pietasque, hoc* (ut te triſtitiae dedas) *certe illa te facere non vult. Da hoc illi mortuae.* PERIZONIVS. De vi vocis haec Servius ad Virgil. Aen. 3, 63. *Quidam* Manes *Deos infernos tradunt; quidam alios* Manes, *alios* Deos infernos *dicunt; plurimi* Deos coeleſtes *ut vivorum, ita* Manes *mortuorum tradiderunt.* Plura dabit Voſſius in Etymol. p. 308. h. v. Recte vero ex nexu ſequentium expoſuit Perizonius adiutus ab Herodoto, etſi eum Mela minus accurate reddidit. Quod nempe ille de optimorum tantum Manibus praedicat, hic ad Manes in univerſum refert. Ceterum et hodie eandem ſuperſtitionem dominari, narratur in Allgem. Reiſen T. 3. p. 628. Cf. etiam de mortuorum reverentia in regno Congo Cavazzi in relation hiſtorique de l'Ethiopie occidentale par Labat T. 2. p. 159.

d e i e r a n t) Valde iurant, ut explicat verbum Donatus ad Terent. Eunuch. 2, 3, 39. Vid. Broukhuſ. et Burmann. ad Propert. 4, 3, 44. *Per* etiam alibi

additur, de quo cf. Bunemann. ad Lactant. 1, 11, 3. ubi tamen libri quidam omittunt.

incubuere) In tumulis dormierunt. GRAEVIVS *MS.* Herodotus c. l. ἐπικατακοιμέωνται. *Incubare* autem, notante Servio ad Aen. 7, 88. proprium eorum, qui dormiunt ad accipienda refponfa. Plura dabit Villoifon. in prolegom. ad Homer. p. 51. Sic, qui Calchantis oraculum confulunt, mactati arietis corio indormiunt (ἐγκοιμώμενοι) Strabone tefte 6. p. 196. f. 284. Idem de Iudaeis ex Mofis praecepto 16. p. 523. f. 761. et alibi. Hinc 11. p. 350. f. 508. μαντεῖον ἐγκοιμωμένων. Nempe ἐγκοιμᾶσθαι, ἐγκοίμησις folemnem in hoc habent ufum. Cf. Wefleling. ad Diodor. 1, 53. et de *incubare* viri docti ad Virgil. c. l. Hinc et χαμευναὶ et fimilia dicuntur. In primis incubationes illae captandorum fomniorum caufa in aegrotis valebant, de quibus ad Strabonem 14. p. 447. f. 650. Quantum vero fomniis omnino veteres tribuerint, fatis notum eft vel ex Artemidoro et Cicerone de divinatione.

patere) Signate ad pronam libidinem. Ceterum idem, fed de Nafamonibus, refert etiam Herodotus 4, 172. νόμος ἐστὶ τὴν νύμφην νυκτὶ τῇ πρώτῃ διὰ πάντων διεξελθεῖν δαιτυμόνων μισγομένην. Adtingit etiam munera; de ceteris filet. Sic vero Adyrmachidae prope Aegyptum regi nupturas offerebant. (Herodot. 4, 168.) Simile de Armeniis Strabo 11. extr. de Lydis Herodot. 1, 93. de Cypriis Iuftin. 18, 5, 4. ubi plura conlegit Berneccerus. De libidine barbararum feminarum multa et hodie in itineribus narrantur.

§. 9. *Gamphafantes)* Melam hic ex more fequuntur Plinius 5, 8. Solinus cap. 34. f. 31. Martianus Cap. 6. p. 218. Alii de Garamantibus referunt, veluti Herodotus 4, 174. Stephanus h. v. Euftath.

ad Dionyſ. 217. Fundus rei in Herodoto, qui haec habet: πάντα ἄνθρωπον φεύγουσι, καὶ παντὸς ὁμιλίην· (hactenus inde repetit Stephanus) καὶ οὔτε ὅπλον ἐκτέαται ἀρήϊον οὐδὲν, οὔτε ἀμύνεσθαι ἐπιστέαται. Quos auctores ſic conciliandos cenſent Pintianus et Ciacconius, ut in Herodoto et aliis Gamphaſantes reponatur, invito Salmaſio ad Solin. p. m. 293. adnuente contra Valckenario ad Herodotum. Utitur certe Pintianus ad evincendam ſententiam ſuam argumentis haud invalidis. Nempe Garamantes habuerunt urbem Garama, de qua ſupra; omnia Romanis armis ſuperata ſunt poſtea; (Plin. 5, 5.) in exercitu Hannibalis Garamantes paſſim a Silio commemorantur, ex quo adparet, arma utique tractaſſe; denique gentem magnam vocat Herodotus 4, 183. quod ſine commercio aliorum cogitari nequit. Salmaſius tamen vindicat Herodoti lectionem ex ſitu ibi notato prope Naſamones ſ. Pſyllos, quem et alii iis tribuunt. Probant Holſten. ad Stephan. p. 80. et Berkelius p. 262. Tum vero Mela alios ſecutus eſt, uti omnino in his ab Herodoteis diſcrepat, adeoque Blemyas ſubiicit, quos ille plane ignorat. *Gamphaſantes* tuetur ipſe Mela 1, 4, 4. Situs vix definiatur. Si tamen ſeriem inſtitutam perſequitur, in interiori Libya propius ad Aegyptum habitarunt.

ingenii) Eiusdem naturae, eorundem morum. GRAEVIVS *MS.* Sic 1, 19, 6. *colentium ſaevum ingenium* pro quo deinceps *mores* ponit. Et ſic alii.

§. 10. *Blemyis)* De ſcriptura dictum in notis criticis ad 1, 4, 4. Adde quod a Graecis vocari ſolent Βλέμυες, a Latinis plerumque *Blemyae.* In Herodoto non occurrunt, quare aliunde ſua petiit Mela. Nomen a Blemye, uno ex tribus Deriadae ducibus, qui cum ipſo contra Herculem militarunt, derivat Stephanus cumque eo Euſtathius ad Dionyſ. v. 220. Cf. etiam Nonnus lib. 17. f. et Etymol. M. h. v. Illis ſedes adſignat Era-

tosthenes apud Strabonem 17. in. infra Meroen a Nilo ad mare rubrum in Aegypti confinio, et coniungit in eodem tractu Megabaros, ut Ptolemaeus 4, 8. vicinos facere videtur, etsi Megabarados vocat et Nubas adiungit cum Eratosthene etiam; nec discrepat ipse Strabo p. 563. s. 819. ubi Aethiopes dicit. Prope Nili catarrhactas ponit Ammian. 14, 4. (cf. et Dionys. v. 220. et ibi Eustathius) cum Meroe et Syene iungit Claudian. de Nilo idyll. 4, 19. prope Elephantinen Procopius de B. Pers. 1, 19. Cum Nasamonibus et Lethophagis (sic) coniungit Geogr. Ravenn. 3, 3. et se nunquam civitates in ea patria legisse adfirmat. Posteriori igitur aetate mutatis sedibus propius ad Aegyptum a mari rubro removentur. Cf. etiam Agathemer. 2, 5. et Solin. c. 34. s. 31. qui nostros ab iis diserte distinguit, qui vicina rubro mari accolebant. Hinc Zosimus 1, 71. in. narrat Ptolemaida, Aegypti urbem, in seditione adiuvisse, quam etiam, et Copton post tenuerunt (Vopiscus in Probo c. 17.) et a Probo victos fuisse, tum et ad eos coercendos Diocletianum ab Oasi ad Elephantinen Nobatas migrare iussisse. Stephanus omnino Libyae gentem dicit; Eustathius c. l. propius Aethiopiae admovet. Si quid igitur de vago illo populo (cf. Ammianus c. l.) statui potest, situs eorum antiquus quaerendus videtur in confinio Nubiae et Abyssiniae. Eorum vitam vagam et incultam describit Ammianus c. l. humana Solis sacrificia notat Procopius c. l.

capita absunt) Plin. 5, 8. *capita traduntur abesse, ore et oculis pectori adfixis.* Similia Solinus c. 34. s. 31. et Martianus lib. 6. p. 218. hi omnes Melam secuti, qui, unde petierit, latet. Fabulae manifestae origo ea fuisse videtur, quod illi genti brevius collum fuit, ut caput cum pectore cohaerere videretur. Cf. etiam de Pauw recherches sur les Americains T. 1. p. 153. et Robertson de America P. 1. p. 344. Quidam tamen volunt, sine rege fuisse, vel vestibus caput involvisse,

alii etiam cerebro ac ſenſu caruiſſe. Vid. Marcus Mappus in hiſt. medica de acephalis. (Argentorati 1687. 4.) Singulare tamen aliquid in iis deprenſum fuiſſe, adparet ex Vopiſci Probo cap. 17. in. ubi haec: *Blemyas etiam ſubegit, quorum captivos Romam transmiſit, qui mirabilem ſui viſum ſtupente populo R. praebuerunt.* Vere autem tales fuiſſe, quales a Mela deſcribuntur, credidit bonus Auguſtinus de civ. Dei 16, 8. idemque adeo Serm. 37. ad fratres in Eremo p. 3. (T. 6. ed. Pariſ.) ſe ibi tales vidiſſe ſcribit. Sic Harduinus ad Plinium notat, hodieque referri a rerum Indicarum ſcriptoribus, tales in occidentali India conſpici. Certe in codice ſcholae Miſnenſis oppidanae epiſtola presbyteri Iohannis ſervatur de miraculis Indiae, in qua haec leguntur: *Homines habentes ſine capite os et oculos in pectore, quorum latitudo ſunt* XII. *pedes, longitudo vero* VII. *pedes et* XII. *palmae;* unde alia portenta hominum ſubiicit. Sic Gonzalez in interpretatione Melae Hiſpan. p. 265. refert, Gualtherum Ralegh, Anglum, talem populum inter Braſiliam et Peruviam deprendiſſe, talemque ſpeciem ex eo aeri inciſam adpoſuit. Sic tales homines in inſula in Briſone fluvio naſci tradit etiam Gervaſius Tilberienſis in otiis imperialibus deciſ. 3. n. 75. p. 985. (T. 1. in Leibnitii ſcriptorr. rerum Brunſuicenſ.) Sed taedet de his nugis plura addere.

praeter effigiem) Debuerunt ergo eſſe Satyri Africani alii, atque illi, quos Graeci paſſim ponunt in choro Bacchi, quorum effigiem cernimus in gemma, quam Caſaubonus protulit in erudito ſcripto de Satyrica Graecorum Poeſi, ubi certe tota ſublimior pars corporis eſt humana, praeterquam quod aliquid cornuti appareat in fronte. I. GRONOVIVS *MS.* De noſtris eadem Plinius 5, 8. Solinus c. 34. ſ. 31. Martian. 6. p. 218. ſuo quisque modo. Ad Sullam adductum fuiſſe Satyrum, quem prope Apolloniam in Illyrico ſomno correptum ceperant,

narrat Plutarch. in vita cap. 27. eum fuiſſe addit, qualem fingant, et vocem edidiſſe aſperam equinae hircinaeque ſimilem. Vid. Philoſtrat. in vita Apollonii 6, 27. ubi ſimilia iactantur, et Satyrorum forma et rei veritas adſtruitur. Alia dabit Caſaubonus 1, 2. c. l. et in notis Crenius et Rambachius. Tales fuiſſe videntur, qui, ſilvis innutriti, ab hominum conſortio remoti, vitam egerunt; ni ipſi ad ſimias relegari debent, in quibus ponit etiam Plinius 7, 2; 8, 80. ſ. 54. Cf. etiam Bochart. in Chan. 1, 18. et Vitringa ad Ieſ. 13, 19. — Redeunt infra 1, 9, 6. cum Panibus.

Aegipanum) Satyrorum Aegipanumque in Libya eodem modo, iisdemque pene verbis meminere Plinius, [5, 8.] Solinus [cap. 34. ſ. 31.] et Martianus Capella; [lib. 6. p. 215.] nemo tamen addit, qualis fuerit forma Aegipanum. Poſteriores duos ignoraſſe, facile crediderim: an vero etiam Plinius ignorarit, non attinet quaerere. Sane neque in forma huius monſtri conveniunt, ſi tamen monſtris ſunt accenſenda, quae ſunt mera Graeculorum commenta. Salmaſius in notis ad Solinum [p. m. 295.] ex parallelis minoribus Plutarchi [Vol. 7. 256. ed. Lipſ.] adſtruere conatur, Aegipana illum eſſe, quem Romani Silvanum vocant. Sed vero valde infirmo nititur tibicine; neque enim quidquam certius, quam libellum iſtum eſſe prorſus indignum Plutarcho. — Et profecto tantum inter ſeſe differunt Silvani et Aegipanes, ut difficilius aliquid reperias, in quo conveniunt, quam in quo discrepant. Aegipanes enim non ut Silvani cum facie humana pingebantur, verum caprina prorſus, imo αὐτόχρημα capri erant ſuperne. Pingebantur praeterea cum cauda piſcis. Cauſa nominis haec eſt. Aegipan Iovis filius ex capra Boeotia eſſe fingitur, quam etiam Oleniam vocavere. Alii Iovis collacteum faciunt, natumque ex Aega Panis coniuge. Hinc Aegipana dictum aiunt. Iuviſſe hic dicitur Iovem in bello contra Typhonem. Quia

autem primus invenit concham marinam, qua inflata terrorem Panicum iniecit, ideo caudam piſcis huic adfingi. Huius imaginem in coelo aiunt eſſe Capricornum. Theon ad Aratum [in Phaenom. v. 283.] Scholiaſtes Germanici. [p. 69. ed. Buhlii.] Ita quoque Hyginus [in Poet. Aſtron. 2, 28.] et alii, [cf. Eratoſthenes in Cataſteriſmis c. 27,] licet in ceteris huius fabellae partibus non conveniant. Cauſam caudae ex inventa concha marina reddit idem Theo; [c. l.] aliam reddit Hyginus et Germanici Scholiaſtes. Aegipanum vero crebrae effigies occurrunt in antiquis Aegyptiorum monumentis, nempe Satyri αἰγοπρόσωποι οὐρὰν ἰχθύων ἔχοντες. — VOSSIVS. Quae admixtis aliis prolixe de Silvanis disputat, huc fere redeunt: Interdum iidem ſunt, qui Panes, quando cum fiſtula, ſyringe et corona pinea adparent. At cum ſunt αἰγοσκελεῖς Silvani, uti in multis antiquis marmoribus videre eſt, iam non Panibus, ſed Silenis ſunt adnumerandi. Reliqua hinc aliena. Cf. Geſnerus in comment. 1. de Sileno Vol. 4. comment. Goetting. p. 20. et quae habet Lucian. in Deor. concilio cap. 4. de discrimine Panis, Sileni et Satyrorum, et quae monuit Perizon. ad Aelian. V. H. 3, 18. cum Caſaubono de Satyrica Gr. poeſi p. m. 50. et 60. *Aegipan* in caſu recto legitur in Hygino fab. 155. f. Martianus Cap. 6. p. 215. *Aegipanus* videtur probaſſe, quia dicit *Aegipanis* in ablativo plurali, etſi alibi agnoſcit etiam *Aegipanes*. Αἰγίπαν in Lex. Cyrilli redditur *ſemicaper*, de quo cf. et Munckerus ad Hygin. c. l. Capricornum in coelo haberi notavit Voſſius, et diſerte adfirmat Hygin. in poet. aſtron. 2, 28. in. Talis vero non in Aegyptiorum ſolum monumentis conſpicitur, ſed et in Romanorum numis, Auguſti maxime, qui, ſecundum Sueton. cap. 94. f. hoc ſidere natus fuerat. Vid. Raſche Lex. num. T. 1. P. 2. p. 351 ſq. Iidem et Panes promiſcue etiam paſſim dicuntur, uti fit in fabularum fluctuatione. Sic Mela hic et 1, 4, 4. habet *Aegipanes*; at 3, 9, 6. *Panes*. Contra ubi noſter *Panes* producit,

Plinius 5, 1. 6, 35. f. 30. *Aegipanes* fubftituit. Alii tamen diverfos faciunt. At discrepant utique a Silvanis, quorum facies humana, cum Aegipanum fuerit caprina. Omnino autem fingebantur *αἰγοπρόσωποι, οὐρὰν ἰχθύων ἔχοντες*, ut Capricorni fpecies, faepius expreffa, declarat. Sed mitto has fabularum nugas. Hoc unum addo, quod Plutarchus in Gryllo (Vol. 10. p. 119. ed. Lipf.) credidit, haec et fimilia monftra ex coitu hominum cum beftiis prognata effe. Et fic hodie paffim tales homines cum caudis commemorantur. Ita Gemelli Careri in voyages T. 5. p. 68 fq. tradit, in infula Mindoro prope Manilam effe homines eius formae. Plura Buffon in Allg. Natur-Gefchichte T. 6. p. 44 fq. (ed. Berol.).

quae celebratur) Plin. 5, 8. *Aegipanum, qualis vulgo pingitur, forma;* ubi cf. Harduinus et Banier Götterlehre Vol. 3. pag. 666. Linneus *Mangianos* longis comis caudisque inftructos hac forma excepit. Simiae potius habendae funt, quarum aliquae hominum externam fpeciem referunt, veluti *Orangoutang* f. *Pongo Jocko*, de quibus fufius quaerit Buffon in Gefch. der Thiere T. 17. p. 170 fqq. (ed. Berol.)

CAP. IX.

PARTICVLARIS ASIAE DESCRIPTIO AEGYPTVS.

§. 1. *prima pars)* Non fcilicet tota; nam Mela illam nec Afiae, nec Africae adnumerat, quum c. 4. dixerit, Africam Nilo terminari. I. GRONOVIVS *MS.* 1. Nilo et alios utramque terrae partem terminare fupra notatum eft, cuius caufa cum Strabone 1. p. 22. f. 32. in eo quaerenda videtur, quod verfus meridiem longiffime porrigitur magnaque eft latitudine, ut praetendi Africae, fi quis a maribus vel fluviis terrarum regionumque fines

constituere velit, commode possit. Qui tamen ipsam Aegyptum, nulla Nili habita ratione, spectant, et continentem continenti obponunt, Aegyptum vel Asiae tribuunt, vel ad Africam reiiciunt. Prius volunt Herodotus 2, 17. Plinius 5, 9. s. 4. Solinus c. 34. s. 31. extr. Martianus Cap. lib. 6. p. 218. Africae partem facit Ptolemaeus 4, 5. et lib. 8. in Africae tab. 8. et sic omnes, qui Africam ab Asia Sirbonide lacu et sinu Arabico disterminant, ut Agathemer. 2, 2. Cf. et Strabo lib. 1. p. 24. s. 35. Sic vero posteriori etiam aetate disceptatum esse, cui terrarum orbis parti adscriberetur, patet ex Geogr. Ravenn. lib. 1. f. qui tamen ipse post in Africa recenset, uti Abulfeda, Edrisius. Recentiores Geographi Africae adsignant. Cf. etiam supra ad 1, 2, 2. et 1, 4. in.

Aegyptus) Gr. Αἴγυπτος; Hebr. מצרים, nostris vulgo *Egypten*, rectius quidem *Aegypten*; sed et haec et aliae formae ex Gallo-Francorum lingua ad nos defluxerunt. Antiquissimum nomen et primum a Chamo, Noachi filio, fuit impositum; (cf. ψ. 78, 51. —) usitatius Mizrajim a Chami filio, de quo vid. Perizon. in origin. Aegypt. c. 1. p. 5 sq. A Mizrajim Μεστραΐα eadem dicta est, uti docent Eusebii Chron. in vita Mosis, Syncellus p. 30. s. 37. p. 33. s. 41. ubi vid. Goar et Hartmann. ad Edrisii Africam p. 324. In Graecis varia antiquitus nomina gessit, quae cognomina potius habenda sunt, ut in aliis regionibus et insulis observatur. Talia sunt Ἀερία, Ποταμία, Αἰθιοπία, Ὠγυγία, Μελάμβωλος, Ἡφαιστία, quae memorat Eustath. ad Dionys. v. 239. Idem etiam ad Homer. Il. 1, 42. p. 28. Bas. Μελαμπόδων χώραν dictam refert. Quod successit Aegypti nomen, ductum volunt ab Aegypto rege (Diodor. 1, 51.) Beli filio (Eustath. ad Il. 1. c. l.) Danai fratre. (Syncellus p. 33. s. 41.) Ad Grammaticorum argutias relegandum, quod παρὰ τὸ αἶγας πιαίνειν adpellatam scribit Eustathius ad Homer. Odyss. 4, 355. p. 173. Bas. Sed ne his immorer,

plura aliaque dabunt auctores hiſtoriae univerſal. T. 1. p. 362. Ditmar Beſchr. des alten Aegyptens init. De eius ambitu et diviſione veterum auctorum loca exhibuerunt iidem, quibus addi poteſt in primis d'Anville in Memoires ſur l'Egypte ancienne et moderne, et quos ex recentioribus maxime produxit Hartmann ad Edriſii Africam p. 325 ſq. alia in ipſa Melae narratione obiicientur. Quia Nilus dextra laevaque diviſus inferiorem eius partem amplexu ſuo determinat, quosdam Aegyptum inter inſulas retuliſſe ſcribit Plinius 5, 9. ſ. 4. certe maximis adnumerat Hygin. fab. 275. et Nili inſulam vocari poſſe ait Martian. Cap. lib. 6. p. 218. unde etiam δῶρον τοῦ ποταμοῦ cum aliis dicit Euſtath. ad Dionyſ. v. 222. Sed cf. Herodot. 2, 5. Ariſtotel. Meteorol. 1, 14. Diodor. 3, 3. Manilius Aſtron. 4, 774. Germanicus in Arati phaenom. v. 235. de Delta maxime, et quae ad Diodorum notavit Weſſelingius. Operoſe idem adſtruere nititur Shaw in itin. T. 2. p. m. 185 ſqq. Qualis in numis adpareat, veluti crocodilo, ibide, ſiſtro, loto, Nilo aliisque ſignis adpoſitis, docebunt Raſche in Lex. num. T. 1. P. 1. pag. 115 ſqq. et Eckhel. in doctrina num. P. 1. Vol. 4. p. 29 ſqq.

immiſſa) Declarat hunc locum Plinius 5, 9. his verbis: *Proxima Africae incolitur Aegyptus, introrſus ad meridiem recedens, donec a tergo praetendantur Aethiopes.* Sic Mela 3, 8. [§. 3.] de Arabico ſinu: *Init penitus introrſusque, dum Aegyptum paene et montem Arabiae Caſium attingat.* Solinus cap. 32. [ſ. 35.] *Aegyptus a meridie introrſus recedit, quoad praetendunt Aethiopes a tergo.* Martianus [lib. 6. p. 218.] *Verum Aegyptus introrſus ad meridiem tendit, donec a tergo Aethiopes adverſentur.* CIACCONIVS. Ab hoc litore maris Aegyptii longius porrigitur, longeque in interiores regiones patet. Translatio ſumta eſt ab equis, quorum frena cum relaxantur, dicuntur *immitti.* Ovid. Metam. [1, 280.]

Fluminibus veſtris totas immittite habenas. [Cf. Virgil. Aen. 6. in.] Inde, quoniam frena remiſſa largius porriguntur, transtulit Pomponius ad regionem, et dixit *penitus immiſſa* i. e. longiſſime in interiora porrecta. GRAEVIVS *MS.* uti et ſummatim I. GRONOVIVS I. et BVRMANNVS *MSS.* Similem ex noſtro locum excitavit Ciacconius, alium I. Gronovius MS. Addi praeterea poſſunt 2, 2. in. 2, 6, 1. 2, 7, 12. 3, 4. in. Nempe ita de extenſione in longitudinem dici ſolet. Cf. ad 2, 7, 5. *Penitus* auget, et ſic Gellius 9, 4. *penitiſſimos Scythas* dixit. In ipſa re conſentiunt etiam alii, et Ioſephus de B. Iud. 2, 16. ita idem Graece refert ſic: ἐκτεινομένη μέχρις Αἰθιόπων. Ceterum terminos hic Aegypti Noſter conſtituit ab oriente Arabas, ab occaſu catabathmon, a meridie mare internum, a ſeptemtrione Aethiopiam. TZSCH. Reſpectu proceſſus ab mari ad mediterranea, quum ſic continuetur, donec veniat ad confinia Aethiopiae, quod dicit *dorſo contingere,* quoniam frons ſemper eſt verſus mare. Sic 2, 7. [§. 5.] dicitur *Cypros ad ortum occaſumque ſe immittens,* prout immiſſas comas dicit Pedo Albinov. in mortem Druſi v. 86. I. GRONOVIVS *MS.*

dorſo) Eſt terminus auſtralis, ſicut frons ſeptemtrionalis, nimirum maris Aegyptiaci. Nam ut *frons* illa eſt pars regionis ad mare patens, ſic *dorſum* de oppoſitis finibus et interioribus regionibus. GRAEVIVS *MS.* Propterea vocatur Aethiopia ſub Aegypto. OLIVARIVS.

refugit) Recedit, retrahitur. Refugere, retrahi, recedere dicuntur ea loca, quae introrſum patent, ut ſinus, valles. Auſon. in Moſella v. 323. *Haec refugit, captumque ſinu ſibi vindicat amnem.* Sic *reducta vallis* apud Horatium. [1. od. 17, 17.] GRAEVIVS *MS.* Sic *refugientes terras* ad Pontum Euxinum dixit Plin. 4, 24 ſ. 12. pro quo noſter ſupra 1, 1, 4. *vaſte cedentia litora.* Pro eo Livius et alii dicunt *retractus;* Statius *recedens.*

Vid. Drakenborch. ad Liv. 36, 17, 11. et Gronov. diatribe in Statium cap. 20. p. 107. Sic noſter ſupra 1, 3, 2. de Europa *vaſte retracta*, ubi obpoſitio *prominens* docet, quibus finibus ſenſus verbi contineri debeat.

expers imbrium) Hoc ad aeſtatem referas, ubi tota pluviarum materia a radiorum ſolis prope ad perpendiculum aſſurgentium vi conſumitur; alias pluere in Aegypto indubitatum eſt. VADIANVS. Plinius in Panegyrico: [cap. 30. in.] *Aegyptus alendis augendisque ſeminibus ita gloriata eſt, ut nihil imbribus caeloque deberet.* CIACCONIVS. Hinc Claudian. epigr. 4, 5. *Aegyptus ſine nube ferax imbresque ſerenos Sola tenet, ſecura poli, non indiga venti. Sereni imbres* ſunt irrigationes Nili, quo perfunduntur, irrigantur ac fecundantur agri Aegypti. Vid. Plin. Panegyr. cap. 30. Haec intelligenda ſunt de Aegypto ſuperiore in tractu, qui eſt a Thebis ad Syenen. In inferiore Aegypto pluviae cadunt copiōſae. Inde Martialis 9, 35, 7. *Scis quoties Phario madeat Iove fuſca Syene; Scis quota de Libyco litore puppis eat,* i. e. Scis, quoties pluat in Aegypto ſuperiore. GRAEVIVS *MS.* Seculi noſtri admiratores et hoc quoque antiquiorum ſimplicitati adſcribunt. Una omnes voce contendunt, imbres in Aegypto non minus eſſe frequentes, atque alibi locorum. Alexandriae enim et in itinere Memphin verſus pluvias ſe expertos eſſe continentes, oculati et complures affirmant teſtes. Sed deſinant, rogo, boni viri non veteribus, ſed ſibi illudere. In inferiore Aegypto, quae mari vicina eſt, nonnunquam pluvias deſcendere, non illos fugit. Proclus in Timaeum lib. 1. εἰ καὶ γίγνοιτό ποτε ὄμβρος περὶ τὴν Αἴγυπτον, ἀλλ᾽ οὐ περὶ πᾶσαν, ἀλλὰ περὶ τὴν κάτω γίγνεσθαι εἰώθασιν. Inferiorem vero Aegyptum ne Aegypti quidem nomine, aut vix certe, dignati ſunt Graeci vetuſtiores. Sed in ſuperiore Aegypto nullae cadunt pluviae, in tractu nimirum, qui eſt a Thebis Syenen usque. Hoc eſt illud, quod veteres unanimiter

adfirmant, Ariſtoteles, inquam, Strabo, [lib. 17. p. 543. ſ. 790.] Plutarchus [de facie in orbe lunae p. 704. ed. Lipſ.] aliique. Quaerit vero cauſam Ariſtobulus apud Strabonem lib. 15. [p. 476. ſ. 692.] quare, cum in Syene imbres cadant, intermedia tantum loca pluvia omnino careant. Quaeſtio haec ibi proponitur, ſed non ſolvitur. Ratio tamen eſt manifeſta, quia nempe illa Aegypti pars, ubi nullae cadunt pluviae, plana, humilis, ſicca, arenoſa ac calida eſt admodum, utpote torridae zonae vicina. Vapores itaque, qui a terra arida egrediuntur, cum rari admodum et tenues ſint, aut noctu decidunt in rorem mutati, aut toti ab aeſtu conſumuntur, priusquam in pluviam abeant. At vero tractus Syeniticus, quia excelſus ac montoſus eſt, neceſſario pluviis abundat. Ubi enim montes, ibi nivium et aquarum lapſus perpetui. VOSSIVS. Penuriam pluviae in Aegypto teſtatur etiam Diodor. 1, 41. Heliodor. 9. pag. 423. aliique, quorum loca indicavit Iſaeus ad Lactant. inſtit. 2, 13. In oſtentis adeo converſi imperii praenunciis pluviam delapſam commemorat Dio 51, 17. At non ſolum pluvias demitti, ſed et imbres adeo nonnunquam deiici, docent narrationes recentiorum, quas ſat multas adlegat Faber ad librum: Betrachtungen über den Orient T. 1. p. 4 ſq. T. 2. p. 347. plures Nordmeyer in Calendario Aegypti p. 11. 20. et alibi, ex quorum teſtimoniis diſcitur pluvios menſes eſſe Januarium, Februarium, Martium, Novembrem et Decembrem, quibus Nilus intra ripas ſuas devolvitur. Menſe Aprili pluviam etiam delabi vidit Niebuhr, ut ipſe adfirmat Reiſebeſchr. T. 1. p. 498 ſq. Contra eodem teſte in regionibus Habbeſch et Yemen per aeſtivos menſes Septembrem, Octobrem, Novembrem propemodum quotidie pluit. Inde vero Nili incrementum recte explicat Wansleben in Reiſe nach Aegypten p. 21. (vid. Paulus Sammlung von Reiſen T. 3.) Quod per aeſtatem in Delta Aegypti nunquam pluere ſcribit Volney (Reiſe nach Syrien und Egypten) T. 1. cap. 4. p. 44. ſecus tamen id

eveniſſe anno 1761. teſtatur Niebuhr c. l. etſi id ipſum propter copiam etiam mirum incolis viſum fuiſſe addit. Omnes tamen in eo conſentiunt, in inferiori id tantum Aegypto obſervari, et quo propius ad Thebaida (Said) accedatur, eo etiam rarius et tenuius pluere, (cf. Pococke Reiſen T. 1. p. m. 290.) quod iam veteres noverunt. Hinc Seneca in Nat. Quaeſt. 4, 2. in. *In ea parte, quae in Aethiopiam vergit, aut nulli imbres ſunt, aut rari;* Ariſtides in orat. Aegypt. T. 2. p. 339. ed. Iebb. ψεκάδι ἄνω. Inde vero a Diird pluviam fere eſſe miraculoſam narrant. Et ſic Herodotus 3, 10. tamquam rem inſolitam, neque ante ſe unquam, neque ad ſuam aetatem viſitatam (φάσμα μέγιστον) refert, quod apud Thebas pluerit. Ex recentiori aetate teſtis adeſt Sonnini (Reiſen —) p. 172. et 199. Cf. et Browne (Reiſen, Lipſ.) p. 198. Ea tamen pluviae penuria rore reſarcitur, qui fertilitatem adiuvat. Cauſam a montibus altis ad orientem obiectis petit Maillet (deſcr. de l'Egypte) p. 16. Templemann ad Norden (Reiſen —) p. 123. ab arenoſo ſolo, unde humores adſurgere et in nubes conligi non poſſint. Cf. antea Voſſius.

fertilis) Inde Aegyptus dicitur commune orbis terrarum horreum. GRAEVIVS *MS. Fertiliſſimam frugum* vocat Plin. 21, 50. ſ. 15. tam feracem Plinius in Paneg. cap. 30. in. ut cum feraciſſimis terris quaſi nunquam certet, prior etiam 18, 21. ſ. 10. ut cum centeſimo grano fenus reddat; poſtero tempore Ammianus 22, 15. cum augmento ſeptuageſimo. Et ſic alii. Omnino tanta eius fertilitas a priſcis auctoribus praedicatur, ut quotannis binas etiam meſſes tulerit. Notae ſunt Alexandrinae naves, quae in alias regiones frumentum vehebant, adeo ut Aurelius Victor in epit. 1, 6. ex Aegypto urbi annua ducenties centena milia frumenti Imperante Auguſto inlata fuiſſe narret. Maxime hinc inclaruit Delta. Imminutam eam hodie eſſe incolarum deſidia, infrequentia etiam, Tur-

eorumque tyrannide conſtat. Ubi tamen colitur, prope Nilum maxime, largiſſimas fert meſſes (Granger voyage p. 12. et Maillet deſcr. de l'Egypte, hiſt. natur. p. 2 ſq.) triciesque ſementem reddat. (Sonnini T. 2. p. 306 ſq.) Porro ipſa agricultura mutationem ſubiit, ita ut triticum alio anni tempore, atque olim feratur, in cuius cauſas inquirit Faber T. 2. p. 349. c. l. Frugum autem fructuumque genera, quibus olim abundavit Aegyptus, recenſet Ditmar p. 104 ſq. c. l. ubi etiam de animalibus. Cauſam, ut noſter, tribuunt Nilo, etſi, ut docet Faber T. 2. p. 348. c. l. alteram meſſem, vernam, Nilus ripis ſuis concluſus adiuvare non poteſt, ſed pluvialis aqua in inferiori quidem Aegypto, quam in ſuperiori roris beneficium rependit.

hominum) Frequentia hominum iudicari poteſt ex 20,000 urbibus, quas Amaſi regnante in Aegypto fuiſſe tradit Herodotus 2, 177. ex eoque noſter infra. Sed et omnino Diodor. 1, 31. narrat, quondam in populi cenſu numerata fuiſſe 7,000,000 hominum, ſuaque aetate non infra (ἐλάττους) 3,000,000 cognoverat, quamquam ibi Stephanus et Weſſelingius vocem τριακοσίων propter codicum incertam fluctuationem delendam cenſent, ut priorem numerum minime deminutum adfirmet. Comprobat id Ioſephus de B. Iud. 2, 16. p. 190. Haverc. qui Veſpaſiani tempore adnumerat 7,500,000. cui praeterea deſunt Alexandrini, qui fuerunt 300,000. auctore Diodoro Sic. 17, 52. Cato apud Stephanum ſ. v. Διὸς πόλις huic urbi adeo dat incolas 7,000,000. Cf. Bochart. in Phaleg 4, 27. et infra §. 9. de Thebis. Hodie ita decrevit numerus, ut Browne (in Travels in Africa) p. 7. ſ. in verſ. Lipſ. p. 11. ſupra 20,000 eum adſurgere non putet. Idem omnino Aegypti incolas numero 2,500,000 complectitur; Norry (v. ad Sonnini Reiſen T. 2. p. 433.) habet 4,000,000. maiorem partem Arabes, cum Maillet p. 27. c. l. Arabum quidem fide 20,000,000 adferat.

Sed et idem illum numerum maxime imminutum exiſtimat, cuius cauſae in bellis, peſtilentia et imperii forma quaeri debent. Cf. quae disputat Heyne in opuſc. Acad. Vol. 1. p. 224. et 259.

animalium) Diodor. Sic. 1, 3. [1, 36.] *Terra inculta pecori ad paſtum relicta adeo exuberans herbis, ut oves bis in anno pariant, bis lanam praebeant.* Vide et Solinum. [c. 35. ſ. 32.] Strabo 15. [p. 478. ſ. 695.] *Nilus ceteris amnibus ſecundior eſt, et producit ingentia animalia, tum etiam amphibia. Aegyptiae quoque mulieres interdum uno partu quatuor pueros enituntur; auctorque eſt Ariſtoteles,* [in hiſt. an. 7, 4.] quandam ſeptem *peperiſſe uno partu;* qui Nilum τρόφιμον καὶ γόνιμον [πολύγονον habet Strabo] appellat propter moderatum ſolis ardorem coctionemque relinquentis nutrimentum evaporantisque ſuperflua; qua de cauſa evenire ſolet, ut Nili aquae dimidio minori igne decoquantur, quam ceterae. CIACCONIVS. Feminas fecundare tradunt et alii, quorum loca indicant Bourdelot. ad Heliodori Aethiop. lib. 2. p. 53. et Ludolfus in comment. hiſtor. Aethiop. 1. n. 53, 20. Nili aquis, Iulio et Auguſto auctis, animalia concipi, ex recentioribus tradunt etiam Lucas (dritte Reiſe nach Aeg.) T. 1. p. 250. et Bruynius (voyages au Levant) Tom. 2. p. 102. Ipſa animalia recenſuit praeter alios Pocockius T. 1. p. m. 308 ſq. et adpoſitis veterum locis Ditmarus p. m. 105.

generatrix) Vox rarior. Hinc vero apud Strabonem c. l. vocatur γόνιμος, πολύγονος, (uti apud Diodor. Sic. 1, 10.) τρόφιμος, et Xenagoras teſte Schol. Apollonii ad 4, 262. γονιμώτατον τὸ Νείλου ὕδωρ dixit. Ita vero Moſellam *magnum parentem frugumque virumque* vocat Auſon. in Moſella v. 381. Alias latius *mater, genitrix, altrix* de terra occurrunt.

Nilus) Hebraeis ſimpliciter ex adiunctorum indicio יְאוֹר, (Geneſ. 41, 1 ſqq. —) item נְהַר מִצְרַיִם, (Gen. 15, 18.) uti contra alios evincit Faber ad librum: Beobachtungen über den Orient T. 2. p. 224. porro שִׁחוֹר (Ierem. 2, 18. Ieſ. 23, 3. ubi paullo poſt יְאוֹר) נַחַל quaſi κατ᾽ ἐξοχὴν fluvius, ut Araxes, Cyrus, ubi in regione aut unus eſt, aut certe ille ingens, uti volunt Relandus in Palaeſtina 1, 43. in. Bochart. in Hieroz. p. 764. Druſius ad Geneſ. 15, 18. ſatis refutavit Faber, cum נַחַל de torrente dicatur: Ex Paradiſi deſcriptione Geneſ. 2, 11 ſqq. huc arceſſuntur Φεισὼν, (Chron. Paſchale p. 29. ed. Ven.) *Geon* (Boccatius de flumin. ſ. v. Nilus, et olim Hieronymus) quod coarguit facile Ludolfus in comment. hiſt. Aethiop. 1, 56, 2. p. 119. A barbaris auctoribus uſitate Nilus vocatur, etſi antiquiora adferuntur etiam nomina, in quibus apud ſpurium Plutarchum de flumin. ſunt *Melas*, poſt *Aegyptus*. Pro *Melas* Feſtus h. v. Symmach. epiſt. 1, 8. *Melo*. Secundum Diodor. 1, 19. antiquitus dictus Ὠκεάνη i. e. Graecis Ὠκεανὸς, poſt Ἀετὸς ab impetu, tandem Νεῖλος a rege Nileo, uti tradit 1, 6. Vid. ad priorem locum, quae adnotavit Weſſeling. In aliis alia nomina memorantur, veluti *Siris*, *Aegyptus*, *Triton* in Plinio 5, 11. ſ. 9. ubi cf. Harduinus. *Siris* legitur etiam apud alios et a *Sihor* derivatur; certe Aethiopicum nomen dicitur a Dionyſ. v. 223. cuius originem Graecam monente ibi Euſtathio temere quidam eruere tentarunt. Vid. Iablonski Pantheum Aegypt. T. 2. p. 148 ſqq. *Aegyptum* in primis, ignorato Nilo, vocat Homerus, uti etiam notant Plinius c. l. Pauſan. 9, 40, 4. Diodor. 1, 19, 63. Strabo 1. p. 20. ſ. 29. Heſych. h. v. et quae de hoc diſſeruerunt praeter alios Perizonius in origin. Aegypt. c. l. p. 12 ſq. et Freret in Memoires de l'academie — de Paris Vol. 16. p. 339. *Triton* rarius occurrit. Ita tamen vocatur ab Apollonio 4, 269. Lycophr. v. 119. Quidam etiam *Oſirin* de Nilo explicarunt, ut auctor eſt Plutarchus de Iſide p. 435. ed. Lipſ. quod

ad *Sichor* redire videtur. Cf. de Ofiri Heliodor. in Aethiop. 9, 9. p. 424. ed. Bourdelotii, qui plures ibi memorat. Sed de antiquioribus Nili nominibus confuli poffunt, Euftathius ad Dionyf. v. 222. Mausfacus ad Plutarch. de flumin. p. 766 fqq. Lipf. Ortelius in thef. Geogr. h. v. Lobo in voyage d'Abiffinie (Parif. 1728. 4.) p. 209. viri docti ad auctores indicatos et, ut alios omittam, Muellerus in fatura obfervatt. philolog. c. 1. Manfit receptum *Nili* nomen, quod vel ab Hebr. נחל derivant, (v. fupra) vel a limo (ἰλὺς) advecto (Heliodor. 9, 22. p. 444. Euftath. ad Dionyf. c. l. Boccatius c. l.) vel a Nilo rege, Tantali filio; (Hermippus apud Schol. Apoll. 4, 269. aliis Atlantis apud Euftath. c. l.) Nileum vocat Diodor. 1, 19, 63. Prima Nili mentio occurrit in Hefiodo, (Strabo c. l.) unde eum Homero iuniorem exiftimat Euftathius ad Homer. Odyff. 4, 581. p. m. 187, 49. In numis adponuntur crocodili, hippopotami, papyrus et alia, de quibus Rafche in Lex. num. T. 3. P. 1. p. 1530 fqq. Alia deinceps.

maximus) At quarto libro Herodotus (cap. 50.) Ifter, inquit, omnium, quos novimus, fluviorum maximus. Sed maiorem effe Danubio Nilum ex his intellexi quandoque, qui utrumque amnem haud longe ab oftiis navigarunt; quamquam et ille feptem oftiis Euxinum illabitur, de quibus fuo loco. VADIANVS. Melam in hoc ab Herodoto recte discedere, et omnino Iftrum Nilo effe minorem, recentiores, qui amborum oftia videre, tradunt, et Diodorus Siculus 1, 3. Salluftius *proxima magnitudine Nili effe Iftrum* ait apud Agellium 10, 7. CIACCONIVS. Accurate fic agit etiam Mela, quoniam in Oceanum certe permeant maiores amnes, ut teftantur de Indo et Gange Arrianus et alii. I. GRONOVIVS *MS*. Maximum vocat etiam Diodorus c. l. qui cum ambagibus illi tribuit 12000 ftadia, Strabo 1. p. 22. f. 32. ftadia 1000.

§. 2. *ex desertis Africae)* Ita primus omnium dixit Herodotus lib. 2. [cap. 34.] quem Pomponius hic et infra 3, 9. sequitur. Sed ea opinio Diodoro Siculo [2, 37.] non placet. CIACCONIVS. Ita satis caute loquitur Auctor, quum ignota prorsus illo tempore essent loca, quae scaturigines Nili continerent, nunc satis cognita in regionibus Abyssinorum, [ita Vossius de Nili origine cap. 16. de praecipuis quidem eius fontibus] sed antiquis ita ignorata, ut de vano labore dixerint: *Nili fontes quaerere;* et Ovidius opportune fingit lib. 2. Metam. [v. 255.] Nilum occuluisse caput, quod adhuc latet. I. GRONOVIVS *MS.* Agitur hic quaestio de Nili fontibus. Herodotus 2, 28. adfirmat, se eos ex nemine vel Aegyptiorum, vel Afrorum, vel Graecorum discere potuisse. Unum tantum γραμματιστὴν τῶν ἱερῶν γραμμάτων τῆς Ἀθηναίης eorum scientiam professum esse, nempe in medio duorum montium inter Syenen et Elephantinen, Crophi nomen uni, alteri Mophi, ex immensae profunditatis abysso eum profluere. Explodit id omnino Strabo 17. p. 563. s. 819. diligentius refutat, qui ipse inquisiverat, Aristides in orat. Aegypt. T. 2. p. 545. Iebb. Qui enim ibi sint fontes duo, non esse totius fluvii, nec antiquos, sed ad interiores Aegpyti partes pertinere et ad augendas Nili aquas. Ab Aethiopiae montibus ordiri ait Strabo 17. p. 543. s. 789. Plinius 5, 10. incertis quidem eum fontibus oriri primum scribit, deinde, uti quidem Iuba rex potuerit exquirere, originem ponit in monte inferioris Mauretaniae non procul Oceano, lacu protinus stagnante, quem vocent *Nilidem.* Et sic, qui eum sequuntur Solinus c. 32. s. 35. et Martianus Capella lib. 6. p. 218. ubi vulgo *Hilidem* legunt; Grotii codex *Nilidem.* Idem vero Iuba auctore, et alii repetierunt, quos ad Plinium producit Harduinus. In Pygmaeis tamen aliquos prodidisse narrat Plinius 6, 39. s. 30. Ita certe, quem forsitan innuit, Aristoteles in Hist. An. 8, 12. qui tamen in Meteorol. 1, 13. eum ex Argenteo Monte petit;

Dio apud Zonaram 12, 9. in Atlante fontem habere putat, idemque credidiſſe alios ex Pauſania 1, 33, 4. diſcitur; alii, notante Oroſio 1, 2. haud procul ab Atlante, unde orientem verſus in Aethiopiam feratur, etſi ipſe Oroſius ad alium fluvium id refert; Nilum autem in litore maris rubri e loco, qui Moſſylon emporium vocetur, emergere. De priori opinione, quae ex Atlante evocat, cf. ad Melam 3, 9, 8. Ex Euphrate ſubterraneo meatu huc penetrare quidam teſte Pauſania 2, 5, 2. voluerunt; ex Libya arceſſit Dionyſ. v. 222. Ultra Aethiopiam prope Aethiopes Andropophagos Ptolemaeus 4, 9. Lunam commemorat montem, a quo Nili paludes nives liquefactas ſuſcipiant. In India eius fontes repertos a ſe putabat Alexander M. (cf. Strabo 15. p. 479. ſ. 696.) meliora poſt edoctus, ut narrat Arrian. de exped. 6, 1. fruſtraque etiam per legatos quaeſiiſſe refert Lucan. 10, 272. Ex India tamen ducit Virgil. Georg. 4, 293. Poſt hac de cauſa a Ptolemaeo Evergeta expeditionem in Aethiopiam ſuſceptam fuiſſe, conſtat ex monumento Adulitano, quod praeter alios dedit Chiſhul in antiquit. Aſiat. P. 1. p. 73 ſqq. Nero etiam emiſit, qui fontes exquirerent, dubio tamen eventu, uti diſcitur ex Seneca in Quaeſt. Nat. 6, 8. Aliorum conatus irritos commemorat Lucanus c. l. Adiiſſe tamen aliquos eius fontes ex Eratoſthene refert Proclus in Comment. in Platonis Timaeum p. 37. quem locum praeteriit Seidelius. Plerique veterum ignotos fontes, aut certe obſcuros eſſe ingenue fatentur, in his Diodor. 1, 37. Lucan. 1, 20. 10, 214. Seneca Natur. Qu. 4, 2. Eumenius in panegyr. ad Conſtantin. Aug. cap. 9. Sed cf. quae congegerunt Hofmann. ad oracula Sibyll. lib. 4. p. 496 ſqq. ed. Gallaei, Titius ad Nemeſiani Cyneg. v. 68. et Voſſius in peculiari libro de Nili — origine, et quos recenſet Meuſel. in bibl. Hiſt. Vol. 3. P. 1. p. 85 ſqq. Recentiori aetate detectos fuiſſe fontes putant in regno Goyam 10° cis aequatorem a Petro Paiſio, Ieſuita Luſitano, anno 1618. cuius narrationem dedit Kircherus in Oedipo

Syntagm. 1. c. 7. p. 57. Cf. etiam Lobo voyage d'Abiſſinie T. 1. p. 132. Ad dextram vero regni Gojam in terra *Secut* in vertice *Denglae*, unde recto curſu in lacum Darae et Bed pergat, fontes deſcribit Gregorius Habeſſinus in epiſtola an. 1657 ſcripta, quam inſeruit Ludolphus Hiſtoriae Aeth. 1, 8. Thevenot (Reiſen) T. 1. p. 334. ex legato Aethiopum audierat, fontes eſſe in regione *Ago*. Certum id praedicant multi v. c. Templemann ad Norden Reiſe p. 376. Harduin. ad Plin. c. l. — plures iidemque periti negant, aut certe dubitant. Vid. quae disputant Rooke (Reiſe nach der Küſte des glücklichen Arab.) p. 139. Maillet lettre 2. p. 39. c. l. Voſſius c. l. cap. 16. p. 54. Heyne ad Tibull. 1, 7, 23. et in primis d'Anville in diſſert. ſur les ſources du Nil pour prouver, qu'on ne les a point encore decouvertes; in Memoires de l'academie — de Paris Tom. 26. p. 46 ſqq. Hic enim docet fluvium illum non ipſum eſſe Nilum, ſed alium, qui in eum influat; ipſe ſe ignorare fatetur. Noſtra aetate fontes ſe inveſtigaſſe iactavit Bruce, (Travels of the ſource of the Nile Vol. 3. ubi multa) eosque indicavit latit. 10° 59′ 25″ longit. 36° 55′ 30″. At etiam nunc fidem quidam derogant, in iis nuper Rennel, (the geographical ſyſtem of Herodotus p. 436 ſqq.) qui alvei tantum fontes a Brucio repertos, veros adhuc ignorari putat. Cf. quae monentur ad Bruce Reiſen in verſione Rintelienſi pag. 134 ſqq. Browne (Travels p. 473. ſ. verſio Lipſ. p. 654.) ex aliorum narrationibus fontes ponit in montibus *Kumrî* (Lunae mons Ptolemaeo 4, 9.) in regione *Donga*.

navigari facilis) Multi enim in interiori Aethiopia praealti ſcopuli alveum eius exaſperant, ut Herodotus lib. 2. [cap. 29.] ſcribit. VADIANVS. Ipſa ſtructura Graecae eſt formae, ut 1, 13, 4. Et ſic paſſim ſimilia in Noſtro occurrunt.

Nilus eſt) I. e. dicitur, quia antea alia nomina gerit, uti Noſter ipſe deinceps explicat.

ſimplex) Senſus verbi ex obpoſito *diffunditur* et ſubiunctis adparet. Cf. 3, 1, 5. Pro eo Curtius 6, 4, 4. de Zioberi amne: *tria fere ſtadia in longitudinem univerſus fluit; deinde — duo itinera velut diſpenſatis aquis aperit.* *Saevus* ad catarrhactas referri non poteſt, quippe de quibus poſtea loquitur. Igitur omnino fluminis vim et impetum indicat. *Deſcendere* hic et 3, 8, 5. ſimpliciter explicat fluere Oudendorp. ad Lucan. 3, 207. et addit Priſcian. Perieg. v. 384. Minus tamen aptum in hoc nexu videtur, cum gravius deſideretur.

Meroen) Gr. Μερόη, inde apud Stephanum gentilia Μεροαῖος et Μερούσιος, quibus ſub v. Φολόη accedit Μεροεὺς, et deinde *Meroeticus* ex iudicio interpretum Lucani ad 10, 117. Nomen a Cambyſis uxore vel ſorore derivant Strabo 17. p. 543. ſ. 790. Diodor. Sic. 1, 33. ubi confer, quos adlegat Weſſelingius, addito Ampelio cap. 13. Aethiopibus noſter tribuit 3, 9. in. aliique. Eorum urbem primariam facit Herodot. 2, 29. f. Cf. Plin. 2, 75. ſ. 73. Strabo 1. p. 22. ſ. 32. Ariſtides in orat. Aegypt. Tom. 2. p. 346. (ed. Iebb.) cui eſt πόλις μεγίστη τῶν ἐν Αἰθιοπίᾳ et οὗ τὰ βασίλεια τῶν Αἰθιόπων. Alii et urbem et inſulam fuiſſe volunt, ut Strabo 17. in. et p. 565. ſ. 821. at alibi, Plin. 6, 35. ſ. 29. Heliodor. 10, 5. p. 460. (ed. Bourdel.) ubi μητρόπολις Αἰθιόπων, τὰ μὲν ἄλλα ἐστὶ νῆσος τριγωνίζουσα ποταμοῖς ναυσιπόροις, Nilo, Aſtabora et Aſaſoba, circumflua. Omnino inſulam eam plures norunt, ut Solin. c. 30. ſ. 33. Oroſ. 1, 2. quae urbem tulerit (Ioſeph. antiqu. Iud. 2, 10, 2.) ab introitu inſulae 70. M. P. remotam, (Plin. 6, 35. ſ. 29.) ut ipſam inſulam 5000 ſtadiis a Syene. (Plin. 2, 75. ſ. 73. et Strabo 2. p. 78. ſ. 114.) Forma eius θυρεοειδὴς, longitudo 3000 ſtadiorum, latitudo 1000, ut tradit Strabo 17. p. 565. ſ. 821. quocum conſentit in magnitudine Heliodorus c. l. in forma etiam Diodor. Sic. 1, 33. qui in illis locis maximam inſulam habet. Et ſic

noſter: *late patentem* dicit, ut εὐμεγέθη Euſtath. ad Dionyſ. v. 226. cum Diodoro c. l. De natura inſulae, incolarum frequentia dederunt aliqua Strabo c. l. et Plin. 6, 35. ſ. 29. Ex ea multi putant Candacen, reginam Aethiopiae fuiſſe, quae Act. 8, 27. commemoratur, quod nomen commune reginarum inſulae tradit Plinius c. l. Et ſic Candacen reginam producit Strabo 17. p. 564. ſ. 820. quam vero a priori illa diverſam fuiſſe recte docet Penzel. ad Strabon. Vol. 4. p. 2342. Fertilitatem laudat Heliodorus c. l. Memorabile hoc addit Plinius 2, 75. ſ. 73. quod bis anno ibi umbrae abſumantur, Sole duodeviceſimam Tauri partem et quartam decimam Leonis obtinente, de quo cf. etiam Strabo 2. p. 53. ſ. 77. Lucan. 10. 236. Hinc ἄσκιος, ut Syene, fertur, de quo vid. Salmaſ. ad Solin. c. 32. ſ. 35. p. m. 300. et Palmerius in apologia pro Lucano p. 39. qui et figuris repraeſentavit. Paene inſulam vero rectius dicendam eſſe, quam inſulam, docuit ex recentiorum tabulis Harduinus ad Plin. 5, 10. ſ. 9. et ante Voſſius de origine Nili cap. 16. p. 57. cum omnino nullam inſulam in Aethiopia Nilus faciat, etſi de priſco tempore renititur operoſius Ludolfus in hiſtor. Aethiop. commentar. ad lib. 1. c. 5. n. 30. p. 88 ſqq. Ubi hodie quaerenda ſit, et quod gerat nomen, disſentiunt viri docti, uti adparet ex Ortelii theſ. Geogr. h. v. ubi addi poteſt Tellezius in hiſt. Aethiop. 1, 9. p. 23. qui *Goiam* h. eſſe putat, refutatus a Ludolfo p. 92. c. l. qui tamen ipſe nihil ſtatuit, ſed unum Nili alveum tanto temporis ſpatio obſtructum putat. *Goiam* probat etiam le Grand ad Lobo voyage d'Abiſſinie diſſ. 2. p. 257. ubi prolixe de Meroe disputatur; at contra *Goiam* pugnat Voſſius cap. 16. c. l. Bruce Vol. 3. p. 117. vult *Atbara.* Cf. etiam Vol. 1. p. 425. Heeren in Ideen über die Politik — p. 237. quaerendam iudicat Meroen urbem in regno *Sennaar* iuxta urbem *Chandi* 70° latit. $32\frac{1}{2}$° longit. et p. 262 ſqq. Meroen inſulam olim h. provinciam *Atbar* ſ. *Tacazzè,* quae complectatur maiorem partem regni

Sennaar. Browne in tabula ibi producit *Emdurmān* ab una, ab altera parte *Halſeia*, quod, ſi intervallum a Syene h. *Aſſuan* ſpectes, a vero parum, aut nihil abeſſe videtur.

Aſtabores) De terminatione in *as* et *es* dictum in notis criticis. Secundum Strabonem 17. p. 541. ſ. 786. hic ad orientale Meroes latus fluit, alter Aſtapus, quem ab aliis Aſtoſaban vocari dicit, a meridie in Nilum effunditur. Diverſo reſpectu apud Plinium 5, 10. ſ. 9. Aſtabores a laeva, a dextra Aſtuſapes decurrit. De utriusque terminatione variata dictum eſt ſuo loco. Prior *Aſtabores* et *Aſtaboras* vocatur, poſterior *Aſtapus* a Ioſepho, Strabone, Euſtathio, aliisque, quos iam notavi. Neque tamen ſibi in eo auctores conſtant. Quod enim Strabo c. l. refert, ab aliis vocatur *Aſtoſabas.* Attamen occurrit etiam *Aſtuſapes.* Sic Plin. et Solinus, etſi in illo *Aſtaſupes* vult Harduinus, in hoc cod. regius habet *Aſtoſapes*, et Salmaſius praefert *Aſtaſobas*, uti Vitruv. 8, 2. ubi cf. Caſtilionius et Rodius, quorum hic dedit *Aſtaboſas.* Neque ſolum in nominis ſcriptura variatur, ſed et in eius notatione. Noſter utrumque alveos Nili facit; alii flumina a Nilo diverſa, quae quidem in Nilum exonerentur. Cf. Strabo, Ioſephus, Vitruvius, Euſtathius — cc. ll. Ioſephus c. l. Meroen cingit Nilo et his duobus fluviis, Ptolemaeus 4, 8. ab occaſu memorat Nilum, ab oriente Aſtaboram, quem cum Aſtapode ſ. Aſtape utrumque, poſt cum Nilo coniungi tradit. Cum noſtro conſentiunt Plinius et Solinus, ita ut Aſtabores laevo, Aſtape dextro alveo currat. Ille etiam nomina, ſine dubio Aethiopica, explicat, ut prius indicet ramum aquae venientis a tenebris, poſterius latentem; quod repetit inde Boccatius de fluminibus ſ. v. Nilus. Pro *latentis* tamen codices quidam et Salmaſius ad Solin. c. 32. ſ. 35. p. m. 297. volunt *lateris.* Cf. de his etiam d'Anville des ſources du Nil in Memoires — de Paris Vol. 26. p. 47. Recentiores ta-

bulae Astapen vocant *Rio Tacaze*, alterum *Mareb* vel *Maleg*. Le Grand ad Lobo voyage d'Abiſſinie T. 1. diſſ. 2. Sp. 258. Aſtapen vocat *Mareb*, qui contra Voſſii opinionem (cap. 16. c. l.) in arenis deficiat, non in *Tacaze* ſe exoneret; Aſtapen, ſi fuit ad ſiniſtram Nili, *Melecq*. Browne pag. 180. in tabula ad dextram poſuit *Bahr el Aſrek*, ad ſiniſtram *Bahr el Abiad*.

nomen hoc) Plinius c. l. ſic: *nec ante Nilus, quam ſe totum aquis concordibus rurſus iunxit.* Sic ex Aethiopis narratione Ariſtides in orat. Aegypt. T. 2. pag. 346. Iebb. οὐκ ἔστι τὸ ῥεῦμα καθ' ἓν, ἀλλὰ δύο ῥεύματα, ὧν τὸ μὲν ἕτερον γήϊνον τὴν χρόαν, τὸ δ' ἕτερον ἀέρος ἐγγύς· ταῦτα δὲ συνιόντα καὶ μιγνύμενα γίνεται ὁ Νεῖλος οὗτος. Secundum Vitruvium 8, 2. antea *Dyris*, poſt *Niger*, denique inter Elephantida et Syenen Thebaicosque campos Nilus adpellatur. Quod tradit Dionyſ. v. 223. et ex eo Priſcian. v. 212. et Avien. v. 337. *Siris* ab Aethiopibus dictus eſt, Nili nomen a Syenes incolis accepit. Idem Stephanus ſ. v. Συήνη. Nec Plinius diſſentit, dum etiam poſt confluentem per aliquot milia, ut antea, Sirin nominari refert. Cf. Iablonski in Pantheo Aegypt. T. 2. p. 144 ſqq. Recentiori aetate in Aethiopia vocatur *Abavi* i. e. parens aquarum, uti adfirmat Lobo in voyage d'Abiſſinie Tom. 1. p. 132.

aſper) Propter Cataractas, qui in Nilo multi ſunt ob crebra inſularum rupiumque ex medio alveo exſtantium impedimenta. Strabo [Eratoſthenes apud Strabonem lib. 17. in.] duos facit, maiorem, qui in montanis eſt in Aethiopiam vergentibus, et minorem, qui Syenae proximus. Eos Cicero [in Somn. Scip. c. 5.] et Herodotus [2, 17.] *catadupa* nominant ab immenſo ſonitu; nam δοῦπον ſonitum dicunt, et δουπέω idem eſt, quod cadendo ſono. Vivide deſcripſit Seneca in Qu. Natur. 4, 2. VADIANVS. Cf. et Lucan. 10, 315 ſqq. Plinius 5, 10. ſ. 9.

de Nilo: *vectus ad locum Aethiopum, qui Catadupi vocantur, novissimo cataracte inter occursantes scopulos non fluere immenso fragore creditur, sed ruere.* Prope Syenen vix catarrhactes vocari debet, quia tantum parvo delapsu inter insulas et rupes fertur Nilus. Vid. Browne (Reisen, Lipf.) p. 200.

navigia patiens) Usitatius quidem dixisset: *navigiorum patiens*, ut Livius 21, 31. *navium patiens*; sed haec participia non raro etiam habent accusativum, si a comparativo et superlativo recesseris, quibus semper genitivus, nunquam accusativus iungitur. Cf. Perizon. ad Sanctii Minerv. 1. c. 15. p. 121. MVELLERVS *in animadversionibus ad h. l.* Iustinus consueta forma 36, 3, 7. *navigationis patiens;* Plinius epist. 5, 6, 12. *navium* et sic plurima, quae ex Lexicis cognoscuntur.

lacum) Qui *locum* legunt, *Catadupa* huc ex Plinio c. l. arcessunt, quorum strepitus auditum accolis obtundat. Cf. Seneca in Natur. Qu. 4, 2. et Macrob. ad Ciceron. Somn. Scip. 2, 4. *Lacum* tamen satis vindicavit Perizonius. Vid. notae criticae p. 310. Recentiorum observationes cum indiciis hic adpositis evincunt, esse *Tzana* lacum in Abyssinorum regione *Dembea.*

praecipiti) Hic in primis Nili catarrhactas innuere videtur, et quidem superiores. Consulendi de iis omnino praeter superiores Diodor. Sic. 1, 32. ex recentioribus Pococke Tom. 1. p. m. 182. Norden Reise pag. 375 sq. Maillet p. 42. Savary Tom. 2. p. 120. f. Adiit et ex suo adspectu descripsit Aristides Tom. 2. p. 344. Iebb. Hic autem, ut ex locorum vicinia adparet, de eo loquitur, qui a Ptolemaeo 5, 7. vocatur ὁ μέγας in Aethiopia; post de altero supra Syenen et Elephantinen, μικρὸν vocat Ptolem. 5, 5. f. et pluribus describit Strabo 17. p. 562. f. 817. D'Anville p. 216. c. l. ex legato

Turcorum fe audiiffe fcribit, hunc effe in Nubia et a monte *Gianadel* effici.

Tachompfo) Aliis etiam Ταχεμψώ, Plinio 6, 35. f. 29. *Tacompfos*, de quo in notis criticis p. 312. unde apud Stephanum gentile Ταχεμψίτης, vel, ut rectius cenfet Holften. p. 317. Ταχομψοΐτης. Herodotus 2, 29. Nilo circumflui dicit. Stephanus f. v. Ταχεμψώ Aethiopiae infulam facit, et f. v. Χομψὼ Nili infulam inter Aethiopiam et Aegyptum, idem f. v. Τακομψὸς vicum in finibus Aegypti et Aethiopiae ad Philiam (leg. Philam) infulam ex *Ariftagora.* Plinius 6, 35. f. 29. *Tacompfon* oppidum poft Syenitas commemorat: In Ptolemaeo 4, 5. f. propter Philarum viciniam Μετακομψὼ effe videtur, et ortum ex Φίλαι (quae praecedunt) μετὰ Τακομψὼ, quod et Stephani locus probat et graduum in Ptolemaeo Latino notatio. Incolebatur etiam ab Aegyptiis et Aethiopibus confinibus (Herodotus c. l.) ut Philae, (Strabo 1. p. 27. f. 41.) quos inter Aethiopiam et Aegyptum ponunt etiam Ariftides Tom. 2. p. 347. Iebb. et Diodor. 1, 22. Fecit autem vicinia, ut, excepto Ptolemaeo, auctores vel Tachompfo folam (veluti Herodotus, Mela, Plinius) vel Philas (ut Strabo, Seneca in Natur. Qu. 4, 2.) hic commemorent. Ceterum duplicem Tacompfon novit Plinius c. l. quod et hic notavit Perizonius; minus tamen probabiliter inde verum nomen cenfet Χομψὼ, cui hinc praefixum fuerit τὰ, quod nec terminatio in Plinio patitur, nec linguae ufus requirit, cum multa in ὼ fingulari et feminino genere efferantur. Cf. Holften. ad Stephan. p. 358. Norden Reife p. m. 387. Philas h. adpellat *Giefiret El-Heiff*; d'Anville p. 217. c. l. *Berbé* et Tachompfo *Heffa.* Forte eft infula, quam Norden p. m. 398. vocat *Giefiret Mabues*; nam quae deinde fequitur p. 403. inter *Girfche* et *Garbe Girfche* remotior iacet in Aethiopia, ubi Nilum aeftuare narrat.

Elephantinen) Gr. Ἐλεφαντίνη, uti cum Herodoto 2, 29. Strabone 17. p. 541. f. 817. Heliodorus in Aethiop. paffim, Ariftides T. 2. p. m. 348. Agatharchides de mari rubro c. 9. p. 22. Hudf. Theophraftus de lapid. p. m. 396. aliique. De diverfa terminatione dictum in notis criticis. Inde Ἐλεφαντῖνος et Ἐλεφαντίτης dicuntur. Nofter urbem Aegyptiam dicit, ut Strabo c. l. et Stephanus; ille ponit in finibus Aethiopiae et Syenen addit 17. p. 541. f. 787. utramque Tacitus in Annal. 2, 61. f. *claufira olim Romani imperii* fuiffe fcribit. Ad eam usque fe progreffum effe in itinere Aegypti narrat Herodotus 2, 29. ulteriusque paullo ad catarrhactas Ariftides. Loca dabit Iebb. de Ariftidis vita 6, 2. Alii, ut Ptolemaeus 4, 5. Plin. c. l. Strabo c. l. infulam faciunt, dimidii hic ftadii ambitu cum urbe, in qua Cnuphidis templum fuit et Nilometrium in puteo. Ex fuperioribus adparet, vicinam fuiffe Syenae, uti et diferte tradit Theophraft. de lapidibus p. m. 396. (ed. Heinf.) utramque in ripa Nili interfluentis fitam fuiffe tradit Ariftides Tom. 2. p. m. 344. Errare igitur videtur Plinius 5, 10. f. 9. qui fupra Syenen 16. M. P. ponit, licet Strabonem potius depravatum velit Harduinus. Vid. d'Anville p. 214. c. l. et in primis Salmaf. ad Solin. p. m. 311. qui Elephantinen et Philas ex errore mnemonico mifcuiffe putat, et Weffeling. ad Antonin. itiner. p. 164. Strabonem probat etiam narratio Pocockii T. 1. p. m. 176. Quodfi hodie Syene dicitur *Affuan*, Elephantine eft *Ell Sag*, parva infula, quam defcribunt Norden p. 355. Pococke T. 1. c. l. (qui tamen in tabula adpofuit *hod. Bertifar*) Savary Tom. 2. p. 118. qui urbem intercidiffe et eius ruderibus exiguum oppidum fuperftructum fuiffe refert. Rudera nuper exhibuit Denon Reife p. 203 fq. ubi plura de infula et urbe. *Aegyptiam* autem nofter addit, ut innuat, inde initium effe Aegypti, cum Tachompfo infula a quibusdam Aethiopiae adtribuatur, quod et diferte adfirmat

Stephanus. Nullam ibi conſpici umbram, cum diem ſol facit longiſſimum, ſcribit Ariſtides p. 347. Vid. infra de Syene vicina.

bene navigabilis) Nilus enim ad Elephantinen usque navibus adſcenditur; ulterius autem progredi cataractae non ſinunt, ut ait Ioſephus de Bell. Iud. lib. 5. cap. 2. VADIANVS.

Cercaſorum) Κερκάσωρον vocat Herodotus 2, 97. et alibi. Straboni 17. p. 555. ſ. 806. eſt Κερκέσουρα, et latet in Achillis Tatii 4, 11. Συρὸς, cuius priorem partem abſorpſit praecedens vox Κέρας. Cf. etiam Weſſel. ad Herodot. 2, 17. Quod idem Herodotus 2, 15. tradit, Nilus iuxta hoc oppidum ſcinditur, fluitque in Peluſium et Canobum, et cap. 17. hinc τριφασίους ὁδοὺς σχίζεσθαι ait, etſi in ipſa enumeratione, duas tantum iterum producit, ſic ut mediam omiſiſſe videatur. Attamen eum inde defendit Hennicke de Geographia Africae Herodotea p. 43. quod ibi non omnino de Nili brachiis maioribus, ſed tantum de duobus tractet, quae Delta ab occaſu et ortu ambiant. Cf. d'Anville p. 43 ſq. c. l. ubi de hoc prolixius expoſuit et p. 83. Thermutiacum fluvium, qui exoneratur per oſtium Sebennyticum ex iis eſſe putat, licet ex Agatho-Daemone ille derivet. (Ptolem. 4, 5.) Ita vero Achilles Tatius inde triplicem fluvium facit, ſic ut duo brachia utrimque porrigantur, tertium per Delta feratur. Strabo ipſum oppidum ſupra Delta in ſiniſtra ſimplicis eatenus Nili ripa ponit. Hodie hoc ſitu d'Anville p. 73. *Ekſâs* inveniri putat. Contra tamen de ſitu disputat Savary ſur l'Egypte p. 276.

iterum iterumque) Quae ex his verbis difficultates obiciuntur, ſatis illae, adiectis virorum doctorum conatibus, in notis criticis expoſitae ſunt. Equidem ita ſtatui: Prope Delta regionem, vel Cercaſorum oppidum

triplex eſſe incipit, tum inde in ipſa illa regione ad dictas urbes denuo in varias partes diffluebat diviſus, Nilus. *Iterum iterumque* eſt ſaepius, ut docuit Schwartz. ad Plinii Panegyr. c. 79. in. (Ita in notis criticis leg. pro 78.)

Delta) Ad eandem huius literae ſimilitudinem referuntur et aliae regiones et loca. Sic infra 2, 7, 14. Sicilia. Τὸ Δέλτα τῆς Θρᾴκης dixit Xenophon de exped. Cyri 7, 1, 21. Cf. cap. 5. in. *Delta* inſulam Indi, alias Pattala, memorat Arrian. in Indic. c. 2, 6. Sed in Aegypto praeter Delta regionem duo alia novit, quae regio complectebatur, Ptolemaeus 4, 5. parvum et tertium. Haud longe ab Alexandria occurrit Delta apud Hirtium de B. Alex. c. 27. in. adeoque hoc nomine locus in ipſa illa urbe exſtitiſſe videtur, auctore Ioſepho de B. Iud. 2, 21. Ceterum innuitur hic ſimul Delta regio, de qua acrius quaeritur, an ex Nili limo nata prodierit. Adfirmat ipſis incolis adſentientibus Herodot. 2, 15. aliique, et hinc Heliodorus in Aethiop. 9, 22. p. 444. Nilum τῆς ἄνω Αἰγύπτου σωτῆρα, τῆς κάτω πατέρα καὶ δημιουργὸν in Aegyptiorum ſacris dictum eſſe narrat. Negant alii in placidiſſimo Nili curſu. Sed quia proxime haec ad Melam non pertinent, qui in utramque partem disputata cognoſcere cupiat, ſatisfacient Maillet p. 92 ſq. Savary T. 1. p. 9 ſq. Pococke T. 1. p. 369 ſqq. Niebuhr. Reiſebeſchr. nach Arabien Vol. 1. p. 95. Bruce Reiſen Vol. 1. p. 86. Freret de l'accroiſſement — du ſol de l'Egyte par le debordement du Nil, in Memoires — de Paris Tom. 16. p. 333 ſqq. (qui operoſe refutat, ut d'Origny l'Egypte ancienne T. 1. p. 1 ſqq.) aliique.

ſe ſcindens) Pro eo alibi *findere.* Cf. not. crit. ad 2, 4, 1. et quae Gronov. ad Tacit. Annal. 1, 50. in. habet.

§. 3. *aeſtivo ſidere)* I. e. ſole, hinc aeſtate. Nempe ſidus ſaepe κατ' ἐξοχὴν de ſole dicitur,

ut ex adiunctis anni tempus ſimul indicet. Sic Ovid. de A. A. 1, 724. *radii ſideris.* Sed plura conlegerunt Bernegger. ad Iuſtin. 13, 7, 10. Tennul. ad Frontin. 1, 12, 9. I. Gronov. in obſervatt. 3, 15. Burmann. ad Nemeſiani Cyneg. v. 211. et Petron. cap. 119. Magis tamen proprie poteſt referri ad ſignum coeleſte, quod ſol aeſtate ingreditur. Sic contra Virgil. Aen. 4, 309. Lucan. 5, 408. *hibernum ſidus;* Valerius Flaccus 4, 93. *ſol biſſeno ſidere textam loricam induitur;* et propius Seneca in Qu. natur. *ante exortum caniculae;* Tibull. 1, 4, 5. 3, 5, 2. *aeſtivus canis,* et de Nili inundatione idem 1, 7, 21. *findit Sirius agros,* quod et alii confirmant. Sic Herodot. 2, 19. eam evenire dicit ἀπὸ τροπέων τῶν θερινέων; Diodor. 1, 36. περὶ τὰς θερινὰς τροπάς; Plutarch. de Iſide Vol. 7. p. 444. Lipſ. Plinius 5, 10. ſ. 9. *a canis ortu per introitum ſolis in leonem.* Cf. Plin. 5, 10. ſ. 9. item 18, 47. ſ. 18. Solin. c. 32. ſ. 35. Omnino autem Strabo 17. p. 542. ſ. 788. τοῦ θέρους dicit. Recentiores videntur in tempore diſcrepare. Nam Maillet p. 52. c. l. vere id fieri adfirmat ad extremam usque aeſtatem. Attamen maior fides habenda eſt aliis. Et ſic Pococke T. 1. p. 296 ſqq. et 369 ſqq. ubi prolixius de exundationibus Nili disſeruit, fieri eas uſitate et ſalubriter dicit d. 18—19 Iun. agnoſcique initium rore magno, quem *Nokta* vocent; ut largitatem ex conlectis aranearum paluſtrium (*tipulae culiciformes* Linneo) agminibus augurantur. (Sonnini Tom. 2. p. 302.) Et ſic in tempore alii etiam conſentiunt; at in incrementi menſura differunt. Explicite ſic Plinius 5, 10. ſ. 9. *Iuſtum incrementum eſt cubitorum* 16. *In duodecim cubitis famem ſentit, in tredecim etiamnum eſurit; quatuordecim cubita hilaritatem adferunt; quindecim ſecuritatem; ſedecim delicias. Maximum incrementum ad hoc aevi fuit cubitorum decem et octo Claudio principe; minimum quinque Pharſalico bello.* Cf. et idem 36, 7. et Solin. c. 32. ſ. 35. Sed ut alios quosdam audiamus, Herodotus 2, 13. ſub Moeride

novit 8. ſua aetate 15 vel 16 cubitos. Plutarchus de Iſide p. 452. Lipſ. qui lunae incrementa in diverſis locis diverſa adſcripta fuiſſe refert, maximum apud Elephantinen eſſe 28 cubitorum, (18 ex aliis emendat Brodaeus Miſcell. 6, 22. contra nexum tamen) minimum apud Medetem 6, medium apud Memphin 14. Et ſic Ariſtides Tom. 2. p. 338. Iebb. πληροῖ περὶ Μέμφιν τέτταρας ἢ πεντεκαίδεκα πήχεις. Eandem variis locis diverſitatem confirmat etiam Pococke c. l. ſimulque recenſum agit incrementorum per aetates digeſtum p. 374. Cf. et Herbelot bibl. orient. ſ. v. Nil. Cubitorum (πήχεων) menſura uſos eſſe veteres adfirmat Suidas ſ. v. Σάρατις. Discrepantiae autem in auctoribus cauſa inde oritur, quod alii totam aquarum congeriem notant, alii, ut Strabo, adfluentem tantum, de quo monuit Pococke Tom. 1. p. 372. Sic in noſtris auctoribus menſurae ambiguitas turbat, prout ſua quisque ratione et modo utitur. Vid. Norden p. 102. 130 ſq. c. l. Sic Pococke T. 1. p. 373 ſq. frugiferum incrementum facit 20—22 cubitorum; (*Peeks* vocat) 23—24 Lucas voyage dans la Turquie T. 2. p. 75. Rooke 32 pedum; Shaw T. 2. p. 175. (verſ. Francog.) ubi etiam varietatem auctorum commemorat, 16 cubitorum; Volney pag. 32. c. l. in Delta 22. qui mutationis cauſam nec in ipſo Nilo, nec in adaucta terra quaerit, ſed in Nilometro turbato, cuius teſtem producit Pococke, qui ſe vidiſſe adfirmet. Contra Shaw c. l. eandem hodie cubitorum menſuram valere contendit, ex ſtatua Nili cum 16 pueris et numo Traiani, in quo puer ſtans numerum 16 digito monſtrat. Cf. Plin. 36, 11. ſ. 7. Philoſtrati icon. 1, 5. et Lucian. in rhetorum praeceptore cap. 6. Olearius ad Philoſtrat. c. l. De ſimili imagine in numo Hadriani Spanhem. de uſu — num. T. 1. p. 174. in ſtatua Ficoroni in ſingolarità di Roma lib. 2. c. 2. p. 15. Nempe ut incrementi tempus modumque ſcirent, ſtructum erat Νειλομέτριον, in inſula Elephantine (Strabo 17. p. 562. ſ. 817. f. Heliodor. 9. p. 443.) Νειλοσκοπεῖον, Memphi

(Diodor. 1, 36.) Νειλομέτριον puteum fuiſſe dicit et deſcribit Strabo c. l. poſt obrutum noſtra aetate Franco-Galli Girardo duce aperuerunt. Eius interior murus cum aqua ſimul cum Nilo creſceret et decreſceret, menſurae notas inciſas habebat, quae hic et in Niloſcopio Memphitico obſervatae literis miſſis per urbes ſignificabantur. (Diodor. c. l.) Hodie ſucceſſit *Mekias* i. e. columna per gradus ad notitiam publicam deſcripta, quae ſtat aedificio concluſa, quod putei vel turris formam habere dicit Maillet p. 66. c. l. pluribus foraminibus apertum, per quae aqua ingredi poſſit. Aeri incidi curavit idem, plures deſcripſerunt, in quibus Wansleb Reiſe nach Aegypten p. 164 ſq. (in Paulus Sammlung P. 3.) Lucas voyage dans la Turquie T. 2. p. 67. Niebuhr Vol. 1. p. 124. Norden p. 109. ſ. (optime hic) ad quem cf. quae nuper conlecta dedit Langles p. 218. Conſpicitur prope urbem h. Cairo veterem in Roudda vel Rodda, Nili inſula. (Sonnini Tom. 2. p. 153. et 449.) De aliis Nilometris dabit aliqua d'Anville p. 207. c. l. Sed praeter Nilometrum, unde Nili incrementum praevideri adeo poſſet, obſervabatur locus, in quo Crocodilus ova poſuerat, quippe ultra quem aqua non progrederetur, uti adfirmant Plutarchus de ſolertia animal. Vol. 10. p. 86. Lipſ. et Plinius 8, 37. ſ. 25. Durationem autem eius exundationis receſſusque 200 diebus definit Herodotus 2, 19. aliquanto paucioribus videtur Strabo 17. p. 542. ſ. 788. qui ultra 40 dies aquam dicit permanere, atque inde rurſus decreſcere, ita ut intra 60 diem campi denudentur; nempe nec initium illius mutationis, nec finem, dum ſibi reddatur fluvius, propius indicavit. Apertius cum Herodoto conſentiunt Plinius c. l. Lucanus 10, 225 ſqq. Uti vult Seneca in Qu. Natur. 4, 2. *per menſes quatuor liquitur, et illi aequalis acceſſio eſt.* Quot autem accrevit diebus totidem etiam recedit, uti iam olim notavit Ariſtides Tom. 2. p. m. 338. Cf. etiam Plin. c. l. Recentiores ſex menſibus illam converſionem concludunt, ſic ut Iunio

menfe crefcat, Novembri fubfidat. Cf. quos producit Nordmeyer in Calendario Aegypti p. 54. et 87. ubi etiam discrimina obfervata notavit. Quia tempus a tranfitu folis per leonem (quo quidem maxime abundat) ad virginem producunt, fymbolum eius eventus quidam fphingibus declaratum fuiffe putant, uti Dalechampius ad Plin. 5, 10. f. 9. Maillet p. 222. c. l. aliique, quas tamen alii ad Nilometra referunt, (Vid. Ditmar Befchr. des alten Aegyptens p. m. 21.) alii ex Aegyptiorum rationibus explicant. (Vid. Spanhem. de ufu et praeft. num. diff. 5. p. 241.)

alendumque) Aquarum falubritatem, certo nempe anni tempore, laudant multi, quas produxit Ludolfus in comm. hift. Aethiop. 1, 53, 14. p. 116. Hinc forte σωτῆρα eum vocat Plato in Timaeo p. 291. (Bipont.) propius *populorum altorem* Pacatus in panegyr. ad Theodof. Aug. cap. 33. m. et hinc πολυγονώτατον eius ὕδωρ καὶ γλυκύτατον Euftath. ad Homer. Odyff. 4, 351. p. 173, 19. fed, cum fit νιτρῶδες, alvum laxare; folum bibiffe Aegyptiorum reges; quod ex Theophrafto ductum, adparet in Athenaeo 2, 4. p. m. 41. Plura dabit Iablonski in Pantheo Aegypt. P. 2. p. 164 fqq. Cf. et fupra §. 1. ad vocem *generatrix*, et hic paullo poft ad vocem *vitalia.*

fcatet pifcibus) Recte *fcatet*, quod confirmat Diodor. Sic. 1, 36. in. Νεῖλος ἔχει παντοῖα γένη ἰχθύων καὶ κατὰ τὸ πλῆθος ἄπιστα — Idem teftatur Strabo 17. p. 566. f. 823. eorumque potiora genera recenfet; numerum auget Athenaeus 7, 17. p. 312. Ex mari tamen crocodilorum metu praeter mugilem, thriffam et delphina nullum pifcem intrare, auctore Ariftobulo refert Strabo 15. p. 486. f. 707. et 17. p. 567. f. 824. Ex recentioribus plures Nili pifces memorant Belon in obfervat. 2, 32. p. 103. B. Pococke T. 1. p. m. 300. Alpinus rer. Aegypt. 1, 17. 3, 9. 10. Maillet p. 108 fq. Browne p. 93. et alii. Ipfa vox *fcatere*, quam temere in noftro repre-

hendit Verderius in cenſion. auctorr. p. 7. non ſolum in noſtro, (2, 7, 22. 3, 7, 1. 2.) ſed et in aliis legitur.

Hippopotamos) Graecis ἵπποι ποτάμιοι; Achilli Tatio 4, 2. ex Aegyptiorum uſu ἵπποι τοῦ Νείλου. Deſcripſerunt Herodot. 2, 71. Diodor. Sic. 1, 35. Ariſtotel. Hiſt. Anim. 2, 12. Plin. 8, 39. ſ. 25. Solin. c. 32. ſ. 35. Achilles Tatius 4, 2. Ammianus 22, 15. Eorum ex veteribus hiſtoriam criticam adnexuit Schneiderus Artedi Synonymiae piſcium Gr. et Latin. Discrepant aliquatenus auctores veteres, quod et docuit Salmaſius ad Solin. c. 32. ſ. 35. p. m. 323. quippe quorum alii Herodotum, alii Ariſtotelem ſequuntur. In numis, qui eos oſtentant, cauda et dentibus aprum, ungulis et mole corporis bovem refert. Etſi Graeci ἵππον ποτάμιον vocant, fuit tamen etiam χερσαῖος, uti addit Diodorus Siculus, qui magnitudinem illi dat elephanti. Depaſcere ſegetes praeter Plinium et alios non ſolum notavit Aelian. in Hiſt. anim. 5, 53. ſed et eius calliditatem deſcripſit. Omnes in Nilo ponunt, quamquam, teſte Strabone 15. p. 486. ſ. 707. in India etiam naſci tradiderat Oneſicritus. Noſtra autem aetate inde maxime ab anno 1658 non amplius in Nilo adparent, immo in Aegypto ſuperiori, ubi olim erant frequentes, vix nomine noti ſunt, quia inde in Abyſſiniam aufugerunt, et, quod adfirmat Bruce Vol. 2. p. m. 539. apud Shangallas in ſtagnis agunt; id quod de Aegypto teſtantur etiam Browne p. 95. et Sonnini T. 2. p. 291. qui ex aliorum narrationibus conficit ultimum eos in Aegypto viſos eſſe an. 1658. Cuius cauſa non in hominum maiori celebritate quaeri debet, ſed in telorum pyriorum uſu. Hodie facta exploratione non tam fluviatiles equi habentur, quam potius vituli marini. Cf. quae adferuntur in Lichtenberg. Magazin — aus der Phyſik T. 4. P. 1. p. 32 ſqq. Equi nomen ab hinnitu acriori quidem additum eſt, de quo Reiſen der Oſtindiſchen Compagnie — Tom. 4. p. 440. — Ex recentioribus, qui

hippopotamum defcripferunt, a Geislero in notis MSS. nominati erant Thevenot voyage T. 2. p. 788. Aldrovandus de quadruped. 1, 12. Ludolf. hift. Aethiop. 1, 11. Belon la nature des poiffons Lib. 1. p. 17. Columna in aquatil. et terreftr. animal. obferv. c. 15. p. 28. Merolla in Sammlung aller Reifebefchr. T. 5. p. 96. Kolbe Vorgebürge der g. Hoffnung P. 1. p. 167. Dapper Befchr. von Afrika p. 123. et alii quidam, qui hiftoriam naturae compofuerunt. Egregiam eius imaginem exhibet Allamand in hiftorie van den Hippopotamus — door Klockner, Amfterd. 1775. 4. cui addi poteft Sparmann in itinere, et inprimis Buffon Natur-Gefch. der vierfüfsigen Thiere P. 10. p. 78. (ed. Berol.) ubi ipfe fqq. diligenter defcripfit aliosque magno numero laudavit; quibus nunc addi poteft Vaillant Reife in Afrika T. 1. p. 268 fqq. Bochartus in Hieroz. P. 2. lib. 4. cap. 15. contendit effe Iobi בהמות, etfi Michaelis omnino de animalibus hanc vocem intelligit.

crocodilosque) Gr. Κροκόδειλος, quod nomen ab Ionibus impofitum fcribit Herodotus 2, 69. cum ante Χάμψαι vocarentur. Κρωκόδειλος etiam veteres fcripfiffe contendit Faber ad Phaedrum 1, 25, 4. ubi alii praeferunt *corcodilus*. Cf. interpretes. Aegyptii, fecundum alios, Arabes, vocant *Timfah*. De hiftoria eius animalis confuli poffunt fuperiores auctores, et quibus ufus eft Bochart. in Hieroz. T. 2. lib. 15. cap. 16. 17. Lobo p. 138. c. l. nullum fluvium praeter Nilum eos alere adfirmat; fed et alibi reperiri ex veterum locis docet Spanhem. de ufu — num. T. 1. p. 177. Plurimos etiam nunc in Nilo degere, ex quo in terram exfpatiari foleant, narrat paffim Norden; at infra catarrhactas non reperiri, adeo ut cupide eos vifere geftiant Aegyptii, Shaw in voyage — T. 2. p. 167. quem refutat infcitiae in hoc convictum Sonnini (Reifen in Aegypten) T. 1. p. 197. qui Aegyptum fuperiorem ab iis vexari adeo narrat, quam Shawius

non adierit. Sic in inferiori Aegypto inter Kairo, Damiata et Rofetto nullos vidit Niebuhr. (Reife Vol. 1. p. 58.) Korte Reife p. 38. idem adfirmat, fe nullos ibi confpicere potuiffe. Cf. et Sonnini Reife T. 2. p. 261. 365. Quod nuper retulit Denon (Reife) p. 228. nulli vifuntur iuxta Syenen, adparent rurfus ultra catarrhactas, multi funt prope Tentyra et Ombos, plurimi iuxta Hermonthida. Praeter illas belluas, quas recte Nofter *vaftas* adpellat, plura alia animalia in Aegypto inveniuntur, veluti *ichnevmon, fcincus* — fed illa notiora, certe maiora.

glebis —) Quod poftea diftinctius explicat, quamquam nemo non fabulam agnofcit, quae Ovidium, non noftrum auctorem decet. Ita vero ille Metam. 1, 422. qui locus, cum noftrum egregie inluftret, his verbis compofitus exftat: *Sic ubi deferuit madidos feptemfluus agros Nilus, et antiquo fua flumina reddidit alveo, Aethereoque recens exarfit fidere limus; Plurima cultores verfis animalia glebis Inveniunt, et in his quaedam modo coepta fub ipfum Nafcendi fpatium; quaedam imperfecta fuisque Trunca vident numeris, et eodem in corpore faepe Altera pars vivit, rudis eft pars altera tellus.* Deinceps de caufis fuo more. Eadem Diodorus Sic. 1, 10. tradit: ὅταν τοῦ ποταμοῦ τὴν ἀναχώρησιν ποιουμένου, τὴν πρώτην τῆς ἰλύος ὁ ἥλιος διαξηράνῃ, φασὶ συνίστασθαι ζῶα, τινὰ μὲν εἰς τέλος ἀπηρτισμένα, τινὰ δὲ ἡμιτελῆ καὶ πρὸς αὐτῇ συμφυῆ τῇ γῇ. I. Gronovius MS. huc admoverat locum Iuvenalis 1, 83. *Paullatimque anima caluerunt mollia faxa.*

vitalia) Animalia vitam habentia. *Vitalia* proprie dicuntur interiores animalium partes, ut cor, jecur, cerebrum, pulmo, inteftina. GRAEVIVS *MS.* Saepe fic abfolute *vitalia* dicitur de nobilioribus partibus, quibus vita continetur, uti et Lexica docent. Orofius 7, 28. *putrefacto introrfum pectore et vitalibus disfolutis* de

Gallerii morte, pro quo Aurel. Victor in epit. 40, 4. *genitalibus confumtis.* Ceterum Nili aquam non putrefcere et reconditam per tres pluresve annos tamquam vinum fieri generofiorem, praeterea dulciffimam effe, adfirmat Ariftides in orat. Aegypt. T. 2. p. 362. Iebb. In utramque partem recentiores de Nili aqua disputant; alii laudant tamquam falubrem et fertilem, alii contra deprimunt, in quibus de Pauw recherches fur les Egyptiens T. 1. p. 148 fq. ubi aliorum teftimonia contulit; contra ipfo ufu edoctus laudat Sonnini T. 1. p. 270 fq. et fic alii, quos interpres in nota fubiecta produxit. Malignitatis tempus intra inundationis fpatium concludit Pococke T. 1. p. 296. alvumque folvere adfirmat. Confentit Wansleb Reife nach Aegypten p. 160. (in Paulus Sammlung — P. 3.) Hinc percolatio, de qua cf. Iablonski in Pantheo Aeg. P. 2. p. 165. et quos memorat.

fe fibi reddidit) Apparet hoc elegantiffimum poeticae locutionis exemplum placuiffe auctori, unde, quum fatis explicuiffet fententiam fuam, hoc tamen voluit addere, quo intelligitur fluvius rediiffe intra alveum fuum et ordinario curfu contentum effe. Huic fimile eft, quod Ovidius dicit Metam. 2, 303. ubi terra precatur Iovem, ne penitus exficcaretur incendio Phaetontis, tandem *retulit os in fe.* I. GRONOVIVS *MS.* Cf. etiam Metam. 1, 425. ubi idem magis expofite indicat: *antiquo fua flumina reddidit alveo.*

animalia) De ferpentibus dicit Scholiaftes Iuvenalis 15, 3. ut de illis, quae funt illis fimilia, hoc intelligi oporteat, quod etiam teftatur Ovidius Metam. 1, 423. [vid. fupra.] Sed tamen apparet hoc eventu naturali quosdam abufos effe, ut credere voluerint, etiam homines fic potuiffe primum nafci; [cf. Diodor. 1, 10.] eoque refpectu auctor nofter videtur fcripfiffe, Aegyptios fefe praedicaviffe vetuftiffimos hominum, ut eft circa finem

huius capitis. Quam adfirmationem etiam agnofcit Iuftin. 2, 1. fed ex alia caufa, nempe ex tempore folis et frigoris. I. GRONOVIVS *MS.* Adtingit hic opinionem veterum, quae et ipfius aetate multorum animis infidebat, hodie acriter explofam, ex putredine vel limo animalia oriri.

§. 4. *Crefcit porro)* Breviter et eleganter hac recenfione Nili crefcentis varias caufas perfequitur, de quibus omnino multi veterum expofuerunt, in iis Herodot. 2, 20 fq. Diodor. 1, 38. Lucret. 6, 715 fqq. Seneca natur. Qu. 4, 2. Lucan. 10, 219 fqq. Plin. 5, 10. f. 9. Solin. c. 32. f. 35. Ammian. 22, 15. Plutarch. de placitis philofoph. 4, 1. Scholiaft. Apollon. Rhod. ad 4, 269. qui etiam alios memorant; poffunt illi ad obfervandam elocutionis varietatem utiliter inter fe comparari. Plures etiam recentiores in ipfa caufarum enarratione interponam. Sunt ex inftituto ordine hae: 1) Solutae in Aethiopiae montibus nives. Ita, Seneca tefte, exiftimavit cum Anaxagora omnis vetuftas, nominatim etiam Aefchylus, Sophocles, Euripides, cuius verfus exhibent Diodorus et Scholiaftes Apollonii. Refutant Herodotus et Seneca, etfi propter nives refutatione non opus effe iudicat Diodorus. Et fic omnino reiicit Ammianus. At nec nives in montibus, nec grandinem adeo, etfi rariorem deeffe adfirmant Ludolfus in hift. Aethiop. 1, 5. et Lobo in hift. Abiffin. p. 141. Neque tamen inde tanta et tam diuturna exundatio intelligi poteft, quod praeter alia monuit Seneca. 2) Solis a fonte per aeftatem diftantia maior, unde pleniffimus ille furgere tunc poffit. Sic et alii varie caufam in Solem reiiciunt, ut Herodotus 2, 24. 25. Diogenes Apolloniates, (Seneca c. l. Scholiaft. Apollon. c. l.) Timaeus, (Plin. c. l.) Arifton, (Scholiaft. Apoll. c. l.) Ennius. (Scholiaftes Lucani 10, 252.) Tum vero idem in aliis Libyae fluviis eveniat, quod monet Diodorus, ut praeteream alia, quae et contra Herodotum adtulit Ariftides T. 2. p. m. 341. 3) Etefiae actaeque

ab iis a feptemtrione ad meridiem nubes, vel retardatus fluvii decurfus, vel obducta oftia. Etefias praetexuerunt etiam Democritus Abderita, (Diodor. 1, 39. in.) Thales. (Seneca c. l. Scholiaft. Apollonii c. l.) Sed et hoc falfum effe docuerunt Herodotus, Seneca, Diodorus, Ariftides in primis T. 2. pag. 332. Iebb. quod nec idem tunc alia flumina experiantur, et minime flantibus, aut ceffantibus Nilus crefcat. Cf. infra. Sed alias alii caufas adtulerunt, quarum aliquas breviter adtingam. Sic 1) calor per hiemem terra conclufus, unde venae exficcentur, quod ftatuit Oenopides, facile a Diodoro et Seneca c. c. l. l. explofus. 2) Terra Aegypti pumicofa, quae humores hieme conftrictos per aeftatem reddat, quae fuit fententia Ephori (cf. etiam Schol. Apollonii c. l.) a Diodoro 1, 39. improbata, tamquam adverfa folo Aegypti et in primis loco, unde fons editur. 3) Oceani in Nilum influxus, uti voluit Democritus (Schol. Apollon. c. l.) et quod ex Herodoti caftigatione acriori 2, 21. videtur intelligi poffe, alii. 4) Nili ortus ex obpofita terrae plaga, in quam hiemales imbres tunc deiiciantur, quibus intumefcat. Quam Memphiticorum philofophorum opinionem adtingit etiam in fequentibus Mela et refutat Diodorus 1, 40. Sic ab Antoecis adfluere credidit etiam Nicagoras. 5) Crebriores et largiores pluviae in Aethiopia per aeftatem delapfae, quam veram caufam ab Agatharchide prolatam iudicat Diodor. 1, 41. Adfentiuntur, idoneis teftibus moti, Strabo 17. p. 543. f. 789. et quos laudat Ludolf in comment. hift. Aethiop. 1, 61, 3. p. 126. Cf. et Heliodor. in Aethiop. lib. 2. p. 109. ed. Bourdel. Cleomedes de circulis lib. 1. p. 129. ed. Bafil. Glycas Annal. P. 1. p. 13. Venet. Ariftoteles et Eudoxus apud Euftath. ad Odyff. 4, 477. p. 181. Bafil. qui id fe ex Aegyptiis facerdotibus cognoviffe dixerint. Improbat tamen et contra disputat Ariftides Tom. 2. p. 356. Iebb. quia per hiemem idem ob easdem pluvias fieri debeat, nec paullatim et tam diu crefcere poffit. Idem antea p. 334. de nivibus illis omnino du-

bitat, certe de tantis, unde auctus fluvius exundet. Sed omiſſis quibusdam aliis (cf. Scholiaſt. Apollonii c. l.) unum hoc addere liceat, quod Ariſtides in Orat. Aegypt. T. 2. p. 363. Iebb. ignorari veram cauſam arbitratur, et divinae id providentiae adſcribendum, quae pluviae loco ſic Aegypto providerit; a qua ſententia non alienus eſt Lucanus 10, 237. et Irenaeus 2, 47. Si recentiorum iudicia ſpectemus, in eo plerique conſentiunt, id effici a ventis borealibus, qui non ſolum actas ad montes Aethiopiae nubes imbribus praecipitent, ſed et curſum Nili morentur et marinas aquas in eum agant; utrumque enim eſſe coniungendum, cum unum tantum minime valeat. Vid. Wansleb Reiſe nach Aegypten p. 166. (in Paulus Sammlungen — P. 3.) Pococke Tom. 1. p. m. 295. Granger Reiſe durch Aeg. p. 324. (in Sammlung neuer — Reiſen, Goetting. 1751. 8.) Maillet p. 53 ſqq. Volney Tom. 1. p. 42. et alii. Continuis pluviis in Habeſch et Iemen tribuit Niebuhr T. 1. p. 125. et alios conſentientes in nota adponit. Cf. etiam Lobo voyage d'Abiſſinie T. 1. p. 141. et ad eum le Grand diſſ. 3. p. 271. Sed ſunt etiam, qui minus probabiliter explicent. Sic vulgo Aegyptii a rore petunt, unde Nili aqua fermentetur. (Wansleb p. 166. c. l.) Solertiores putant, aquae copiam illam verſus polum arcticum adtolli, et ad Lunae montes in Aethiopia coactam in nubes agi et imbribus deiici. (Haſſelquiſt Reiſe — p. 230.) Quod ex nitroſo Nili limo id conſequi, in peculiari libro iactaverat de la Chambre, refutavit Maillet p. 52. Illo vero tempore, quo creſcere Nilus incipiebat, ſolſtitio aeſtivo, *Niloa* agebantur, quam μεγίστην ἑορτὴν Aegyptiis fuiſſe adfirmat Heliodor. in Aethiop. 9, 9. p. 423. et paullo poſt Νειλώων ἑορτὴν vocat. Nec hodie abeſt feſta omnium laetitia, quam deſcribit Thevenot Reiſen T. 1. p. 322.

hieme terris) Videlicet illis, ubi Nilus oritur. Nam quando Aegyptiis eſt hiems, illis terris eſt aeſtas;

propterea ſol eſt propior illis terris. OLIVARIVS. Hoc intelligendum eſt de hieme noſtra, quando circa Nili fontes eſt aeſtas, et radii ſolares ad angulos rectos incidunt in terram illam, tunc exſiccari poſſunt ardore ſolis Nili fontes. At eo tempore, quando apud nos eſt aeſtas, et ſol his, qui ſub Capricorno agunt, longe abeſt, augentur aquae in illa regione, et intumeſcere faciunt Nilum. MVENSTERVS. Non enim ſemper in eadem Eccentrici linea verſatur, ſed aeſtate in altiſſimo et remotiſſimo loco a terra extollitur: Ἀπόγειον ſeu Augem Aſtrologi vocant. Hieme vere terris propior eſt Eccentrici differentia, id eſt diametris XXIV. ut placet Ptolemaeo. Non eſſe autem idem centrum ſolis et poli ex Theoricis planetarum didicimus. Hinc etiam Indi et Aethiopes ſub Capricorno, quam ſub Cancro magis peruſti. SCHOTTVS.

Eteſiae) Duplicem adfert etymologiam vocis Hyginus in poet. aſtron. 2, 4. p. 234. Staver. ab ἔτος et αἰτέω, unde quidam *Aeteſiae* maluerint. Addit tertiam Munckerus ex Theone in Aratum p. 22. (Phaenom. v. 152.) ab ἐτεὸν, διὰ τὸ μηδέποτε μεταβάλλειν αὐτοὺς, ὅταν ὁ καιρὸς αὐτῶν ἐνστῇ. Sed vid. de iis omnino Manut. ad Cicer. epiſt. ad diverſ. 2, 15. idemque prolixius ad Iul. Caeſ. de B. Civ. 3, 107. et quos addit Staveren. ad Hygin. c. l. Latius intelligi a veteribus, diſerte declarat Diodor. Sic. 1, 39. quippe qui refert, non ſolos Boreas aut Aparctias, (ſeptemtrionales ventos) ſed et Argeſtas (Cauros) ab occaſu aeſtivo flantes hoc nomine notari. Cf. ibi Weſſelingius. Gellius 2, 22. Eteſias certo anni tempore cum Prodromis oriente Cane ex alia atque alia coeli parte ſpirare dicit. Ariſtoteles ille de Mundo c. 4. μίξιν habere ait τῶν τε ἀπὸ τῆς ἄρκτου φερομένων καὶ ζεφύρων, et per aeſtatem dominari, ut Notum per hiemem. Vid. Ludolf comment. ad hiſt. Aethiop. 1, 62. in. A ſeptemtrione in occidentem et hinc in orientem ferri ex Ariſtotelis Meteorol. 2, 6. probare ſtuduit Manut. ad

Iul. Caef. c. l. et in Quaefitis per epiftol. 1, 6. Plura de iis conlecta dabit Kappius ad Ariftotel. de Mundo c. l. Glycas Annal. P. 1. p. 5. (Venet.) ἐτήσιοι Βόρειοι ἄνεμοι γίνονται μεϑ' ἡμέρας εἴκοσι τῆς ϑερινῆς τροπῆς μετὰ τὴν τοῦ κυνάστρου ἐπιτυχήν. Gellius 2, 22. *Etefias* et Auftros anniverfarios coniungit, ubi cf. notata. Spectantur eum diverfae regiones. In Aegypto funt, qui hodie vocantur Weft-Nord-Weft-Winde. Vid. Maillet p. 55. Volney T. 1. p. 43. Aegyptii, tefte Wansleb p. 166. c. l. et Pococke T. 1. p. 291. vocant *Meltem*. Secundum Ariftidem T. 2. p. 332. οἱ πλείους αὐτῶν εἰσὶ ζέφυροι. Οὗτοι δὲ ἀπὸ ἑσπέρας πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ἀποτείνουσιν. Poft in medio relinquit, utrum Zephyros eos, an Boreas aliquis velit habere. Quales Nofter intellexerit, fequentia declarant, et Nili curfus docet. Tempus cognofcitur ex iis, quae notavi fupra §. 3. ad verba *aeftivo fidere*. Spirant autem 60 dies (Scholiaft. ad Arat. Phaenom. v. 152.) Incipiunt Maio menfe, definunt Novembri, (Pococke c. l.) vel inde ab exeunte Iunio durant ultra medium Septembrem. (Wansleb. p. 166. et 170. c. l.) TZSCHVCKE. Sic vocat ventos feptemtrionales, qui certo tempore anni recurrunt, et hanc oram Aegypti infeftant, prout in omnibus fere locis, ubi viguit Gr. lingua, fic reperimus conftitui ventos Etefios, de quibus agit Seneca natur. Quaeft. 4, 2. [5, 10.] Tacitus Hiftor. 4, 81. agnofcit ftatos aeftivis flatibus dies Alexandriae, et prorfus hos Etefias fic defcribit. I. GRONOVIVS *MS.* Pro *aeftivis* quidam *etefiarum* f. *etefiis* volunt, quos refutavit Ernefti, quia hi auctore Caefare de B. Civ. 3, 107. (non 20.) Alexandria navigantibus fuerint adverfi, et hinc aeftivum tempus omnino indicari. Cf. Tacit. 2, 98. A Lucano 10, 240. fic declarantur: quorum *ftata tempore flatus.* Noti hodie *Paffat-Winde*, *Monfon.*

principia) Fontes, ut faepe ἀρχὴ apud Strabonem.

adverſo ſpiritu) Lucan. 10, 245. eadem ſic: *aquas Nili Adſiduo feriunt coguntque reſiſtere flatu.* Plinius 5, 10. ſ. 9. *Eteſiae eo tempore ex adverſo ſlantes.* Ad ſenſum omnino alter Plinius epiſtol. 4, 30, 8. *flumina adverſantibus ventis obvioque aeſtu retorquentur.* Fuit autem haec opinio olim in primis Thaletis, uti docent Diogenes Laert. 1, 1, 3. ſ. 37. Seneca nat. Qu. 4, 2. Diodor. Sic. 1, 38. aliique plures commemorati a Menagio ad Diogen. Laert. p. 21. c. l. Adverſatur praeter alios Ludolfus in hiſtor. Aethiopiae 1, 8. et in comment. c. l. praetenta experientia; nempe cum Eteſiae ſint omnium temperatiſſimi, et interdiu tantum ſpirent, noctu quieſcant, id eos ſolum efficere poſſe, ut inaequaliter Nilus creſcat. Pluribus telis impugnavit Ariſtides Tom. 2. p. 352. Iebb. 1) quia, iis minime flantibus, idem tamen eveniat; 2) id alibi ab aliis ventis fieri non legatur; 3) Eteſiae non tam contra oſtium Nili, quam adverſum orientalem ripam ſpirent, cum plerique ſint Zephyri, qui ab Oriente in Occidentem ferantur; 4) tantam vim illi non habeant, quippe quae rapidioribus adeo non inſit: 5) manifeſto iis flantibus Nilus effluat; 6) aeſtate magis fere, quam hieme aqua emittatur. Attamen Wansleb Reiſe nach Aegypten p. 21. (in Paulus Sammlung — P. 3.) ex aliorum ſermonibus ſuaque ipſius experientia confirmatus refert, per illud tempus Thraſciam (Nord-Nord-Weſt-Wind) ſpirare et effluvium Nili, prout ſpirat aut acrius, aut lenius magis minusve retardare et hinc incrementum augere. Idem adfirmat etiam p. 160. etſi p. 166. praecipuam cauſam defert in pluvias, ut Volney p. 43. Sed vid. ſupra.

Antichthones) Antoecos hic habet Nicagoras apud Schol. Apollonii ad 4, 296. unde, quo ſenſu valeant, intelligitur.

caeco) Sic cum flumina dicuntur procedere non tantum ſub terra, ſed etiam ſub ipſo mari, prout talis

narratio erat de *Alpheo* amne. [cf. 2, 3, 16.] Sic *Tigris* apud Iuſtin. lib. 43. [42, 3, 11.] et in antro *Corycio* mox cap. 13. hoc ipſum arripuit, quod potuerit contigiſſe ſub Oceano meridiano. I. GRONOVIVS *MS.* Cf. Seneca Nat. Qu. 3, 26. Ariſtides Tom. 2. p. 339. ſic ridet: *ἐκ τῶν ἀποῤῥήτων τόπων τῆς οἰκουμένης ὑπάρχειν αὐτῷ τὴν ἐπίδοσιν, ὥσπερ σοφιζόμενον τὸν Νεῖλον, ἢ δεδοικότα, μὴ φανῇ διὰ τοῦτο αὐξανόμενος.* Ad argutias convertit Wendelinus de admirandis Nili 4, 1, quod ſic die ſimul et nocte fruatur.

§. 5. *Chemmis)* Ita quoque Herodotus [2, 156.] inſulam hanc adpellat; Hecataeus Chembin in loco Stephani [ſ. v. Χέμμις] ita legendo: Ἐν Βουτοῖ [vulgo Βούτοις] *περὶ τὸ ἱερὸν τῆς Λητοῦς ἐστὶ νῆσος* Χέμβις *ὄνομα, ἱρὴ τοῦ* Ἀπόλλωνος. Ἔστι *δὲ ἡ νῆσος μεταρσίη καὶ περιπλεῖ ἐπὶ τοῦ ὕδατος καὶ κινέεται.* [vulgo *κινεῖται.*] Alia eſt Chemmis, quae in Nomo Thebaico ſita erat, quamque Πανὸς *πόλιν* interpretatur Diodorus Siculus. [1, 18.] Meminerunt huius cum alii, tum ipſe quoque Herodotus. [2, 91.] Plutarchus in libello de Iſide et Oſiride [p. 405. Vol. 7. ed. Lipſ.] perperam Χέννιν vocat. Stephanus ex auctoritate Herodoti et hanc quoque inſulam eſſe inquit: Ἔστι *καὶ* Χέμμις *πόλις μεγάλη νόμου τοῦ* Θηβαϊκοῦ *ἐγγὺς τῆς* Νέας *πόλιος.* Φησὶ *δ' ὁ αὐτὸς καὶ νῆσον εἶναι* Χέμμιν *ἐν αὐτῇ.* Sed nusquam hoc Herodotus prodit. Itaque apud Stephanum legendum *ἐν* Βουτοῖ, non *ἐν αὐτῇ.* VOSSIVS. Holſtenius ad Stephan. p. 355. *ἐν αὐτῇ* ſc. Αἰγύπτῳ bene explicat. Χέμμιν *κώμην* ad Nilum commemorat etiam Heliodor. in Aethiop. 2. p. 93. (Bourdel.) Sed hoc ad urbem, quam alii vocant, pertinet, de qua cf. Larcher. ad Herodot. 2, 91. H. *Akmin* ſ. *Ekmin*, vel *ch* pro *k* aliis. Denon Reiſe p. 341. *Achmin;* Sonnini Reiſen T. 2. p. 244. *Echmimm.* Cf. Iablonski in Pantheo Aegyptior. T. 1. p. 290 ſqq.

natat) Prout plures insulas natantes notas habuerint antiqui, et similem insulam in lacu Vadimonis Plinius epist. 20. et ipse noster 3, 2. tale quid notat de insula Antro in Gallia; sed quod miraculum Aegyptium est, ut sustinere possit Apollinis non modo templum, sed etiam grande. I. GRONOVIVS *MS.* In China multas insulas natantes arte tamen factas reperiri narrant itinerum auctores. At dubitat, et ad Graecorum fabulas ablegat Larcher ad Herodot. 2, 156. ex iis, quae ibi narrantur, cum ferri alias natantes insulae possint in Theophrasti Hist. plantar. 4, 13. Plinio 2, 96. s. 95. Seneca Quaest. natur. 3, 25. Ipse etiam Herodotus ab Aegyptiis id iactatum fuisse scribit; se nihil eiusmodi animadvertisse. Cf. etiam de ea d'Anville p. 79. c. l.

Pyramides) De iis praeter narratores itinerum multi multa scripserunt, quos produxerunt Plinius 36, 17. s. 36, 12, 3. et Meuselius in Biblioth. Hist. Vol. 3. P. 1. p. 66 sqq. et nostra aetas auxit. Accessit nuper Grobert aliique Franco-Galli. Sic multiplex fertur etymologia; de qua multa nuper conlegit Dornedden (Theorie der Gr. Mythologie) p. 343 sqq. Quidam ab Aegyptiorum lingua derivant, quasi *Pi-ramu-e* i. e. radius solis; (la Croze in Iablonski Prolegomenis ad Pantheon Aegypt. §. 34.) vel etiam Πιρωμὶς i. e. καλὸς κἀγαθὸς sec. Herodotum 2, 143. (Perizon. in origin. Aegypt. c. 21. p. 393.) vel a *Bur* i. e. antrum et *Muth* i. e. mortuus; (vid. Volney Reise p. 215. c. l.) alii ab Arabico *Haram*, quod paullatim transierit in Πύραμις i. e. locus Deo sacer; (Sacy voyage) alii a Chaldaicis vocibus *Amud* praemisso πῦρ vel Or amüd cum articulo Aegyptiaco *pi;* (nuper 1801. Hager in dissertat. on the newly discovered Babylonian Inscriptions, ut ex commentariis liter. novi) ex Coptica lingua Χρῶν i. e. πῦρ arcessito articulo πι. (Langles ad Norden voyage p. 246. ubi et sqq. multa ex Orientis maxime scriptoribus con-

lecta proſtant.) Qui in Graecis ſubſiſtunt, Grammatici in primis Graeci, petunt a πυρὸς, quaſi Ioſephus iis velut granariis uſus fuerit, (Stephan. h. v. Etymol. M. p. 697.) quod nec exſtructionis impenſae, nec tempus admittit; vel a πῦρ, quod ad ignis ſpeciem adtenuentur in conum. (Ammian. Marcellin. 22, 15.) Plura ad Ammian. c. l. dabit Wagner, Allatius ad Philonem de 7 miraculis p. 2654. (in Gronov. theſ. Vol. 8.) Heyne ad Guthrie hiſt. Vol. 1. ut praetercam alios. Ad Aegyptiacam originem revocatur verius. Sic et de conditoribus varia traduntur, quales ſunt *Iſraelitae*, (Ioſephus antiqu. Iudaic. 2, 9, 1. cf. Perizon. Origin. Aegypt. cap. 21.) *Ioſephus* (Etymolog. M. c. l.) at fuerunt ex ſaxo ſtructae, cum Iſraelitae tegulas tantum et aſſeres coquere cogerentur, et in Ioſepho alia ſupra commemorata repugnant; Aegypti reges, in iis *Moeris*, (Herodot. 2, 101.) *Cheops*, (idem 2, 124.) *Chemmis*. (Diodor. Sicul. 1, 63.) Haec quidem de maxima ad Melam. Nam alias alii exſtruxerunt. Aegyptii tamen hodie gigantes iactant conditores, quam fabulam exploſit Norden p. 161 ſq. Ita enim in vaſtis arduisque molibus et aedificiis ad gigantes, vel cyclopes confugere ſolent, de quo cf. Winckelmann über die Baukunſt der Alten p. 11. Alias Arabum et Copticorum opiniones recenſet Allgem. Welt-Geſch. Vol. 1. p. 387. Neque hic praeterire debeo duas opiniones, quas recentior aetas tulit. Nempe Bruce Reiſen T. 1. p. 106. nativas rupes olim fuiſſe putat, hominum opera ad hodiernam formam exciſas; Witte (über den Urſprung der Pyramiden p. 20 ſqq.) facta terrae concuſſione in altum extruſas fuiſſe operoſe et ſimilibus exemplis adſtruere nititur; refutatus et deriſus, ſi ſerio illa ſcripſerit, a Niebuhr in dem Neuen Deutſchen Muſeum an. 1790. P. 10. p. 963 ſqq. Si tempus ſpectetur propius, ultra Hieroglyphorum inventionem id proferendum putat Norden Reiſe p. 154.

quia nulla eorum veſtigia expreſſa oſtendunt. Monet tamen ibi Templemann, ſuperiori ſaeculo hieroglyphica ſigna utique in iis conſpecta fuiſſe, quod et diſerte adſirmat Wansleb Reiſe p. 204. (in Paulus Sammlung — Tom. 3.) Herodotus etiam 2, 125. adſirmat, ſe in iis vidiſſe γράμματα Αἰγύπτια, quae interpres ipſi de ſumtibus factis explicavit. Nec minus diſcrepant ſententiae in cauſa eorum et conſilio. Plerique enim, ex veteribus etiam aliqui, ad ſepulturam exſtructas ex indiciis repertis arbitrantur. Sic Herodot. 2, 127. Strabo 17. p. 555. ſ. 808. Diodor. Sic. 1, 64. ex recentioribus Maillet p. 217. Lucas voyage dans la Turquie T. 2. p. 129. Wansleb c. l. Norden p. 154. multique alii, quos ibi adlegat Templemann, qui ſimul refutat Shaw, ſecus ſentientem. Alii tyrannidem praetexunt, ut Ariſtoteles Politic. 5, 11. eoque ſpectat etiam opinio Ioſephi c. l. Plinius 36, 16. ſ. 12. qui *regum pecuniae otioſam ac ſtultam oſtentationem* dicit, ideo conditos putat, ne pecuniam ſucceſſoribus, aut aemulis inſidiantibus praeberent, aut ne plebs eſſet otioſa. Kircherus in Oedipo Aegypt. T. 1. p. 300. in iis agnoſcit aras, Diis erectas. Alii obſervationibus aſtronomicis inſerviiſſe ſtatuunt. Sed cf. de his de Pauw ſur les Egyptiens Tom. 2. p. 55 ſq. et Larcher. ad Herodot. 2, 124. Tribus autem plures fuiſſe, ex auctoribus diſcitur. Hodie tantum reperiuntur in Aegypto inferiori inter Cairo et Meduun (cf. Norden pag. 151. c. l. —) et praecipuae quatuor prope Giza, aliis Gizize, (Lucas voyage au Levant T. 1. p. 38 ſqq. ubi deſcribit) vel Diizi, uti vult pro Gize Volney T. 1. p. 215. Et ſic etiam *Grobert*, qui recentiori aetate optime deſcripſit. Vid. Hartmann ad Edriſii Afr. p. 370 ſq. Ceterum in ſeptem miraculis eas numerari, ſatis eſt notum.

tricenum) Sumſit ex Herodoto 2, 124. qui ita ſcribit: οὐδεὶς τῶν λίθων τριήκοντα ποδῶν ἐλάσσων.

tres) Vide ſupra. Plinius c. l. tres etiam, quae terrarum orbem fama impleverunt, commemorat inter Memphin et Delta poſitas.

quatuor — iugera) Sic ſcribit haud dubie interpretans auctorem Graecum, qui de his fundamentis uſurpavit vocem Graecam πλέϑρον, quippe qua plerumque utuntur in menſuris agrorum, quum interim magnopere diſtet iugeri magnitudo a ſpatio πλέϑρου, quo ferme alterum tantum deſignatur. Quod videtur etiam ſatis attendiſſe hic auctor, dum addit verbum *fere*, quod oſtendit numerum incertum. Tum etiam ipſe Herodotus 2, 124. in iis deſcribendis verbum πλέϑρον adhibet. I. GRONOVIVS *MS. Iugerum* apud Romanos cenſetur longum 240 pedes, latum 120. ut diſerte docet Quinctilianus 1, 10. additque adeo, nec quemquam fere eſſe, qui id ignoret. Conſentiunt in ipſa re Varro de L. L. lib. 4. p. m. 7. (in auctorr. L. L.) et Plinius 18, 3. Unde adparet, iugerum ne viceſimam ſeptimam quidem partem hubae, quam vocant, aequare, morgas contra noſtras, uti vulgo vertunt, ſuperare, uti contra Fabrum in theſauro L. L. monet Heuſinger. in Obſerv. antib. cap. 3. p. 43. Cf. quae notavi ad Eutrop. 1, 17. p. 51. Porro ſi Mela hic Herodotum reddidit, qui habet ὀκτὼ πλέϑρα, videtur ille iugerum et duo πλέϑρα eandem menſuram cenſuiſſe, et ſic ab aliorum computatione disceſſiſſe. Quod enim Plutarchus in Camillo cap. 39. πλέϑρα ſcribit, apud Livium in eadem narratione ſunt iugera numero quidem rotundo, quem vocant, ſeu pleno, ſi πλέϑρον habuit 104 pedes Romanos, vel 8 decempedas Rhenanas, 3 pedes et 1650 lineas, de quo cf. Eiſenſchmidius de ponderibus et menſuris p. 111. 180 ſq. Beverinus de ponderibus et menſuris p. 114. Xylander ad Plutarchi Aemil. Paullum cap. 15. Perizon. ad Aelian. V. H. 3, 1. et Rambach ad Potter Archaeologie T. 3. p. 202 ſq. In rebus Graecis

πλέθρον 100 pedes fignificare, eique refpondere in Romanis Graece expofitis iudicat Perizonius. At hic de dimenfione operis Aegyptiaci quaeritur, ubi fchoenus proprie adhiberi folet, cuius tamen menfura et ipfa parum fibi conftat, cum et minor fit 30 ftadiorum fpatio (Plin. 5, 11. f. 10.) et maior ftadiorum 60. (Herodot. 2, 6. Strabo 17. p. 553. f. 804. etfi in ipfa Aegypto variari ibi notat.) Quodfi in minori fubfiftamus, cum iugerum 28,800 pedes □ aequet, 4800 pedes □ efficiant 8 ftadia □, ad fchoenum unum et dimidium fumma revocabitur. Forte Mela latitudinem iugeri refpexit, cum alias longitudo fimul intelligatur. Variorum et veterum et recentiorum narrationes de latitudine conlectas propofuit Savary T. 1. p. 148. nuper Sonnini Reifen T. 2. p. 123. Pertinet autem Herodoti menfura ad Cheopis pyramida, ad Chemmis Diodori.

aequa fede) Haec pars defiderabatur ad veram notitiam huius pyramidos, nempe ut prorfus effet quadrata et aequalis tum in longitudine fundamentorum, tum latitudine. Id vocat *aequam fedem*, prout *fedes* apud Latinos pro fundamentis dicitur, praefertim ex imitatione Virgilii Aen. 1, 86. *totumque a fedibus imis Una Eurusque Notusque ruunt.* Similiter dicit Seneca lib. 1. n. 2. [natur. Qu. 1, 1.] *cito intercidere, quae fint creata fine fede et fundamento.* I. GRONOVIUS *MS.* Sic Nofter 3, 1, 6. promontorium *lata fede procurrens.*

altitudinem) Discrepant et hic fcriptorum menfurae, quod facit ad fpatium fedis. Herodotus 2, 124. habet 8 πλέθρα, i. e. 800 pedes; Diodor. plus quam fena; Strabo lib. 17. p. 555. f. 808. σταδιαῖαν facit et poft p. 558. f. 811. τετράπλεθρον, a fe ipfe discrepans, cum ftadium complectatur 6 πλέθρα; Plinius 17, 36. f. 12. ftatuit 883 pedes. Excidit igitur in Hygino fab. 223. f. ante 60 pedes numerus centenarius, uti recte cenfent

interpretes, etfi, qualem reddiderit, dubium eft. Ita variant recentiores; le Bruyn commemorat pedes 616. Profper Alpinus 625. Thevenot 520. Niebuhr, (Reife nach Arabien — Vol. 1. p. 196 fq.) Charlemont, Fourmont (defcription des plaines d'Heliopolis — p. 234.) 440. Greaves 481. Savary (Reifen p. 149.) 600. Norden 800. et fic alii alia, dant, quos recenfuerunt plures, in iis Savary, T. 1. p. 148. Larcher. ad Herodot. 2, 124. Browne Reifen p. 248. De dimenfione maxime disquiritur etiam in Mifcell. obfervatt. Vol. 1. T. 2. p. 278 fqq. Qui noftra aetate menfi funt Grobert (Befchr. der Pyramiden) p. 47 fq. cognovit 437 pedes, Gallo-Franci 155 metra i. e. 465 pedes, quae quidem de Cheopica referuntur. Ipfa autem illa diverfitas, fi vel negligentiam, vel inftrumentorum et vitia et variam defcriptionem excluferis, inde oritur, quod alii bafin ftatuerunt folum, cui ftat innixa, alii fuperficiem Nili. Ita Niebuhr p. 196. c. l. maximae altitudinem invenit effe vel 440 pedum vel 640. Tum ipfum folum inaequalem habet planitiem adpulfisque arenis operta latet, uti etiam notavit Shaw voyage Tom. 2. p. 145.

Moeris) Gr. λίμνη Μοίριος, (Herodot. 2, 148. et alibi) vel Μοίριδος λίμνη, (Strabo 17. p. 557. f. 811. Ptolemaeus 4, 5.) quod lacus ille a Moeride rege effoffus erat, auctoribus Herodo. 2, 101. Diodoro Sic. 1, 51. (ubi in plerisque MSStis legitur Μύρις, ut in multis apud Herodot. 2, 4.) Plinio 5, 9. f. 4. 36, 16. f. 12. Praefert in Diodoro *Moeris* Weffelingius; utrumque rectum cenfet Harduinus ad Plin. 5, 9. f. 4. eodem modo, quo dicatur Moefia et Myfia. At praeferenda videtur aliorum fcriptura. Aegyptii recentiores Iofepho illud opus tribuunt, ut docet Michaelis ad Abulfedam not. 114. At non arte, fed natura et terrae eruptione factum, ut pyramides, evincere contendit Witte über den Urfprung der Pyramiden — p. 64 fq. Defcripferunt eum Herodotus 2, 149.

Strabo c. l. Diodor. c. l. ex recentioribus in primis Templemann ad Norden Reisen p. 150. Pococke Tom. 1. p. 97 sqq. Larcher. ad Herodot. 2, 149. T. 2. p. m. 481. et, qui de eo commentationes emiserunt d'Anville et Gibert. (Vid. Memoires — de Paris Vol. 28. p. 149 sqq. et 225 sqq.) Duae olim in illo erectae steterunt pyramides, (Herodot. 2, 149.) quas tamen se non vidisse adfirmat Lucas, voyage dans la Turquie Tom. 2. p. 297. Veteres laudant eius et magnitudinem et utilitatem. Nili enim exsuperantes aquas, ne stagnarent, vel praeter modum adsurgerent, excepit, et magnam multorum piscium copiam aluit, unde vectigal pendebatur, uti narrant Herodotus et Diodorus. Quis sit hodie, disceptatur. Alii diversa quidem etiam scriptura eum agnoscunt in *le lac de Kern* s. *Caroun*, s. *de Fäium*, (ab urbe vicina) vel, ut accolae efferunt, (vid. Lucas T. 2. p. 246. c. l.) *Birque Querron;* alii prope Nili fossam h. *Bahr Baten* quaerunt. Priorem sententiam sequuntur Samson de l'Isle in tabulis Maillet pag. 266. Lucas voyage dans la Grèce — P. 2. p. 42 sqq. Sicard Tom. 2. p. 261. aliique, in primis acerrimus eius defensor Gibert p. 225. c. l. Posteriorem tuetur maxime d'Anville p. 154 sq. qui propter ambitum a veteribus traditum lacum illum hodiernum intelligi posse negat, refutatus a Giberto. Larcher c. l. *Bahr* (i. e. canalis, fossa) *Jusef* h. esse censet. Adparet certe fossa *Bahr Jusef*, etiam *Calitz il Menhi*, quae Nili aquam per Fium urbem, olim Arsinoen, in lacum *Birket il Kern* devehit, qui, cum alius ibi non reperiatur, de Moeridis lacu intelligi debet. Vid. Wansleb Reise (in Paulus Sammlung — P. 3.) p. 269. et 277. Ex aliis eadem dabit Hartmann ad Edrisii Africam p. 471. Videtur utique progressu temporis mutatus, et vel partim in fossam abiisse, vel ea addita hoc nomen post accepisse. Plinius enim 5, 9. s. 4. *Inter Arsinoiten*, inquit, *ac Memphiten lacus fuit — Moeridis adpellatus*. Et alio loco (36, 16. s. 12) *ubi fuit Moeridis lacus, hoc est, fossa grandis.*

Hodiernam eius speciem pluribus praeter superiores descripsit Lucas voyage dans la Turquie Tom. 2. p. 247 sqq. qui refert, canalem adhuc ibi esse, ambitum amplum, aquam piscosam versus occasum amaram, dulcem versus orientem. (Cf. p. 297.) Si, quae ex recentiorum auctorum testimoniis innotuerunt, quaerantur, adsunt Denon et Browne. Ille (Reise nach Aegypten) p. 131. *Bathern* habet post p. 153. lacum Moeridis ab Herodoto et Diodoro commemoratum canalem (*Bahr*) *Bathen* esse censet, arte factum; contra, quem Strabo designat, naturae opus, nunc lacum *Birket - el - Keroun*, etsi obscuras et dubias omnino veterum narrationes pronuntiat. Consentit Browne Reisen p. 241. de lacu *Birket-el-Keroun*, cui ambitum tribuit 30 miliarium Gallicorum. Sic idem de fossa, Bathen.

viginti milia) Qui de ambitu ex veteribus loquuntur, haec tradunt. Herodot. 2, 149. in. τὸ περίμετρον τῆς περιόδου στάδιοι ἑξακόσιοι καὶ τρισχίλιοι, σχοίνων ἑξήκοντα ἐόντων, cum quo consentiunt Diodor. Sic. 1, 51. et Mucianus apud Plinium 5, 9. s. 4. qui numeravit 450. M. P. (i. e. 112 miliaria Germanica) cum ipse Plinius ponat tantum 250. M. P. Quae si comparentur cum Herodoti mensura, aliquantum inde discrepat Mela, de quo dictum in notis criticis. TZSCHVCKE. Quis non rideat potius, quam miretur tantam magnitudinem, maiorem Sicilia, et vix universa Peloponneso minorem. Profecto verum est, id quod multis aliis exemplis possimus ostendere, Herodotum omnia Aegyptiaca longe fecisse ampliora, quam re vera essent. Ita Aegypti longitudinem latitudinemque altero tanto maiorem fecit, quam sit. Si quis igitur verum huius paludis ambitum cognoscere velit, is dimidium huius mensurae auferat, sic quarta tantum prioris magnitudinis pars supererit, quod facile possint computare illi, qui κυκλικοῦ λόγου non sunt prorsus imperiti. Tamen et sic quoque miranda erit

res et incredibilis paene, tam vaſtum terrarum tractum humano labore unquam effodi et excavari potuiſſe. VOSSIVS. Obſtupuit ipſe Herodotus et ad quaeſtionem, quo exportata fuiſſet egeſta terra, reſponſum tulit, in Nilum fuiſſe deiectam, quod 2, 150. inluſtrat effoſſis cuniculis ad gazam Sardanapali ſpoliandam actis. Sed recte dubitavit Voſſius, cui etiam praeter alios adſentiuntur Weſſeling. ad Diodor. 1, 51. et Pococke T. 1. p. 98. qui hodie longitudinem illi tribuit 50 miliarium, latitudinem 10. Voſſium refutare ſtuduit d'Anville du ſchène Egyptien in Memoires — de Paris Tom. 26. p. 89.

altior) Herodotus 2, 149. habet βάθος πεντηκοντόργυιον, conſentiente etiam Diodoro c. l. A Plinio 5, 9. adferuntur 50 paſſus, qui fere, cum 5 pedes efficiant paſſum unum, et ὀργυιά 6 pedibus conſtet, eandem ſummam reddit. Nempe ὀργυιά reſpondet fere paſſui Romano, unde etiam Latini auctores, ubi verbum Graecum interpretando reddunt, *paſſus* ponere ſolent, uti multis docuit Perizonius ad Aelian. V. H. 12, 22. Quod autem a gloſſis male per *ulnam* exponi dicit, adverſatur Plinius 36, 19. ſ. 3. qui dicit *pyramides quadragenarum ulnarum*, ubi Herodotus 2, 148. f. habet totidem ὀργυιάς. Cf. et Rambach ad Potteri Archaeologie — Vol. 3. p. 202.

navibus) Non ſc. longis vel bellicis, quae non tam alte, quoniam harum contemplatio nulla poteſt eſſe in profunditate notanda, nec illae erant aut ſic oneratae, aut ſic fabricatae, ut carinae; quare naves mercium ſumit, et miratur, terram ita deſediſſe. I. GRONOVIVS *MS.*

Pſammetichi) In Graecis libri plerique Ψαμμήτιχος, paſſim etiam Ψαμμίτιχος, ut et Scholiaſt. Ariſtoph. ad Plutum v. 178. de quo cf. Weſſeling. ad Diodor. 1, 66. Illud plerique probant, Latinorum uſu confirmatum.

Horrens tamen in obfervatt. p. 265. et 332 fq. per ι Aegyptiacum magis putat a Ψάμμις, per η ex terminatione Graeca proferri. Cf. etiam ad Herodot. lib. 2. in. qui quidem 2, 142. olim a 12 regibus, in quibus hic in primis celebratur, tamquam commune monumentum exftructum fuiffe narrat. Strabo 17. p. 557. f. 811. conditorem nominat *Imanden*, pro quo epitome p. 220. Hudf. habet *Mainden*, uti fere Diodor. Sic. 1, 61. in quo legitur Μένδης, quem aliquos *Marrum* vocaffe addit. Poft tamen (1, 97.) Μένδητα profert, aliis Marrum, qui labyrinthum, fepulcri nomine, exftruxerit. Hoc fepulcrum late patens in operis illius extrema parte (cf. etiam Herodotus) ponit, pyramidis quadrangulae forma, unde d'Anville coniicit, ubi h. *Havara*, quaerendum effe labyrinthum. Ita tamen Strabo intelligi poffe videtur, ut labyrinthi illa pars huc prolata fuerit maiori adnexa. At Plinius 36, 19. f. 13, 1. ante annos 4600 a Petefucco, vel Tithoe rege eum conditum, a Pfammeticho perfectum fuiffe, tradit, variosque producit auctores, qui vel regiam, vel fepulcrum, vel Solis templum fuiffe fcripferint. Lucas (voyage dans la Turquie T. 2. p. 289.) Pantheon credit. Ipfum autem Pfammetichum Scholiaftes Ariftophanis c. l. Χαλεπὸν vocat Αἰγυπτίων τύραννον, καὶ σκαιότατον Βούσιριν ὑπερηκοντηκότα, etfi diverfa tradit Herodotus. Septingentos autem annos ante Chr. N. regnaffe chronologi fere tradunt.

Labyrinthus) Qui de eo expofuerunt auctores veteres funt Herodot. 2, 148. Strabo 17. p. 557. f. 811. Diodor. 1, 66. Plin. 36, 19. f. 13. Ex Herodoto fua haufit Nofter. Veterum autem de eo loca inter fe contulit Templemann ad Norden Reife (a. 1779.) p. 309. An de eodem loquantur Herodotus et Strabo, etfi in dubium vocavit d'Anville Memoires fur l'Egypte p. 160 fqq. fecit tamen id fine idonea caufa, quia diverfa uterque via eum adierunt, ille a feptemtrione ad meridiem, hic ab oriente

ad occaſum progreſſus. Cf. etiam Larcher ad Herodot. 2, 148. Tom. 2. p. m. 474 ſqq. qui pluribus argumentis, eundem ab auctoribus intelligi, evicit, unumque tantum in Aegypto fuiſſe docuit. Qualis hodie conſpiciatur, enarrant Lucas voyage fait en 1714. T. 2. p. 18 ſq. et voyage dans la Turquie Tom. 2. p. 259 ſq. 267 ſqq. ex quo cum figuris expreſſum dedit Montfaucon in ſupplément — de l'antiquité expliquée T. 5. p. 144 ſqq. item Pococke Reiſen T. 1. p. 93 ſqq. etſi alieni potius operis rudera deſcribit, Savary T. 2. p. 18. aliique. Eius hodie veſtigia ſupereſſe negat Maillet, alii adeo deſcribunt, in primis Lucas, qui ipſe accuratius fili ope perluſtravit, ut olim Herodotus, eumque et Strabonem vera tradidiſſe adfirmat, ſecus Plinium, qui in lacu ponat, cum ſitus ſit ad Moeridis partem meridionalem, 10 miliaribus ab Arſinoe. Ita quidem Herodotus conlocat ad lacum Moeridis verſus Crocodilorum urbem, quae poſt vocata eſt Arſinoe. Neque hic pugnat cum Strabone, quippe qui ad eam urbem 10 ſtadiis a labyrintho navigari ait, quum Herodotus omnino praecipuae urbis viciniam indicavit. Plinius ponit in Heracleopolite nomo. Quod autem tradit Lucas, manent adhuc ſigna magnitudinis, porticus 4. marmoreis columnis ſuffulta, in medio porta, domus, etſi devaſtatae. Alia addit p. 267 ſq. quae nolo repetere. Diligenter vero eius et veterum narrationes inter ſe comparavit Gatterer de metempſychoſi Vol. 9. comment. — Goettingenſ. p. 56 ſqq. quod antea in Herodoto tentaverat Lucas, etſi paſſim minus recte. H. vocant *Caſſr-Carun* (Wansleb Reiſe in Paulus Sammlung — P. 3. p. 278.) vel *Kaſr-Karoon*, (Pococke T. 1. p. 101.) vel, ut Lucas, *Palais de Caron*, quod perinde valet, quia *Kaſr* ſignificat arx et *Karoon*, quem Aegyptii fabulantur regem antiquum fuiſſe adeo opulentum, ut 200 cameli claves theſaurorum portarint. (vid. Pococke c. l.) Negat tamen d'Anville et cum illo de Pauw ſur les Egyptiens T. 2. p. 51. veram hanc fuiſſe eius ſedem, cum ambitus repugnet, et Lucam,

vel qui eius iter evulgavit, ad veterum descriptiones suam effinxisse. Ex huius autem labyrinthi forma exemplar Cretensis a Daedalo instructum fuisse, existimant Diodorus 1, 66. et Plinius c. l. qui ibi omnino de veterum labyrinthis, quippe Aegyptio, Cretensi, Lemnio et Italico disserit. Cf. etiam Germanus et Cerda ad Virgil. Aen. 5, 588.

domos) Aliud domum, aliud regiam intelligimus: quamquam ita accipi potest, regias duodecim domos mille adnexas habere, quibus constet. Strabo scribit, per cryptam egressis, 27 regias ordine sitas obviam fieri. VADIANVS. Hoc quoque habet ex Graecis, ubi verbum οἴκους ita interpretatus est, cum tamen illa vox notaret frequenter apud Graecos aliquos *conclave*, prout sane hoc quoque in loco videntur Graeci intellexisse. I. GRONOVIVS. Herodotus 2, 148. habet οἰκήματα, Plinius c. l. etiam cum nostro *domos*. Ex tribus autem millibus domibus, quas continuit labyrinthus, iuxta Herodotum dimidia pars supra terram, reliquae sub terra erant, quas subire non debebat. Ceterum, quod traditur, mirandum hoc existimat Vossius, ut olim Plinius, introitum labyrinthi columnas habuisse e lapide Pario, cum ipsa Aegyptus tot indigenis, et quidem praestantissimis abundet marmoribus. Nempe, si vera habentur, aut sua bona tunc ignorarunt, aut neglexerunt.

regias) Herodoto c. l. sunt αὐλαὶ κατάστεγοι; Straboni αὐλαὶ περίστυλοι, συνεχεῖς ἀλλήλοις. Totidem autem hic fuisse dicit, quot fuerint nomi, nempe 27. seu, ut Plinius, praefecturae; qui tamen sedecim habet. Alii aliter, quia, si ad nomos pertinebat, non satis definitus est illorum numerus pro temporum diversitate. Vid. d'Anville p. 34. c. l. Igitur illo tempore fuerunt 12, quibus alii post additi, uti ex recensu eorum in auctoribus intelligitur, et ita regiarum auctus numerus. Quod enim

Strabo refert, nomi per legatos, ut ibi in commune conſultarent, convenerunt.

perpetuo parietis) Herodotus τοῖχος ἔξωθεν ὁ αὐτὸς σφέας περιέργει. Strabo ἐφ' ἑνὸς τοίχου. Plinius extra murum alias aedificiorum moles fuiſſe refert, forte pyramidem illam, de qua ſupra, innuens.

marmore) Plinius: *lapide polito fornicibus tectus.* Herodotus: ὀροφὴ πάντων λιθίνη, καθάπερ οἱ τοῖχοι. Strabo: μονολίθοις ἐστέγασται πλαξίν.

ambagibus) Eodem vocabulo utitur Ovidius Metam. 8, 161. *ducit in errorem variarum ambage viarum.* I. GRONOVIVS *MS.* 2. Σκολιὰς ὁδοὺς dicit Strabo; Herodotus ἑλιγμοὺς ποικιλωτάτους; de Cretenſi Apollodor. 3, 15, 8. πολυπλόκοις καμπαῖς τὴν ἀγνοουμένην ἔξοδον ἀπέκλειε. Comparari hic utique poteſt Virgil. 5, 588. Ovid. Metam. c. l. Ita autem fere de Trinacrio ſpecu Gratius Cyneget. v. 431.

anfractu) Frequenti interruptione et averſione ex directo in obliquum. I. GRONOVIVS *MS.* 2.

revocatis) Quae in errorem ducuntur, quae recedunt, retrorſum flectuntur. Ovidius c. l. comparat cum Maeandro: *refluitque fluitque.* GRAEVIVS *MS.* Quae ultra procedere ſolebant, antequam exieris; finitis, ut reverti cogaris. I. GRONOVIVS *MS.* 2. *Porticus* apud Strabonem κρυπταί.

§. 6. *aliter)* De illorum moribus multa in primis Herodotus, Strabo lib. 17. Diodorus lib. 2. De dictione *fimo obliti* vid. not. crit.

arte medicatos) Plinius lib. 16. [c. 21. ſ. 11.] ſcribit, in Syria picis genus *cedrium* vocari, cuius tanta

vis eſt, ut in Aegypto corpora hominum defunctorum eo perfuſa ſerventur. De cadaverum autem in Aegypto condendorum multa cura Diodor. lib. 2. [lib. 1. c. 91 ſq.] VADIANVS. Graeci vocant ταριχεύειν, (Diodor. 2, 15. Sextus Empiricus in Pyrrhon. Hypotyp. 3, 14. ſegm. 226. aliique, quos adducit Reitzius ad Lucian. de luctu c. 21.) unde ταρίχευσις ipſum artificium (Herodot. 2, 85. f. —) et, qui callebant, ταριχευταί (Diodor. 1, 91.) vel ταριχευτῆρες, (Manetho 4, 267.) Cicero Tuſcul. 1, 45. *condire;* Varro apud Diomedem p. 372. (in Grammat. Putſch.) *ſallere.* Prolixe inprimis deſcripſerunt Herodotus 2, 86. et Diodor. c. l. Cf. quae ibi adnotavit Weſſeling. itemque Heyne ad Guthrie Welt-Geſchichte T. 1. p. 186. Lindenbrogius ad Cenſorinum c. 17. et Triller. in obſervatt. crit. p. 195. Ἐπιμέλεσθαι τοῦ σώματος omnino vocat Plutarchus in 7. Sapient. convivio T. 6. p. 605. (ed. Lipſ.) Cedrii in hac re uſus et alii praeter Plinium mentionem faciunt, quos memoravit ibi Harduinus. Medicata corpora *mumias* vocari notum, de quibus, praeter itinerum enarratores, multi ſcripſerunt, quorum nomina dabit Meuſel. in bibl. hiſtor. Vol. 3. P. 1. p. 76 ſqq. De ipſa medicatione ex recentioribus copioſe expoſuit Caylus in hiſt. de l'academie — de Paris Tom. 25. pag. 119 ſqq. Ventrem exemiſſe peccatorum cauſa tradunt Plutarch. de eſu carnium orat. 2. in. et Porphyrius de abſtin. 4, 10. Ceterum eundem morem Luciani tempore adhuc valuiſſe, patet ex Luciano de luctu cap. 21. atque etiam nunc in divitibus ſervari adfirmat Maillet c. l. lettre 10. p. 88.

penetralia) Aedium intimas partes, ad quas Mela dum hanc vocem uſurpat, tacite videtur ſignificare conſecratas apud ipſos fuiſſe. I. GRONOVIVS *MS.* *Domi ſervant* Cicero Tuſcul. 1, 45. id quod etiam feciſſe Meroitas quosdam refert Strabo 17. p. 565. f. 822. In conviviis ab Aegyptiis adpoſitos fuiſſe, teſtatur Lucianus c. l.

Caufam adfert Plutarch. in 7. Sapient. conv. p. 560. (Lipf.) nempe ut mortales fe effe monerentur.

perverfe) Scilicet ut verficulos ducant ex Hebraeorum — more a dextra ad finiftram, contra ac Graeci et Romnai folebant. Herodot. 2, 36. *γράμματα γράφουσι φέροντες τὴν χεῖρα ἀπὸ τῶν δεξιῶν ἐπὶ τὰ ἀριστερά.* Quod quidem intelligitur de vulgaribus literis et populari fcriptura, cum fuerit etiam facra, unde Herodotus c. l. memorat *ἱρὰ* et *δημοτικὰ γράμματα*; *ἱερὰ* et *δημώδη* Diodor. Sic. 3, 3. f. vel *ἱερατικὰ* et *δημοτικὰ* Heliodor. in Aethiop. 4, 8. p. 174. Illa facerdotibus in ufu erant, quibus *αἰνιγματώδη σοφίαν* occulerent. Cf. Tychfen in Bibliothek der alten Literatur P. 6. p. 1 fqq. ubi de Aegyptiorum fcriptura docte et accurate disferit; *ἱερὰ* ad hieroglyphica refert, quae, qualia fuerint, exemplis fubiectis declarat, de quibus quidem plurimae exftant quaeftiones et disputationes doctorum virorum in itineribus et in fuis libris expofitae.

lutum) Herodotus 2, 36. fic: *φυρῶσι τὸ μὲν σταῖς τοῖσι ποσὶ, τὸν δὲ πηλὸν τῇσι χερσὶ*, quod ex eo repetit Strabo 17. p. 567. f. 823.

farinam) Secus feciffe Romanos, conftat ex iocofa Antonii exprobratione adverfus Auguftum apud Sueton. cap. 4. I. GRONOVIVS *MS.*

Forum —) Eleganter haec Sophoclis cothurnus Oedipo Colonaeo, qui de filiis conqueritur, quod patris curam negligerent, quum virgines Antigona et Ifmena *γηροβοσκίαν* praeftarent: [v. 338 fq.] *Ὦ πάντ' ἐκείνω τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ νόμοις φύσιν κατεικασθέντε καὶ βίου τροφάς. Ἐκεῖ γὰρ οἱ μὲν ἄρσενες κατὰ στέγας θακοῦσιν ἱστουργοῦντες· αἱ δὲ σύννομοι τὰ ἔξω βίου τροφεῖα πορσύνουσ' ἀεί.* Ubi Scholiaftes antiquus ex Nymphodori

Barbaricae Hiſtoriae lib. 13. Ἔθεσι τὰ μὲν ἐναντίοις, τὰ δὲ ὁμοίοις χρῶνται τοῖς Ἕλλησι. Τὸ μὲν γὰρ ἐξίστασθαι τοῖς πρεσβυτέροις τοὺς νεωτέρους, ὁμοτρόπως καὶ ἡμῖν διοικοῦσι, τῶν δὲ ἄλλων οὐδέν. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς Ἕλλησιν οἱ μὲν ἄνδρες τὰ κατὰ τὴν ἀγορὰν οἰκονομοῦσιν· αἱ δὲ γυναῖκες, ἔνδον μένουσαι, ταλασιουργοῦσιν· Ἐκεῖ δὲ αἱ μὲν γυναῖκες ἐν ἀγορᾷ περιπατοῦσι καὶ καπηλεύουσιν, οἱ δ' ἄνδρες κατὰ τὴν οἰκίαν ὑφαίνουσιν. Ὁ γὰρ Σέσωστρις ἐκθηλῦναι τοὺς ἄνδρας βουλόμενος, ἅτε μεγίστης χώρας γεγενημένους καὶ πολλοὺς ὄντας, ὅπως μὴ συστραφέντες ἐπ' ἰσομοιρίαν ὁρμήσωσι, τὰ μὲν ἐκείνων ἔργα ταῖς γυναιξὶ, τὰ δὲ τῶν γυναικῶν ἐκείνοις προσέταξεν, ἵνα μὴ μόνον τῶν ὅπλων ἀναγκαίως στερηθέντες, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἀνεθέντες ἀσμένως ἐπὶ τοῖς ὑπάρχουσι καταμένωσιν. Ὅθεν τοὺς μὲν ψιλοὺς εἶναι, τὰς δ' ἀνιέναι τὰς τρίχας προσέταξε· καὶ τοὺς μὲν ἐπὶ τῶν κεφαλῶν φέρειν τὰ φορτία, τὰς δὲ ἐπὶ τῶν ὤμων ἠνάγκασε. Ἔπειτα τοὺς μὲν καθημένους, τὰς δὲ ὀρθὰς ἑστώσας οὐρεῖν. Καὶ ταῖς μὲν δύο ἱμάτια περιέβαλε, τοῖς δὲ ἓν ὑπολαμβάνων ἅμα ταῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐκθηλύνεσθαι· ὃ δὲ καὶ Λυδοῖς ὕστερον συμπεσεῖν φασιν. Idem accidiſſe et Lydis Herodotus lib. 1. [c. 155 ſq.] et lib. 2. [c. 35.] hos diverſos Aegyptiorum mores ab aliarum gentium omnium moribus, et inſuper alios, recenſuit. SCHOTTVS. De Lydis cf. etiam Iuſtinus 1, 7. ubi ſimilia exempla dabit Berneccerus. De Aegyptiis Herodotus ſic: αἱ μὲν γυναῖκες ἀγοράζουσι καὶ καπηλεύουσι· οἱ δὲ ἄνδρες, κατ' οἴκους ἐόντες, ὑφαίνουσι. Noſter adiunctum *penſa* poſuit, quae ſunt feminarum. Hinc Tibull. 2, 1, 63. *Hinc et femineus labor eſt, hinc penſa colusque.* Cf. idem 2, 1, 10. Ovid. Amor. 1, 13, 23. Sed et res et cauſa nota ſunt. Ita vero, quod narrat Tacitus in Germania cap. 15. *agrorum cura feminis* apud veteres Germanos *delegata* erat; id quod paſſim hodie in barbaris gentibus obſervatur. Vid. Iſelin Geſchichte der Menſchheit T. 1. p. 242. (ed. 5.)

et quos producit; item Allgemeine Reiſen — Vol. 5. pag. 33.

humeris) Qui tamen in viris ſolent eſſe lati et onerari, unde apud Virgilium [Aen. 2, 721.] Aeneas oſtendit *latos humeros;* et hinc Veſpaſianus apud Suetonium cap. 8. collo ſuo primus extulit rudera Capitolii. I. GRONOVIVS *MS.* Herodotus, unde et haec duxit, c. l. ſic indicavit: *τὰ ἄχθεα οἱ μὲν ἄνδρες ἐπὶ τῶν κεφαλέων φορέουσι, αἱ δὲ γυναῖκες ἐπὶ τῶν ὤμων.* Sequentia ſic: *τρέφειν τοὺς τοκέας τοῖσι μὲν παισὶ οὐδεμίη ἀνάγκη, μὴ βουλομένοισι· τῇσι δὲ θυγατράσι πᾶσα ἀνάγκη, καὶ μὴ βουλομένῃσι.*

et extra) Tò *et* lucentioris explicationis cauſa interponere ſolet, de quo vid. I. Gronovius in notis criticis ad prooem. §. 1. p. 7. Infra de Moſſynis 1, 19, 10. *propatulo veſcuntur.*

obſcoena) Sordes naturales. Sic Ovid. in remedis am. v. 437. *reddente obſcoena puella.* BVRMANNVS *MS.* Herodotus c. l. *εὐμαρίῃ χρέωνται ἐν τοῖσι οἴκοισι, ἐσθίουσι δὲ ἔξω ἐν τῇσι ὁδοῖσι.*

intimis aedium) Quum Graeci et Latini ante tempora Melae id fecerint in locis publicis et vel in plateis, modo eſſet aliqua ſolitudo, ſicut legimus tarde demum apud Romanos inventas eſſe *ſellas Patroclianas,* ut vocat demum Martialis, [12, 77.] unde patet, poſt tempora Melae iſtas fuiſſe inventas et *latrinas publicas* agnoſcit Suetonius in vita Lucani, cuius demum a fama increvit ſub Nerone, atque ita poſt Melam. Quin etiam apud Graecos fuiſſe latrinas publicas patet ex eo, quod dicit Suetonius in Nerone; [vid. cap. 24.] et nobiliſſimum exemplum eſt Arii in hiſtoria eccleſiaſtica, qui, cum incederet in foro Conſtantinopoleos, eumque alvus

urgeret, non dubitavit fecedere in huiusmodi publicum locum. I. GRONOVIVS *MS.* Multa dabit Cafaubonus ad Theophraftum cap. 14, 2. Tum ad inluftrandum hunc locum valet id, quod adnotante b. Geislero, narrat Haffelquift Reife nach Palaeftina p. 597. Damiatae in Aegypto latrinas in culina inveniri. Publicae etiam nunc in amplis et copiofis urbibus quibusdam Europae adhibentur, ut Hamburgi.

§. 7. *multorum animalium*) Quidquid apud Aegyptios boni fpeciem prae fe tulit, id divinitatem obtinuit; [pro diverfitate quidem regionum, in quibus hoc aut illud videbatur magis utile. I. GRONOVIVS *MS.*] praeterea multa noxia, ne obeffent, venerati funt. — VADIANVS.

animalia) Nimirum hircos, ciconias, anguillas, fimias, ferpentes, canes, feles, tum allium, cepas, de quibus legi poteft Iuvenalis 15, 1 fqq. [et quae ibi nuper contulit Ruperti.] In primis vaccas venerantur. Herodotus [2, 42. de Thebanis] affirmat oves quoque veneratos effe. Cf. Iuvenal. 15, 11. Inde intelligimus, Aegyptiis exofos [invifos] effe paftores pecudum; (cf. Genef. 46, 34.) quales erant Hebraei, quia nimirum pafcebant et edebant illorum Deos, vaccas et boves. GRAEVIVS *MS.* Notum eft ex Polyaeno 7, 9. ftrategema Cambyfis, qui, cum Pelufium obpugnaret, eiusmodi animalia fancta, ut canes, oves, feles, ibides ante exercitum conftituit, et fic urbem facile et fine clade cepit. Ipfe vero tot beftiarum cultus a multis auctoribus veteribus celebratur et ridetur, et peculiaribus libris expofitus nunc legitur, quorum recenfum egit Meufel. in bibl. hift. Vol. 3. P. 1. p. 37 fq. ut taceam eos, qui omnino de rebus Aegyptiorum facris, veluti Iablonski, fcripferunt ibidem p. 18 fqq. commemoratos. Eodem vero more Indiae gentes, quae prifcam religionem tuentur, plurima ani-

malia tamquam numina colunt iisque abſtinent, uti narrant praeter alios Bernier voyage Tom. 2. p. 136. MacIntoſh travels T. 2. p. 52. Recte autem Noſter addit *alii alia*, quod auctorum aliorum teſtimoniis probatur. Sic Herodotus 2, 69. narrat crocodilos circa Thebas et Moeridis ſtagnum ſacros haberi, contra eosdem circa Elephantinen adeo comedi, et a Tentyritis etiam occidi Strabo 17. p. 560. ſ. 814. A cultu eorum nomina etiam urbes aliae alia acceperunt, ut Crocodilopolis, Cynospolis, Lycopolis. Sed vid. Strabo, qui 17. p. 550. ſ. 812. id diſerte monuit.

capital) De ſcriptura in terminatione disquirunt notae criticae. Ad ipſam rem locus inluſtris exſtat in Ciceronis Quaeſt. Tuſcul. 5, 27. a Schotto et I. Gronovio MSto indicatus: *Aegyptiorum mores quis ignorat? quorum imbutae mentes pravitatis erroribus, quamvis carnificinam prius ſubierint, quam ibim, aut aſpidem, aut felem, aut canem, aut crocodilum violent: quorum etiam ſi imprudentes quippiam fecerint, poenam nullam recuſent.* Idem non ſolum adfirmat Diodor. Sic. 1, 83. ſed et inluſtri exemplo comprobat. Certiſſimam mortem conſecutam eſſe, ſi quis vel conſulto, vel caſu ibim aut accipitrem necaſſet, refert etiam Herodotus 2, 65.

Apis) De eo conſulendi Herodot. 3, 28. Strabo 17. p. 555. ſ. 807. Diodor. Sic. 1, 85. Aelian. H. An. 11, 10. Plin. 8, 71. ſ. 46. Ammian. 22, 14. Solin. cap. 32. ſ. 35. aliique, quos indicaverunt Montfaucon in antiquité expl. T. 2. P. 2. p. 306. (qui tab. 126. expreſſum dedit) du Freſnoy ad Lactant. 5, 21. p. 418. Salmaſ. ad Solin. p. m. 311 ſq. Obſervatt. miſcell. Vol. 6. p. 341. Iablonski in Pantheo Aegypt. P. 2. p. 178 ſqq. praeter eos, qui omnino de animalium cultu ſcripſerunt, et de eo disſeruerunt. Epaphum Graecorum eſſe dicit Herodotus c. l. et 2, 153. cum Aeliano c. l. Sacer-

dotum Aegyptiorum plerique eundem Ofirin putarunt, vel Ofiridis imaginem, ut refert Plutarch. de Ifide p. 430. (ed. Lipf.) Ofiridi facrum fuiffe fcribunt Strabo 17. pag. 555. f. 807. et Diodor. 1, 21. et aeque facrum alium bovem, Mnevin, adiungunt, Strabo quidem p. 553. f. 805. Secundum Aelianum c. l. Oro ab Aegyptiis adfimilatus eft. Sed in his, ut fit, parum fibi conftant auctores, nec confliterunt ipfi Aegyptii. Fuerunt adeo, qui Iofephum hac imagine cultum arbitrarentur, quos non moror. Μέγιστον θεὸν tamen praedicant tantum non omnes. Cum Memphi templum haberet, a Luciano in Deorum concil. cap. 10. Μεμφίτης ταῦρος vocatur. Praeter ea, quae Nofter commemorat, notari etiam poteft eius oraculum, quod a multis celebratur.

bos niger) Herodot. 3, 28. μέλας, ἐπὶ μὲν τῷ μετώπῳ λευκὸν τετράγωνον, ἐπὶ δὲ τοῦ νώτου αἰετὸν εἰκασμένον, ἐν δὲ τῇ οὐρῇ τὰς τρίχας διπλᾶς, ἐπὶ δὲ τῇ γλώσσῃ κάνθαρον. Aegyptii tamen, ut refert Aelianus c. l. 29 illi tribuerunt figna fua. Auctores in colore nigro tamquam praecipuo confentiunt, in aliis notis variant. Cf. Pignorius in menfa Ifiaca c. 3. p. 36 fqq. Quod Kappius *lingua* de mugitu explicat, Herodotus κανθάρου notam vocat, Plinius c. l. *nodum* interpretatur. Et fic Manaffes in compendio chronico p. 9. ed. Ven. Glycas in Annal. P. 1. p. 101. ed. Ven. aliique certa linguae fuiffe figna tradunt. Tum coniungitur *cauda*, de qua alii eadem commemorant; duplices pilos Herodotus.

raro) Certos tamen vitae annos illum egredi nefas erat, merfumque fuiffe in facerdotum fonte et necatum diferte narrat Plinius, novum cum moerore quaefitum. Cf. Ammianus et Solinus c. c. l. l. Forte funt anni 25. fi fic luftra ad notandum facerdotis munus diuturnum, explicentur apud Lucan. 8, 479. Vid. quae de hoc pluribus disferit Iablonski in Pantheo Aegyptior. P. 2. p. 195 fqq.

coelesti igne) Sic loquitur Auctor satis dubie, cum quicumque lector merito isto igne combustum iri cogitare possit vaccam; sed sic interpretatur, quod Herodotus [3, 28.] *σέλας ἐκ τοῦ οὐρανοῦ* dicit, illud ipsum scilicet, quod in cap. 19. in. de Lampsaco interpretatur, ubi primum fulsisset. Ceterum notari debet, quod non modo dicit coelestem ignem, quo intelligi possit fulmen, aut quodcumque genus fulguris, sed praemisisse etiam vocem *divinitus*, innuens, eos statuere, tunc certa divina providentia fulgur mitti de coelo, ut hic Apis conciperetur. I. GRONOVIVS *MS.* Divinitus idem obscurius, vel latius indicat, quod deinceps clarius et angustius *coelesti igne.* Et sic Aelianus c. l. uti Herodotus: *γίνεται ἐκ βοὸς, εἰς ἣν οὐράνιον σέλας ἐμπεσὸν σποράς αἴτιόν ἐστι.* Paulo aliter apud Plutarchum Sympos. 8, 1. f. *τὸν Ἄπιν οὕτως λοχεύεσθαί φασιν ἐπαφῇ τῆς σελήνης.* Sic Suidas s. v. *Ἄπιδες· ἐκ τοῦ σέλαος τῆς σελήνης.* Et alibi Plutarchus (de Iside p. m. 452. ed. Reisk.) genitali lunae lumini tribuit. Sic *igni coelesti urbes flagrarunt* apud Tacitum Histor. 5, 7. Solet autem omnino divinitus singularem Dei vim indicare.

festus) Non solum ipse dies, uti narrant auctores producti, sed et sex deinceps secuti, sic ut omnino per 7 dies illud festum celebrarint, uti referunt Plinius et Solinus, et, quod ille addit, usque ad octavi diei horam sextam, quod valet ad Aegyptiorum dies describendos.

§. 8. *vetustissimi)* Sane, quum a diluvio ad Abrahamum statuantur anni 940. (alii pauciores] et illo istuc veniente iam frequens et celebre regnum fuerit, non multis post diluvium annis id iam coepisse apparet. I. GRONOVIVS *MS.* 1. De Aegyptiorum vetustate cf. Diogenes Laert. in prooemio §. 2. et, qui ridet, Augustinus de civit. Dei 18, 40. Vetustissimos omnium se iactabant Thebaei. (Diodor. 1, 50.) Narrat tamen Herodo-

tus 2, 2. Phrygas Aegyptiis priores habitos fuiſſe, idque a Pſammeticho erutum et exploratum refert; quo reſpicit Claudianus in Eutrop. 2, 250. et indicium Scholiaſtae ad Apollon. Rhod. 4, 262. Iuſtinus 2, 1. contentionem cum Scythis de gentis vetuſtate exponit, in qua Scythae vicerunt. Sic cum aliis populis hac de re, maxime cum Babyloniis, certarunt, de quo cf. Perizon. in origin. Babylon. cap. 5. p. 56 ſq. in primis in origin. Aegypt. c. 1. p. 3 ſq. Nota ſunt alias, quae de Arcadum vetuſtate feruntur et prolixe exponuntur a *Barthio* ad Statii Theb. 4, 274.

trecentos) Hoc potuit fieri, ſed non ut fuerint ex unius regni perpetua ſucceſſione; ſed cum Aegyptus diviſa fuerit in varia regna, quae eodem tempore ſingula habuerunt ſuos peculiares reges, illos omnes conſtipaverunt in unamquamque ſucceſſionem, et quoniam nationes externae id indagare ex vero non potuerunt, ſic illis inſultaverunt. Idem, ſi ſummam ſpectes, monuerunt Voſſius in notis et Graevius MS. I. GRONOVIVS *MS.* Quantam vetuſtatem in ſtruenda regum ſerie iactaverint Aegyptii, adparet ex Herodoto 2, 142 ſqq. et Diod. Sic. 1, 43 ſqq. Cf. Perizon. in Origin. Aegypt. cap. 11. p. m. 163 ſqq. et Gibert obſervations ſur différentes Suites des rois d'Egypte in Memoires de l'academie des inſcrr. — de Paris T. 19. p. 1 ſqq. De diſcordia inter Melam et Herodotum dixerunt notae criticae.

Amaſin) De hoc Lucanus lib. 9. [v. 155.] *Non mihi pyramidum tumulis evulſus Amaſis.* Hic, auctore Euſebio, dynaſtiae octavae decimae rex tertius fuit anno mundi 3480. unde coniectura evidens eſſe poteſt, multos ante eum reges floruiſſe. VADIANVS. Amaſis hic, quem Herodotus et cum eo Mela intelligit, regnavit Cyri et Cambyſis temporibus. Cf. Herodot. 2, 100. 3, 1. et Diodor. 1, 68. 95. Celebrantur praeclara eius inſtituta,

quae moverunt Solonem, ut eum conveniret. (Herodot. 1, 30.) Obiit ſub Cambyſis expeditionem in Aegyptum. Herodot. 3, 10. Diodor. 1, 68.

ſupra tredecim —) De Herodoti et Melae disſidio dixi in notis criticis. At mota hic eſt alia quaeſtio, de annorum ratione et ambitu apud Aegyptios. Alii enim menſtruum μηνιαῖον, faciunt ad lunae curſum; (Eudoxus apud Proclum in Platon. Timaeum lib. 1. p. 35. Diodor. 1, 50. Varro apud Lactant. 2, 12, 22. Plutarch. in Numa cap. 18. Plinius 7, 49. ſ. 48. Suidas ſ. v. ἥλιος.) alii bimeſtrem; (Cenſorinus de die natali cap. 19.) trimeſtrem alii ad quatuor anni tempora; (Suidas c. l.) alii quadrimeſtrem; (Solinus c. 1. ſ. 5. ante Auguſtum, Cenſorinus c. l.) denique perductus eſt ad 13 menſes et 5 dies. (Cenſorinus c. l.) Quod ex Palaephato cap. 53, 3. et Suida ſ. v. Ἥφαιστος addi poteſt, antiquiſſimis temporibus dies tamquam annos numerabant Aegyptii. Sed cf. quae de eorum annis disſeruerunt Perizon. in origin. Aegypt. cap. 2. Vignoles in chron. de l'hiſtoire ſainte T. 2. p. 651. aliique chronologi. Quales hic intelligi debeant praeter ea, quae de ſiderum curſu ſubiiciuntur, declarat etiam addita vox *aetates* et Herodoti, quem Noſter reddidit, ratio. Hic enim aetates (γενεὰς) ad conſuetos Graecorum annos exigit ita, ut 3 aetates, 100 annos complexae fuerint; (cf. 2, 142.) cum alii aetatem 30 annorum ſpatio metiantur, de quo Graevius ad Iuſtin. 3, 5. Weſſeling. ad Herodot. c. l. et ad Diodor. Sic. 1, 24. Meziriac. ad Ovid. epiſt. T. 1. p. 77. et quae omnino de vi vocis contulit Gibert in Memoires — de Paris T. 19. p. 4. et disputantur apud Plutarchum de oraculor. defectu p. 635 ſqq. ed. Reisk. Neque tamen ipſe ſibi conſtat Herodotus, quippe qui 1, 7. annos 505 contineri 22 aetatibus, unde ad ſingulas revocantur 23 tantum anni. Alii, qui longiſſime extendunt, ſaeculo aequant, ut Ovidius Metamorph. 12, 188. de Neſtore, cuius aeta-

tes in cenſum plurium venerunt et olim ad Homer. Il. 1, 250. Quod ſi ſic intra 30 annos ſubſtiteris, 13000 anni redigentur ad aetates 433. Si Dicaearchum audias apud Schol. Apollonii Rhod. ad 4, 276. poſt Iſidis et Oſiridis tempus rex fuit Seſonchoſis, ab eo ad Nilum effluxerant anni 2500. inde a Nilo ad Olympiada 1. anni 436. omnino 2936. Iam vero ſi Amaſis obiit Olympiadis 60. anno 3. (Diodor. 1, 68. f.) adiectis priori ſummae his annis, efficientur inde 3179 anni. Videntur autem Aegyptii in computando maiori temporis ſpatio hanc vocem adhibuiſſe. Vetuſtatem ipſam annis declaratam varie auctores producunt. Sic Plato in Timaeo p. 294. Bip. Saitanae urbis res inde a Solonis aetate ultra 8000 annos removet; Macrobius in Somn. Scip. 9, 2, 10. infinita annorum milia in Aegyptiorum monumentis librisque relegi adfirmat.

certis annalibus) Ἱερὰ γράμματα, monumenta, libri in nota proxima adfuerunt. Solebant autem Aegyptii, quod ſacerdos ait apud Platon. in Timaeo pag. 292. Bip. omnia memoratu digna literis tradita in templis conſervare, qui mos in iactanda gentis vetuſtate etiam apud alios populos obſervatur. Sic Babylonii 470,000 annorum monumentis comprehenſa continebant, uti adfirmant Cicero de divinat. 1, 19. 2, 46. Diodor. Sic. 2, 31. aliique. Cf. qui de eo docte multa disputat Perizon. in origin. Babyl. c. 1. p. m. 8 ſq. et in addendis p. m. 334 ſq. Turdetani, auctore Strabone lib. 3. p. 96. ſ. 139. antiquitatis monumenta et carmina ſervabant inde a 6000 annorum ſpatio.

quater curſus) Prolixae ſunt virorum doctorum, in primis Vadiani, de vero huius loci ſenſu reique ratione disputationes, quas nec lubet, nec licet repetere. Reſpicitur ſine dubio annus ille magnus aſtrologorum, de quo multa dabit Macrobius in Somnium Scip. 2, 11. *mundanum* vocat, qui 15,000 annorum efficiat. Deſcribit vero

ſic: *cum ſtellae omnes omniaque ſidera, quae aplanes habet, a certo loco ad eundem locum ita remeaverint, ut ne una quidem coeli ſtella in alio loco ſit, quam in quo fuit, cum aliae omnes ex eo loco motae ſunt, ad quem reverſae anno ſuo finem dederunt: ita ut lumina quoque cum erraticis quinque in iisdem locis et partibus ſint, in quibus incipiente mundano anno fuerunt.* Fundus huius opinionis a Mela propoſitae eſt in Herodoto 2, 142. ubi dicit: intra 11340 annos *τετράκις ἔλεγον* (Aegyptii) *ἐξ ἠθέων τὸν ἥλιον ἀνατεῖλαι· ἔνθα δὲ νῦν καταδύεται, ἐνθεῦτεν δὶς ἐπαντεῖλαι· καὶ ἔνθεν νῦν ἀνατέλλει, ἐνθαῦτα δὶς καταδῦναι.* Eadem fere tradit Solinus c. 32. ſ. 35. f. et de ſimili ſolis converſione Plato in Polit. p. 28. Bip. Ex Herodoto autem, cum praecedant anni 11340 intra quorum ſpatium id contigerit, intelligitur, ſolis ſingulas converſiones abſolvi 6000 annis. Voſſius, praeeunte Ciacconio, iuxta opinionem Platonis et ipſorum etiam Aegyptiorum ſidera non redire notat ad eundem ſitum, niſi quadraginta novem annorum milibus exactis, ſic ut iam tum effluxerint 196,000 annorum, quippe quod ſit ſpatium quatuor annorum Platonicorum. Richter, ſcholae Electoralis Grimmenſis Mathematicus, qui fuſius hunc locum in Wittembergiſchen Wochen-Blatt an. 1777. p. 28. tractavit, explicat, ſolem bis ex ſignis aeſtivis in hiemales moviſſe, quod ſpatium 50,000 annorum requirat. Verſarunt hanc quaeſtionem et alii de la Nauze et de Brequigny, quorum ſententiae proſtant in hiſtoire de l'academie des inſcrr. — de Paris Vol. 29. p. 76 ſqq. ubi plurima adferuntur. Equidem, cum Mela ex Herodoto ſua et hic petierit, ultra huius indicia evagandum eſſe non puto; quae quidem an vera ſint ipſaque re probata, hic non quaeritur.

§. 9. *viginti milia)* In Delta 150. urbes fuiſſe Martianus [lib. 6. p. 218.] ſcribit. Ceterum, quod ait *habitarunt*, intelligo tot urbes extra intraque Aegypti

limites eos tenuiſſe; alioqui res vix capit fidem. Nam Capella Martianus libro ſexto, [p. 223. cf. et Plin. 6. 21. ſ. 17.] quinque millia oppidorum Indos habitaſſe refert; et terrae tamen prope tertia pars credita eſt. Imperio igitur rectius, quam terrae Aegyptiorum, tot urbes tribuimus. Plinius quoque lib. 5. [c. 11. ſ. 9.] *Aegyptus*, inquit, *ſupra ceteram antiquitatis gloriam* 20 *millibus urbium ibi Amaſe regnante habitata praefert.* Strabo libro ultimo [p. 516. ſ. 816.] ad Thebas Aegyptias ſcribit obeliſcos eſſe, quorum vetuſtiſſimis literis, quanta regum illic potentia fuerit, declaretur: et imperium tenuiſſe eos usque ad Scythiam, Bactrianam Indiamque, et, quae nunc Ionia dicitur, propagatum ſignificare. Quamquam et hoc mihi horum iactantiae tribuendum videtur. Nam imperatores et rerum geſtarum ſcriptores, ut ornatiora efficiant negotia, ad hoc mentiendi genus aliquando efferuntur; ut libro tertio. [p. 112. ſ. 163.] Ita Polybius [c. 1.] Celtiberorum in Hiſpania 300 urbes a Tib. Graccho ſubverſas eſſe, in Gracchi gratiam memoriae prodidit; illorum more, qui triumphales pompas apparant, et pro ſingulis turribus ſingulas urbes ſpectandas exhibent. VADIANVS. Ex Herodoto 2, 171. Noſter duxit, ex noſtro Plinius 5, 11. ſ. 9. Disſentiunt alii. Amplius enim 33,000 habet, Ptolemaeo Lagi imperante, Tzetzes Chil. 3. hiſt. 67. 72. Theocritus 17, 82 ſq. 33,033. amplius 18,000 ex commentariis ſacris profert Diodor. 1, 31. et plures 30,000 ſub Ptolemaeo Lagi et ſua aetate, etſi alii codices, quos omnino magno numero adhibuit d'Origny, (Egypte ancienne Tom. 1. p. 125.) admittunt tantum τρισχίλιοι. Delta ſecundum Artemidorum, ut refert Martianus Capella 6. p. 218. habuit 250 oppida. Eorum ſitus, ubi hodie rudera ſuperſunt, indicavit Niebuhr in Reiſebeſchr. nach Arabien — Vol. 1. p. 95. ipſa nomina ignorantur. Plurima ſe eruiſſe literis ad me datis ſignificaverat Forſterus. Cf. quae de urbium multitudine disſeruerunt d'Origny in Egypte ancienne Tom. 1. p. 57 ſqq. 189 ſq.

et de Schmidt in opufculis p. 311 fqq. Idem de Magna Graecia commemoratur. At et vicos et loca eminentiora inter Nili diverticula et foffas adnumerabant. Tum non folum de Aegypto id valet, fed de Aegypti ditione, uti adparet ex Theocrito c. l. Et fic Euftathius ad Homer. Il. 2, 654. p. m. 258. ubi etiam Amafi regnante 20,000 urbes commemorat, in iis fuiffe Ionum Chium, Teum, Phocaeam, Clazomenas, Dorienfium Rhodum, Cnidum et nonnullas alias. Hinc recte Salvinus ad Euftath. c. l. de omnibus urbibus etiam externis imperio regum fubiectis intelligit. Poffit addi, quod plurimae urbes duplicia nomina gefferunt, etfi non inde in tantum auctam fuiffe multitudinem contendam. Ita etiam frequentia hominum. Diodorus enim c. l. commemorat 7,000,000. et Iofephus de B. Iud. 2, 16, 4. exceptis Alexandrinis fub Vefpafiano 7,500,000. Plura de hoc dabit d'Origny l'Egypte ancienne T. 1. p. 76 fqq. Hodie Aegypti incolae aeftimantur 1,500,000. ut quidem putat Browne.

Amafi) Vel *Amafide*, uti eft apud Tacit. Annal. 6, 28.

et nunc) Plinius c. l. eadem fic: *nunc quoque multis, etiamfi ignobilibus, frequens.* Inde recenfus fequitur.

Sais) Gr. Σάϊς, de cuius inflexione et derivatis dicit Stephanus. Quidam olim coloniam Athenienfium fecerunt, ut Apollonius Tyaneus epift. 70. magis ex vero, alii contra ftatuerunt, de quo cf. Olearius ad Apollon. c. l. et Wefferling. ad Diodor. 1, 28. Μητρόπολις τῆς κάτω χώρας (Delta) vocatur a Strabone 17. p. 551. f. 802. et Ptolemaeo 4, 5. diftans 2 fchoenis a Nilo; a Platone in Timaeo p. 290. Bipont. μεγίστη πόλις. (Strabo c. l.) Hinc Σαΐτης νομός; Herodot. 2, 165. Ptolemaeus c. l. Plinius 5, 9. In ipfa urbe memorantur regia, (Herodotus 2, 163.) templum Minervae, (idem 2, 170.) quae

Sais Aegyptiis dicebatur (Paufan. 9, 12, 2.) aliaque infignia aedificia. De templo Minervae cf. etiam Plutarchus de Iside pag. 396. Reisk. qui hanc infcriptionen refert: Ἐγώ εἰμι πᾶν τὸ γεγονὸς, καὶ ὂν καὶ ἐσόμενον· καὶ τὸν ἐμὸν πέπλον οὐδείς πω θνητὸς ἀπεκάλυψεν. Addit tamen Plutarchus, Ifin ab aliis Minervam habitam fuiffe. Plato autem Aegyptiorum Νηῒθ de Minerva Athenienfium explicat, eamque urbis conditorem facit. De oftio Nili, quod Saiticum vocat Herodotus 2, 17. f. infra. Hodie, ut adfirmat Maillet lettre 8. p. 297. ruinis obruta iacet. Plura dabunt de ea Larcher ad Herodot. 2, 99. Tom. 2. p. m. 562. et in peculiari libro Fourmont, Parifiis 1755. 12.

Memphis) Gr. Μέμφις, ιδος et ιος, unde Μεμφίτης et Μεμφιτικός. (Stephanus h. v.) Conditorem Epaphum facit Hygin. fab. 149. Menen regem Herodotus 2, 99. Alii aliter, de quo cf. Wefſeling. ad Diodor. Sic. 1, 50. Sita erat non procul a Pyramidibus et tribus fchoenis a Delta (Strabo 17, p. 555. f. 807.) vel 15. M.P. (Plin. 5, 9.) Ambitus fuit 150 ftadiorum, fitusque commodiffimus; (Diodor. 1, 51.) olim arx Aegypti regum, (Diodor. et Plin.) palatiis et aliis operibus ornata, (Diodorus c. l.) inluftris et primaria Aegypti urbs. (Stephano h. v. Ptolemaeus 4, 5.) Commemorantur porro Vulcani templum, (Herodotus c. l. et alii) Apidis, qui in fepto alebatur, Veneris, Serapidis. (Strabo c. l.) Inde Μεμφίτης νομός. In S. S. uti quidam putant, *Noph*, (Ief. 19, 13. Ierem. 2, 16.) vel *Moph;* (Hof. 9, 6.) ab Arabibus, uti quidam putant, *Mifr*, de quo Michaelis ad Abulfedam p. 241. et d'Anville p. 131. 138. c. l. vel *Menf;* de utroque Hartmann ad Edrifii Africam p. 378 fqq. et paffim. Sic hodie, quo loco fteterit, diverfa adferuntur. Quidam enim putant, ubi h. *Gize* f. *Dfjife*, ut Sicard, Shaw; aliis eft *Manof* f. *Manuf.* (Maillet lettre 7. p. 275.) D'Anville p. 149. c. l. *Sacara* eius κοιμητήριον vocat, in quo con-

ſentit Norden p. 116. c. l. Prope *Mocanan* et *Metrahenny* quaerendam cenſet Pococke T. 1. p. m. 62. quod non improbant Niebuhr Reiſebeſchr. nach Arabien T. 1. p. 104. et Bruce Vol. 1. p. m. 117 ſqq. a quo etiam Shaw refutatur, Roos Reiſe — p. 20. nuper etiam Langles ad Norden voyage p. 241. ubi plura dedit de Memphi. Et ſic plerique nunc inter Pyramides et cryptas ſ. coemeteria (vulgo catacombae) urbis Tacara conſtituunt in occidentali Nili ripa circiter 4 miliaribus a Kahira.

Syene) Gr. Συήνη, unde Συηνήτης et Συηνητικός. (Stephanus h. v.) Reperitur etiam Συηνίτης et Συηναῖος, uti monet Holſten. ad Stephan. p. 306. poſterioris formae exempla praebet paſſim, v. c. libro 9. Heliodorus. Συΐνη legitur apud Ariſtid. T. 2. p. 344. Iebb. Nomen accepit a Syeno quodam. (Stephanus h. v. et Euſtath. ad Dionyſ. v. 223.) Quod Aegypti et Aethiopiae urbem dicit Stephanus, ut ex aliis intelligitur, confinia utriusque regionis ſpectat. Sic enim Plinius 5, 10. ſ. 9. *Ditionis Aegypti* (Nilus) *eſſe incipit a fine Aethiopiae Syene.* Strabo 17. p. 562. ſ. 817. Aegypti urbem ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς Αἰθιοπίας vocat. Et ſic Pauſanias 8, 38, 5. aliique. Hinc ante Traianum Syene et Elephantine Romani imperii clauſtra habita ſunt. (Tacitus Annal. 2, 61.) Sita erat in Thebaide (Ptolem. 4, 5. Macrob. in Somn. 2, 7. —) ad Nilum, unde *Niliaca Syene* adpellatur a Martiale 5, 13, 7, contra Elephantinen, a qua Nilo dirimitur. (Herodotus 2, 28. Ariſtides, qui ibi fuerat, in orat. Aegypt. Tom. 2. p. 344. Iebb.) Quod Herodotus ex ſcribae narratione duos montes, unde Nilus oriatur, interponit, refutat Ariſtides et ad nugas relegat Strabo lib. 17. p. 563. ſ. 819. in. Disceptationem movit Plinius c. l. qui paene inſulam M. P. ambitu facit, de quo vid. interpretes et Pococke T. 1. p. m. 174. qui ex Nili foſſa intelligi poſſe putat. Celebratur ibi in primis puteus, qui, quod ſub ipſo aeſtivo tropico conſtitutus eſt (Strabo 17. p. 541.

ſ. 817. Macrob. in Somn. 2, 7.) die medio totus, remota umbra, inluminatur, (Plin. 2, 75. ſ. 73. Arrian. in Indic. cap. 25.) ſic ut in medio ſacro puteo ſolis orbis adpareat. (Ariſtides Tom. 2. p. 347. Iebb.) Ita omnino ſolſtitii die medio nullam umbram ab arboribus et animalibus iaci praeter Plinium c. l. tradit Pauſanias 8, 38, 5. quia ſol ſupra verticem tunc decurrat. (Strabo 2. p. 91. ſ. 133.) Hinc Lucanus 2, 587. *umbras nusquam flectens Syene*, et ipſa ἄσκιος dicitur. Vid. quos de hac re producunt Kuhnius ad Pauſan. c. l. Oudendorp. ad Lucan. c. l. et quae disputant in primis Macrobius in Somn. Scip. 2, 7. et Palmerius in apologia pro Lucano p. 918. (in ed. Oudendorp.) Plura dabit de la Nauze in Memoires de l'academie — de Paris Tom. 26. p. 101 ſqq. Antiquae urbis rudera exigua ſunt terraque obruta, ut teſtatur Norden p. m. 358. Adſentiuntur Lucas voyage au Levant T. 1. p. 103. (ed. 1731.) Pococke T. 1. pag. 174. Browne Reiſen p. 199. Denon Reiſen p. 200. Plura, ſi vera tradidit, adfert Savary T. 2. p. 119. Locus, in cuius vicinia olim ſtetit, nunc vocatur *Aſſuan*, *Eſſuan* vel ſimiliter, pro diverſa gentium ſcriptura et pronuntiatione. *Asvan* iam legitur in Edriſii Africa. Vid. ed. Hartmanni p. 72. et alibi.

Bubaſtis) Gr. Βούβαστις apud Herodotum paſſim, ut 2, 59. quem ſequitur Noſter. Alii plerumque efferunt Βούβαστος vel Βουβαστὸς, in quibus Strabo 17. p. 553. ſ. 805. Utramque formam notat Stephanus h. v. qui priorem Herodoto vindicat. Inde *Bubaſtius*, et nomus *Bubaſtites*, quem praeter alios commemorat Ptolemaeus 4, 5. Ita vero Dianam ab Aegyptiis adpellatam fuiſſe, tradit Herodotus 2, 156. de quo vid. Iablonski in Pantheo Aegypt. T. 2. p. 56 ſqq. Stephanus felem interpretatur, admonitus forte fuga Deorum habituque beſtiarum ab iis adſumto. Tunc nempe Diana in felem mutata transiit. Vid. Muncker. et Verheyk. ad Antonin. Liber.

cap. 28. et quos indicant. Inde vero Dianae templum ibi commemoratur ab Herodoto 2, 137. et Stephano, ac prope hinc Leontopoli a Iosepho in Antiquit. Iud. 3, 3, 2. פִּי־בֶסֶת apud Ezechielem 30, 17. Βούβαστος vertitur ab Alexandrinis, quod nomen Coptis adservatum putat in *Basta* d'Anville p. 106. c. l. a Sicardo memoratum prope alveum Nili, qui a Pelusio in austrum tendit. Plura, adscitis etiam numis, de hac urbe conlegit Belley in Memoires de l'academie — de Paris Tom. 28. p. 534. *Benalhassar* hodie ibi stare coniicit Pococke T. 2. p. 35. De *Elephantine* supra §. 2. dictum est.

Thebae) Gr. Θῆβαι, (Homer. Il. 9, 381. Herodot. 5, 10. Strabo 17. p. 561. f. 816. alii) vel etiam Θήβη, (Dionys. v. 249. Nonnus Dionys. 3, 293. bis, 4, 266.) ut ex Latinis auctoribus Iuvenalis 15, 6. Plin. 5, 11. f. 9. Quae de causa nominis disputantur, dabit Ditmar Beschr. des alten Aegyptens p. 92. f. 121. ed. alt. et, ex quo duxit d'Anville p. 200. c. l. Urbis originem antiquissimam faciunt auctores; Osiridi tribuit Diodor. 1, 15. nomenque primum a matre inditum addit, quae tamen vario nomine prodit, de quo Iablonski in Pantheo Aegypt. P. 1. p. 139 sqq. In Osiride consentit Schol. Homeri ad Il. 9, 383. Isidem illi adiungit Stephanus f. v. Διὸς πόλις. Priorem tamen iactat Synesius 1. Provid. p. 94. et 2. p. 117. Sed nec inter Aegyptios sacerdotes verum tempus constitisse, notat Diodorus c. l. Post Aegyptiis נֹא אָמוֹן (Nahum 3, 8. ubi vid. Michaelis et ad Abulfedae Aegyptum p. 86 sq.) Graecis Diospolis dicta est et Thebae. (Diodor. Sic. c. l. Strabo c. l. Eustath. ad Dionys. v. 248. Scholiast. Villoison. ad Homer. Il. 9, 393.) Ut ab alia Diospoli prope Abydum (Strabo 17. p. 560. f. 814.) discernatur, eandem *parvam*, nostram *magnam* passim vocant auctores, ut Diodor. Sic. 1, 45. Plin. 5, 11. f. 9. De vasto urbis ambitu, templorum magnitudine, aedificiorum magnificentia, Memnonis colossea

ſtatua, multa in auctoribus leguntur, et deinceps a Mela adtinguntur. Vid. quae conlegit d'Anville p. 198 ſqq. ut alios taceam. Strabonis aetate urbs per vicos habitabatur, et pleraque templa a Cambyſe diruta iacebant. De Cambyſis vaſtationibus idem referunt Diodor. Sic. 1, 46. 49. Euſtathius ad Dionyſ. v. 248. Poſt in eam ſaeviit Ptolemaeus Philometor, quod fratris partes ſecuta fuerat. (Pauſan. 1, 9, 3.) Alias duas clades commemorat Ammian. 17, 4. unam improviſo excurſu a Poenis ante Cambyſen inlatam, alteram a Cornelio Gallo, primo Aegypti praefecto, quam adtingit Strabo 17. p. 563. ſ. 819. Ita vero Germanicus magna veterum Thebarum veſtigia invenit, (Tacitus Annal. 2, 60.) et Strabo rudera 80 ſtadiorum longitudine; Euſtathius c. l. ἐν ὀνόματι μόνον κεῖσθαι ſcribit. Superſunt et hodie ruinarum reliquiae per multa loca late disiectae et a multis commemoratae, unde ambitus urbis intelligitur. Cf. Maillet p. 300 ſqq. Pococke T. 1. p. 135 ſqq. Norden p. m. 303. aliique plures. Ex recentioribus conſuli poſſunt Bruce Reiſen Vol. 1. pag. 178 ſqq. qui vaſta 4. templa adhuc ibi conſpici tradit, Sonnini Reiſen T. 2. p. 340 ſqq. Denon Reiſen p. 183. 254. qui multa et auguſta rudera laudant. Cernuntur autem ea, ubi hodie ſunt *Luxor*, *Carnac* et alii quidam pagi. Quod refert Browne Reiſen p. 137 ſq. ruinae illae ab Arabibus vocantur *El-Kuſſùr;* ſed quod Luxor ignorat, certe in diario non notatum habuit, plurimi de eo loquuntur, etiam Wansleben p. 373 ſq. c. l.

centum portas) Homeri locus, quem reſpicit, exſtat Il. 9, 381. αἵ θ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ' ἀν' ἑκάστας Ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι σὺν ἵπποισι καὶ ὄχεσφιν. Inde repetierunt etiam Strabo 1. p. 6. ſ. 9. et 17. p. 561. ſ. 815. Diodor. Sic. 1, 45. Ipſam rem plures adtingunt. Sic Plin. 5, 11. ſ. 9. *Thebe portarum centum nobilis fama*, et Iuvenal. 15, 6. *vetus Thebe centum iacet obruta portis.* Sed cf. praeterea Stephan. ſ. v. Διὸς πόλις, Nonnus

Dionyſ. 4, 266. p. 127. Dionyſ. v. 240. Heliodor. Aethiop. 3, 14. p. 149. Bourdel. Diodorus tamen monet, alios credidiſſe non veras portas, ſed προπύλαια τῶν ἱερῶν πολλὰ καὶ μεγάλα, et ἑκατόμπυλον nihil aliud velle, quam πολύπυλον. Varias opiniones de illo Homeri loco, quas ipſe Mela adtingit, recenſet Schol. Villoiſon. p. 228. Vir doctus ad Bruce iter T. 2. p. 113. (ed. Rintel.) figmenta Homeri exiſtimat, cupide ab aliis excepta et propagata. At in maius rem auctam poetarum more et ὑπερβολὴν cum Diodoro recte dixeris. I. Gronovius MS. ex uſu Aſiatico de aulis intelligendum eſſe cenſet, quo et hodie *porta* a Turcis dicatur. Et ſic Heyne ad Homer. c. l. Orientis more de palatiis explicat.

dena arm. milia) Quis non obſtupeſcat tam portentoſo numero, aut credat in una urbe vel mille millia armatorum, vel ſeptuagies centena hominum millia claudi potuiſſe et comprehendi? Docet tamen id ipſum etiam Strabo, qui eos centum myriadum exercitus habuiſſe ſcribit. Aliquanto pauciores refert Tacitus; is namque lib. 2. [Annal. cap. 60.] Thebas olim habitaſſe, inquit, ſeptingenta millia aetatis militaris. Nonnulli viri eruditi et hanc ſummam nimiam eſſe exiſtimant, ideoque *ſeptuaginta millia* pro *ſeptingentis* reponunt. Verum illos errare, ſatis indicat is, quem adduximus locus. [ex Schol. Homeri. Vid. in notis criticis.] Sunt tamen et in hoc nonnulla, de quibus aliquis merito poſſit inquirere. Qui enim fieri potuit, ut hic centum equitum millia alerentur, cum tantum centum illic numerarit equilia Diodorus Siculus, [1, 45.] quorum unum quodque ducentos caperet equos? Poſſit tamen hoc ita excuſari, ut nempe centum iſta equilia dicantur deſtinata fuiſſe equis tantum curulibus. Strabo ſuo tempore, cum minimae eſſent Thebae, in longitudine occupaſſe inquit octoginta ſtadia. Sed vero, antequam Cambyſes urbem eam vaſtaret, tum longe maximam fuiſſe certum eſt. Euſtathius ad Diony-

fium [v. 248.] inquit, eam tum extenſam fuiſſe ad quadringenta et viginti ſtadia. Porphyrius in optimis ſcholiis ad Iliada Homeri, aliquando a nobis in lucem edendis, [cf. de iis Heyne in praefat. ad Homer. T. 3. p. 63 ſqq.] nec non Stephanus Grammaticus [c. l.] ſimilia ſupra memoratis ex Catone citant, ac quadringentorum ſtadiorum faciunt longitudinem. Sed quomodo tanta potuit eſſe longitudo Thebarum, ſi mille tantum et ſeptingentas *ἀρούρας* comprehenderit? iſte enim *ἀρουρῶν* numerus commode contineri poteſt ambitu ducentorum et ſexaginta quatuor ſtadiorum. Videtur autem haec urbs in longum fuiſſe porrecta ad ripas Nili, ac non multum poſſediſſe latitudinis. Sed vero omnia prius credam, quam tantam incolarum copiam in ulla unquam fuiſſe urbe. Unum adferam, unde quam maxime abſurdum id eſſe adparebit. Tradunt Diodorus Siculus et alii, Aegyptum, cum maxime populo abundaret, habuiſſe in univerſum ſeptuagies centena hominum millia. Atqui ſi totidem quoque Thebis fuiſſent, iam oporteret ceteras Aegypti urbes vacuas fuiſſe habitatoribus. Hinc adparet, quaecunque de Thebanis Aegyptiis eorumque potentia dicuntur, accipienda eſſe de tota Aegypto. Verum id eſſe, et univerſam Aegyptum Thebas olim fuiſſe vocatam, luculentiſſimus teſtis eſt Herodotus, cuius verba ſunt lib. 2. [cap. 15.] ubi de Delta agit, *πάλαι αἱ Θῆβαι Αἴγυπτος ἐκαλέετο.* Sed et Ariſtoteles Meteorolog. 1. [cap. 14.] *τὸ ἀρχαῖον ἡ Αἴγυπτος Θῆβαι καλούμεναι.* VOSSIVS. Si comparentur ea, quae ſupra ad §. 1. de hominum frequentia in Aegypto ex auctoribus conlecta adpoſui, recte dubitatur de huius narrationis veritate. Ferri poſſit Homerus, ſi vel ad Thebaida totam retuleris, vel illo ſpatio extenſas fuiſſe Thebas ſumſeris, quod illi tribuitur in longitudine 400 vel 420 ſtadiorum. At inſigne quantum Mela illum Homeri numerum auget, et pro ducentis myriada ponit. Quare etiam vel Melam memoria lapſum erraſſe, vel corruptum a librariis exiiſſe cenſent

viri docti, ut Brodaeus Miſcell. 6, 16. Bochart. in Phaleg. 4, 27. Omnino autem ὑπερβολικῶς incolarum multitudo ab Homero declaratur. Cf. etiam Heyne ad Homerum Tom. 5. p. 610 ſq. et quae ego ſupra adtuli de incolarum frequentia. Ceterum Plinius 36, 20. ſ. 14. refert exercitus armatos ſubter educere ſolitos fuiſſe reges, nullo oppidanorum ſentiente. *Effundere* autem bene ad copiam et celeritatem. Factum id videtur tunc, cum ab Oſiride obſidebatur, ut ſuadet Scholiaſtes Homeri.

Alexandria) Paſſim etiam *Alexandrea*, de quo cf. Staveren. ad Nepot. de regib. 3, 3. et quos indicat. Gr. Ἀλεξάνδρεια. Conditor, Alexander M. notus, unde Lucan. 10, 511. *Pellaeos muros* dicit. Architectus Plinio 5, 11. ſ. 10. *Dinocrates*, ubi de nominis inconſtantia Harduinus; de tempore disquirit Popma ad Vellei. 1, 14. Varia eius nomina recenſet Stephanus h. v. quae tamen proprie partes ſpectare videntur, unde ipſa conflata erat; ut *Racotis*, (cf. Strabo 17. p. 545. ſ. 792.) quam inſtauraſſe et auxiſſe Alexandrum inde intelligitur, quod Strabo huius originem primis Aegypti regibus adſcribit; etſi quidam paullo aliter, de quo dixit Holſten. ad Stephan. p. 24. Porro *Pharos*, (in quo neminem habet conſentientem Stephanus) tum *Leontopolis*, (Euſtath. ad Dionyſ. v. 254. conl. Plutarcho in Alex. cap. 2.) denique per excellentiam πόλις. (Euſtath. ad Homer. Odyſſ. 1, 4. p. m. 9.) Alia nomina in rebus Romanis uſitata adiungit haec: *Sebaſte*, *Iulia*, *Claudia*, *Domitiana*, *Alexynteria*. Addi poteſt, quod ab Antonio triumviro *Roma* adpellata eſt, de quo vid. Liebe Gotha numiſm. p. 331. Vaillant P. 2. p. 76. Urbs magni olim ambitus, hodie contracti, commodi ſitus inter mare Aegyptium et Mareotim lacum, quatuor portubus obportuna (nunc duo vetus et novus ſuperſunt) aedificiis ſplendida, incolis frequentiſſima, (cf. ſupra ad §. 1.) bibliotheca celebris, quae omnia a multis auctoribus vel coniuncta, vel ſingulatim memorantur, in primis

ab Strabone 17. p. 544. f. 791. Diodoro Sic. 17, 52. Iofepho de B. Iud. 2, 16. Hirtio de B. Alex. Plinio 5, 11. f. 10. — Ex recentioribus confuli poffunt d'Anville p. 52 fq. c. l. et quos producit Meufel. in bibl. hiftor. Vol. 3. P. 1. p. 15 fq. ubi, qui de bibliothecis recentiori tempore fcripferunt, addi poffunt Reinhardus (1792.) St. Croix, (Magazin encyclopedique an. 4. T. 4. p. 433.) et ad Norden voyage Langles p. 169. Multa etiam praeclare de Alexandria conlecta dabit Cuperus in Apotheofi Homeri p. 159 fqq. *Verticem omnium civitatum* vocat Ammian. 22, 16. Hodierna urbs eum locum occupat, ubi olim Heptaftadium fuit inter continentem et Pharum (Maillet p. 150. Niebuhr T. 1. p. 43.) veteris tamen ruinae per fpatium duarum horarum disiectae cernuntur. (Volney Reife nach Syrien — T. 1. p. 6.) Superfunt Pompeii, immo Severi, columna, (alii aliter, de quo Sonnini T. 1. p. 73 fqq. Domitiani ex nuper eruta infcriptione) obelifcus Cleopatrae, cifternae fubterraneae arcubus nixae, quibus ex Nilo aqua deducebatur. Haec et plura dabunt Lucas voyage dans la Turquie Tom. 2. p. 28 fq. Pococke T. 1. p. 4 fqq. Bruce Reifen Vol. 1. p. 77 fqq. multique alii, in primis noftra aetate Franco-Galli. Arabes hodie vocant *Scanderie.* Fertilitas eius olim celebrata, quare etiam in numis fpicas adpofitas habet; notae naves eius frumentariae.

Pelufium) Gr. Πηλούσιον. Secundum Strabonem 17. p. 552. f. 802. nomen habet ἀπὸ τοῦ πηλοῦ καὶ τῶν τελμάτων. Inde apud Stephanum ducuntur Πελουσιώτης, Πηλούσιος, Πηλουσιακός. Arabiae et alii conterminam faciunt, de quo Salmaf. ad Solin. cap. 37. f. 34. p. m. 401. Latinus interpres Ezechielis 30, 15. *Sin* reddidit Pelufium, et Arabes *Sineh* vocant, quod idem fignificat. Vid. Michaelis ad Abulfedam n. 12. Ambitu patuiffe 20 ftadia et difficilem reddidiffe aditum in Aegyptum adfirmat Strabo c. l. unde eam Suidas h. v.

κλεῖδα vocat τῆς Αἰγύπτου εἰσόδου καὶ ἐξόδου; clauſtra Aegypti Livius 45, 11, 4. quare et illud praeſidio impoſito tenuit Antiochus Epiphanes, poſt Antonius occupavit (Plutarch. in Anton. c. 3.) cum Paraetonio, quae duo Aegypti cornua vocant Flor. 4, 11, 9. et Oroſ. 6, 19. In eius locum ſucceſſit *Al-Farmah* ſ. *Faramch*, (d'Anville p. 97. c. l.) *Farama*. (Savary Tom. 1. p. 262. c. l. qui magis ad orientem ponit.) Arabicae originis, ſed brevis aetatis. Plurimi, ut Proſper Alpinus deſcr. Aeg. p. 38. Maillet p. 127. — *Damiette* putant, quod tamen oppidum a Peluſii ruderibus aliquantum abeſt. Nec valet eo, quod in locis paluſtribus ſitum eſt, unde probare nititur Maillet, cum idem de aliis dici etiam poſſit. Occaſionem dediſſe videtur, quod devaſtato Peluſio oſtium oppidi Damiette orientale factum eſt. Cf. d'Anville p. 90 ſqq. et Harduinus ad Plin. 5, 11. ſ. 10. Urbs inclaruit Ptolemaei, Geographi, natalibus.

Canopicum) Septem hic enumerat Nili oſtia, in quo et alii varie conſentiunt. Sic *Nilus ſeptemfluus*, (Ovid. Metam. 1, 422.) *ſeptemplex*, (idem 5, 187.) *ſeptemgeminus*, (Virgil. Aen. 6, 801. Catull. 11, 7.) *ſeptena ora Nili* (Avien. v. 22.) et omnino *Nili ora multifida*. (Eumen. in orat. pro reſtaurandis ſchol. fin.) Graecis dicitur ἑπτάστομος, ἑπτάπορος — Sed haec et alia conlegit Hofmannus ad oracula Sibyll. lib. 4. p. 503. Plura tamen etiam quidam commemorant. Sic Plinius 5, 11. ſ. 10. omnino 12. reperiri ſcribit, ſuperque quatuor, quae falſa ora adpellent, ſed celeberrima ſeptem. Et ſic Ptolemaeus 4, 5. ψευδόστομα duo ſeptem illis addit, *Pineptimi* et *Diolcon*. Τυφλοστόματα adtingit etiam Euſtathius ad Homer. Il. 2, 637. p. m. 233. Potiora duo inde a Delta, ubi Nilus ſcinditur Strabo 17. p. 542. ſ. 788. facit *Peluſium* ad dextram, *Canobicum* ſ. *Heracleoticum* ad ſiniſtram, atque inter ea poſt quinque alia recenſet, etſi tenuiora quaedam praeterea eſſe monet.

Priora illa duo vocat στόματα, reliqua ἐκβολάς; Heracleoticum utroque etiam nomine defignat Heliodor. in Aethiop. 1. p. 59. 5. p. 249. ed. Bourdel. Herodotus 2, 17. fimili modo inde a Delta ad orientem ponit *Pelufium*, *Canobicum* ad occidentem, medium ab alveo, qui Delta fecat, *Sebennyticum*, a quo diverfa duo fubiungit *Saiticum* et *Mendefium*, nativa quidem haec; *Bolbitinum* et *Bucolicum* effoffa. Ptolemaeus 4, 5. haec habet: *Heracleoticum* f. *Canobicum*, *Bolbitinum*, *Sebennyticum*, *Pathmeticum*, *Mendefium*, *Taniticum*, *Pelufiacum* et fpuria illa duo. Eodem igitur ordine, quo Mela, perfequitur, tantum quod pro *Cataptyftio* ponit *Taniticum*, quod idem effe ex Plutarcho de Ifide p. 405. ed. Lipf. difcitur. Qui in Herodoto Saiticum pro Tanitico fubftituere conati erant, refellit Wefſeling. p. 112. quia Herodotus ducat ex Sebennytico, cum Taniticum in Strabone 17. p. 552. f. 802. etfi Saiticum etiam ab aliis vocari notet, ex amne Bubaftico five Pelufio divergat, unde etiam utrumque a Strabone mifceri monuit Larcher. ad Herodot. c. l. Differt autem a Mela Herodotus, quod pro Pathmetico et Cataptyfto ponit *Saiticum* et *Bucolicum*. Diodor. Sic. 1, 33. ab oriente exorfus hoc ordine perfequitur: *Pelufiacum*, *Taniticum*, *Mendefium*, *Phatmicum*, *Sebennyticum*, *Bolbitinum*, *Canobicum*, aliis etiam *Herculeum*. Eundem omnino ordinem tenent et alii, ut Strabo c. l. et poftea, Plin. 5, 11. f. 10. Ammian. Marcellin. 22, 15. qui tamen Sebennyticum, ab occidente progreffus, Bolbitico praeponit. Secundum Ariftotelem Meteorol. 1, 14. omnia, excepto Canobico, χειροποίητα antiquiffimis temporibus fuiffe videntur. Herodotus c. l. ὀρυκτὰ duo novit, ut antea dictum eft. Quod fi verum habetur, aliquanto ante Herodotum acceflerunt alia illa, quae tamen ipfe nativa dicit. Maiorem pofteriora tempora mutationem adtulerunt, et, quod foffae omnes, in quas Nilus exaeftuat, Augufti aetate ita longa vetuftate oblimatae erant, ut militari opere detergi deberent, ita etiam paullatim oftiorum

numerus accumulato limo imminutus eſt. Nempe hodie quatuor alii, alii tria, duo etiam quidam tantum norunt, ubi Roſetta et Damiata, velut Thevenot Reiſen T. 1. p. 319. Wansleb Reiſe nach Aegypten p. 163 ſq. (in Paulus Sammlung — P. 3.) qui addit, tertium prope Alexandriam rarius aqua impletum. Pococke Tom. 1. p. m. 25. difficulter ſeptem illa oſtia Nili nunc conſtitui poſſe adfirmat, cum aliqua limo obducta ſint. Ex recentiſſimis Franco - Gallorum narrationibus (cf. ad Sonnini Reiſen T. 2. p. 477 ſq.) intelligitur, Peluſiaci tantum veſtigia agnoſci, Taniticum et Mendeſium lacu *Menzaleh* abſorpta evanuiſſe; duo alia non amplius navigari poſſe; ipſe Sonnini T. 1. p. 124. Canopicum non niſi in ſummis Nili exundationibus accreſcere adfirmat. Sed nunc de ſingulis aliqua dicenda ſunt. *Canopicum* primum, quod ab urbe Canopo nomen traxit, de qua ad 2, 7, 6. Graeci efferre ſolent per *β*, etiam poſteriores, ut Manaſſes in compendio Chron. p. 21. Ven. Eunapius in vitis philoſoph. p. m. 59. 61. Quidam etiam Heracleoticum vocari diſerte monent, in quibus Strabo 17. p. 542. ſ. 788. Diodor. 1, 33. aliique. Vid. Politus in animadverſ. ad Euſtathium in Dionyſ. 2, 8. p. 198. Nomen hoc alterum ducunt ab Heracleo, ubi erat Herculis templum (Strabo 17. p. 551. ſ. 801. Manaſſes c. l.) vel ab ipſo Hercule, qui raptis malis aureis huc venerit. (Euſtath. ad Dionyſ. v. 13.) An idem *Naucratiticum* a Plinio 5, 11. ſ. 10. adpelletur, cum obſcuriora ſint verba et impeditiora, disputatur, de quo vid. praeter interpretes et Cellarium in Geogr. ant. 4, 1, 6. p. m. 775. Salmaſius ad Solin. c. 35. ſ. 32. p. m. 338. et Politus ad Euſtath. in Dionyſ. 2, 8. et 9. p. 199 ſqq. Ptolemaeus per id oſtium Nili alveum unum deducit, quem ἀγαθὸν δαίμονα vocat, Herodotus ſimpliciter occidentalem Nili diviſi amnem. At turbant, quae in Ptolemaeo adiecta ſequuntur. Dicit enim magnum fluvium illum, ἀγαθὸν δαίμονα, excurrere per Heracleoticum oſtium in amnem Bubaſtiacum, qui effluit

per Pelusiacum ostium. Tentavit ea Salmasius c. l. sed non satis, opinor, sanavit. Sensus hic subesse debet, ut ordo constituatur. Ad Delta Nilus in duos alveos dividitur, quorum unus, ἀγαθὸς δαίμων, excurrit per Heracleoticum s. Canopicum ostium, alter, dictus Bubastiacus, per Pelusiacum. Hinc pro εἰς τὸν καλούμενον — quod natum est ex superiori verbo ῥέων, male huc accommodato, legendum est καὶ ὁ καλούμενος, et pro καὶ ῥέων cum Salmasio ἐκρέων. Maximum vero hoc ostium vocat Seneca natur. Qu. 4, 1. Diversa tamen male componit Lucan. 8, 543. dum *Pelusiacum Canopum* dixit.

Bolbiticum) Aliis Βολβίτινον στόμα, ut Ptolemaeo 4, 5. de quo dixi in notis criticis, a finitima urbe *Bolbitine*. Hoc, ut supra notavi, manu, non natura factum dicit Herodotus 2, 17. Exibat in illud *Taly* amnis ex Nilo deductus. (Ptolemaeus c. l.) Hodie quaeritur paullo infra urbem *Raschid* s. *Rosetto*. Cf. d'Anville p. 76. c. l. cui propter rudera adsentitur Savary Tom. 1. p. 47. contra Maillet, qui putaverat Canopum, longius hinc dissitum, ubi h. est *Abukir*, satis nostra aetate celebratum.

Sebennyticum) Ut Graeci, ab urbe *Sebennyto* apud Stephanum, qui eodem etiam nomine et lacum et fluvium novit. *Sebennytus nomus* a pluribus memoratur. Secundum Ptolemaeum c. l. in id effluit *Thermuthiacus* amnis; ab Herodoto 2, 17. per medium Delta deducitur. Hodie prope urbem *Semennud* s. *Samanud*, pro dialecti ratione, a quibusdam ostenditur. Cf. d'Anville p. 85. c. l. Savary T. 1. p. 228. Aliter tamen videtur Pocockio T. 1. p. 34. qui longius ab ostio illo prope Nilum eam urbem ponit.

Pathmeticum) Sic, Παθμητικὸν, Ptolemaeus 4, 5. Alii alia forma proferunt: Strabo 17. p. 551. s. 801. Scylax p. 43. Huds. Φατνικόν; Diodor. Sic. 1, 33. Φατ-

μικὸν, codices etiam Φατμνιτικὸν; Plinius c. l. *Phatniticum*, ut Ammian. Marcellin. 22, 15. Cellario in Geogr. ant. 4, 1, 6. p. m. 778. placet per ν ſcribi propter Strabonis, Scylacis et Plinii conſenſum, cui addi poterat Ammianus. Cauſa nominis incerta, quam tamen in Phatnite praefectura ponit Valeſius ad Ammian. c. l. Bubaſtiacus fluvius iuxta parvum Delta in Buſiriticum fluvium diviſus per hoc oſtium excurrit. (Ptolemaeus c. l.) Herodoti hoc eſſe *Bucolicum* evincere ſtudet Weſſelingius, etſi, minus tamen recte, ad Taniticum refert in tabula Pococke. Ipſum illud nomen, quod ex Herodoto repetit Euſtath. ad Dionyſ. v. 226. aliis eſt incognitum. Harduinus ad Plin. 5, 11. ſ. 10. hodiernum nomen adfert *Bras de Migny;* an recte, non dixerim.

Mendeſium) Gr. Μενδήσιον. Solus Plinius 5, 11. ſ. 10. ex inveterato forte vitio *Mendeſicum* vocat; *Mendeſiacum* notat praeterea Boccatius de fluminibus ſ. v. Nilus. Nomen inditum ab urbe Μένδης, (ητος) ubi Pana et hircum cultum fuiſſe tradunt Strabo 17. p. 551. ſ. 802. Stephanus h. v. aliique apud Berkel. ad Stephan. p. 550. et Iablonski in Pantheo Aegypt. T. 1. p. 272 ſqq. Pro Mendete poſteriores, Ptolemaeus, Ammianus, Ariſtides T. 2. p. 361. in Mendeſio nomo commemorant *Thmuin,* quod nomen et ipſum apud Aegyptios hircum ſignificat, (d'Anville p. 91.) unde Mendeta interiiſſe poſthac ſuſpicatur Cellarius c. l. Harduino ad Plin. c. l. eſt *Bras de Baraugner.* D'Anville p. 91. ponit ad *Ashmun-Tanah,* quod oppidum in Mendetis locum ſubſtituit Pococke T. 1. p. 33. canalem *Thabanea* partem eſſe arbitratur. Sed vid. deinceps. De Tanitico Herodoti Mendeſium quidam intelligunt. alii, iam olim, Taniticum de eius Saitico. Cf. Strabo 17. p. 552. ſ. 802. et docti viri ad Herodotum 2, 17.

Catapty ſtum) Quae de hoc nomine diſputata ſunt, dabunt notae criticae. Series inſtituta, in primis

difertum Plutarchi teftimonium idem effe volunt, quod aliis eft *Taniticum.* Nomen dedit *Tanis* urbs, quam μεγάλην vocat Strabo c. l. cum Stephano. Harduinus ad Plin. c. l. nunc effe putat *Bras de Tacari;* d'Anville p. 94. urbis antiquae veftigia fervari dicit prope lacum *Tennis*, eumque locum adpellari *San*, quo referunt Iudaei Alexandrini apud Mofen 4, 13, 23. *Zoan.* De ipfo lacu amplifimo quidem, quae narrarunt recentiores, conlegit Hartmann ad Edrifii Africam p. 335. Plerumque nunc vocatur *Menzaleh*, quo Taniticum et Mendefium oftium, illud h. *Omm-Faredje*, hoc *Dibeh*, quod ex narrationibus Francogallorum de nupera expeditione Aegyptiaca comprobatur, cum mari coniunctum eft. Potiora exhibuit interpres ad Sonnini Reifen Tom. 2. p. 477.

Pelufiacum) Sic et Strabo c. l. Plinius et alii. Scylax tamen p. 43. Hudf. Herodot. 2, 17. Πηλούσιον vocant; utrumque notat Stephanus f. v. Πηλούσιον. Nomen tulit ab urbe, de qua fupra dictum eft. Secundum Ptolemaeum c. l. efferebat in mare Bubafticum amnem. Cum Canopico olim praecipuum Nili fuit oftium. Nunc et idem, quod alia, fubinde fucceffu temporum, mutationem fubiit, ut ex lacu illo Menzaleh, quo priores duo alvei, Mendefius, et Taniticus excipiuntur, in mare effluat.

CAP. X.

A R A B I A.

Arabia) Gr. Ἀραβία. Quaefitum eft, an etiam *Arrabia* dicatur, vel dici recte poffit. Ἀῤῥαβίη certe exftat in Dionyf. v. 925. *Arrabius pontus* in Avieni perieg. 865. Cf. Burmann. ad Propert. 2, 8, 20. Metri id caufa fieri putant, etfi in polyfyllabis cognatae nomine voces eadem diverfitate obfervantur, ut in *Italia, Italus, Sicania, Sicanus, Siculus, Sicelides* — Sed et in pro-

ſaica narratione legitur Ἀῤῥαβία et Ἀῤῥάβιος κόλπος apud Agathemer. 2, 6. et 11. et e MSStis quibusdam adfertur in Dione 68, 31. cuius dubiam inde auctoritatem minus recte excitat Relandus in Palaeſtina 1, 16. in. Multos tamen illam ſcripturam olim probaſſe, refert ad Dionyſ. c. l. Euſtathius, ipſe tamen renitens. De origine nominis vid. idem ad c. l. et ex Heſiodo ad Homeri Odyſſ. 4, 84. p. m. 152. ut alios taceam. Nota eſt triplex eius diviſio in *Felicem*, *Petraeam* et *Deſertam* ex Ptolemaeo in primis, cuius diligentiam (σπουδὴν ἔθετο ἱστορῆσαι ἀκριβῶς) in Arabiae deſcriptione laudat Stephanus ſ. v. Χαράκμωβα. Sic dividunt Marcianus Heracleota p. 15. Hudſ. Agathemer. 2, 6. et 11. Feruntur tamen paſſim etiam alia nomina, uti *Inferior*, *Petrodes*, *Eudaemon*. (Servius ad Virgil. Aen. 1, 416.) Alii dividunt in εὐδαίμονα et ἔρημον καὶ ἄνυδρον, quae inter Syriam ponitur et Aegyptum, ut Diodor. 2, 48 ſq. etſi cap. 54. in interiori Arabia felici conlocat Arabes Scenitas et interiectam regionem ἔρημον καὶ ἄνυδρον vocat. Ita vero etiam Strabo lib. 16. p. 526. ſ. 765. Cf. lib. 2. p. 89. ſ. 130. Duplicem etiam facit Stephanus h. v. unam, quae ad occaſum habet Aegyptum, ad ſeptemtrionem Syriam, atque hanc eandem eſſe, quam Plinius 5, 12. ſ. 11. ultra Peluſiacum Nili oſtium ad Rubrum mare extendat et ad beatam referat, cum Berkelio ad Stephanum p. 150. monet Salmaſius ad Solinum p. m. 346. Illam igitur priorem Stephanus non uſitata adpellatione, ſed ſenſu latiori intellexit; de quo deinceps. Felicem etiam alii vocant Superiorem, Inferiorem, quae Syriam adtingit, de quo cf. Salmaſ. ad Solin. c. 33. ſ. 36. p. m. 343. Quidam etiam olim Arabiam ulterius undique promoverunt, ad Meſopotamiam, Meroen — quae hic perſequi non licet. Vid. Bochartus in Phaleg 1, 3. 2, 23. Et ſic Ptolemaeus 4, 5. commemorat Arabas Aegyptios; Syros etiam ob viciniam Arabas a nonnullis vocatos ſcribit Euſtathius ad Dionyſ. 924. Omnino autem paſſim Arabes

varie dicuntur, veluti apud Plinium *Arabes Afcitae*, (6, 34. f. 29.) *Autei*, (6, 33. f. 29.) *Orei*, (6, 31. f. 27.) *Betavi*, (5, 21. f. 24.) *Scenitae*. (ib. et alibi.) Ipfi populi, quod notum, *Arabes* vocantur; *Araps* in MSStis etiam legi notavit Pierius ad Virgil. Aen. 8, 706. At, nomine Arabs omiffo, alia recenfet Stephanus, uti *Arabicus*, *Arabius*, *Arabiffa*. Exclufit Berkelius *Arabus*, quia nusquam apud idoneos fcriptores occurrat. Occurrit tamen apud Avien. in perieg. v. 1099. immo apud Virgil. Aen. 7, 705. aliosque, uti docuerunt Pierius ad Virgil. c. l. Holften. ad Stephan. p. 41. et Relandus in Palaeftina 1, 16. Ἀράβιος, quod ex Hefychio et Euftathio protulit Berkelius, legitur etiam in Agathemero 2, 11. et Suida f. v. Ἄραβες. Quod vero ad hanc Melae Arabiam pertinet, minime ille fpectat triplicem illam divifionem, quae nec olim fuit, fed perfequitur curfum fuum in ora maris interni, et, quae ibi adiacent regiones complectitur, additis etiam iis locis, quae paullo inde remota funt, quod fupra in primis facit. Ita Plinius 5, 12. f. 11. noftrum fecutus, et qui hunc reddunt Martianus Capella lib. 6. p. 219. et Solinus cap. 36. f. 33. Aegypto Arabiam adnectunt, et ad mare usque Rubrum et odoriferam illam ac divitem, beatae cognomine, proferunt. Neque enim Nofter omnem Arabiam complectitur, uti putat Salmafius in Solinum p. m. 341. et adnuit Voffius, quia terminum facit mare Rubrum, et ture odoribusque abundare dicit, fed Petraeam tantum intelligit, vel, quam Eratofthenes apud Strabonem lib. 16. p. 528. f. 767. feptemtrionalem vocat et finus Arabici receffu terminat, uti Petraeam Agathemerus 2, 6. aliique. Sed vid. deinceps disputata ad voces *Rubrum mare*. De eius terminis varie verfus Palaeftinam conftitutis diligenter expofuit Relandus in Palaeftina 1, 16. Petraeae autem nomen ab urbe primaria Petra impofitum fuiffe, fatis hodie conftat. Ceterum qui de Arabia et rebus Arabicis fcripferunt, recenfuit Meufelius

X 2

in bibl. hiſtor. Vol. 2. P. 1. p. 107 ſqq. Cf. etiam Eichhornii monumenta antiquiſſima hiſt. Arabum.

hinc) I. e. ab oſtio Nili Peluſiaco, uti diſerte ſcribit Plinius 5, 12. ſ. 11. *Pertinet* eſt extenditur, de quo cf. ad 1, 7, 5.

ad Rubrum mare) Non ad ſinum Arabicum, quem indocti quidam mare Rubrum appellant, ſed ad mare Rubrum, de quo lib. 3. [cap. 8.] Mela, cuius partes ſunt Perſicus et Arabicus ſinus. CIACCONIVS. Re vera Arabia ipſa longe maximam partem ſupra Arabicum ſinum eſt ſita, et auctor hunc videtur diſtinguere a Rubro mari infra 3, 7. extr. et 8. in. Neutiquam tamen cum Ciacconio *indoctos* dixerim, qui etiam Arabicum ſinum appellant *Rubrum mare;* ſed eos tantum, qui ſolum hunc ſinum ita appellatum olim putant. [Multis hos refellit Relandus de Rubro mari in diſſert. miſcellan. P. 1. n. 2.] Quin hoc ipſo in loco per *Rubrum mare* deſignari putem a Mela Arabicum ſinum: ſiquidem hic deſcribit tantum Arabiam Petraeam, quae ad Oceanum non pertinet; at Arabiam Felicem reiicit in librum tertium. Eſt autem illa ad ſinum Arabicum fertilior et ditior, quam in ſterilibus arenis. Accedit Plinius, qui Melam in his ſequitur. Ille ergo lib. 5. c. 11. [ſ. 12.] *Ultra Peluſiacum Arabia eſt, ad Rubrum mare pertinens et odoriferam illam ac divitem et beatae cognomine inclitam.* Vides hic manifeſte Arabiam hanc ſuperiorem *ad Rubrum mare* diſtingui ab illa Beata, de qua agit demum, aeque ac Mela, alibi 6, 28. [ſ. 32.] Utrobique autem diſerte Arabicum ſinum vocat *mare Rubrum.* Iſtic enim ſinus extremos Arabici ſinus verſus Syriam et oppidum Arſinoen dicit *Rubri maris;* hic Arabiam Felicem dicit *inter duo maria, Rubrum et Perſicum, procurrere.* Et cap. 29. [ſ. 33.] alveum ab Rubro mari intimo ad fluvium Nilum tradit deduci coeptum. PERIZONIVS. Bene et probabiliter de

hoc disſeruit Perizonius, ipſo comprobante nexu et Plinii loco ſimili. Ita vero paſſim Rubrum mare anguſtiori ſenſu dici, declarabunt ea, quae ad lib. 3. cap. 8. notata ſunt. Rubrum igitur mare debet eſſe Rubri maris ab hac parte initium. Neque tamen diffiteor, apertius non ſolum, ſed et conſtantius verſari in hoc auctorem potuiſſe.

pertinet) Id eſt dirigitur, extenditur, pervenit. Ita interpretatur edicti verba Ulpianus in L. 1. 9. 10. D. *de cloacis.* CIACCONIVS. Plura de hac verbi ſignificatione dedi ad 1, 7, 5.

illic) In meridiem et ortum. VADIANVS. Illic non reſpondet remotiori, ſed propinquo. Sic *hic* et *illic* ſaepe contra Grammaticorum regulas uſurpantur a veteribus. GRAEVIVS *MS.* Sic et *hic, ille.* Exempla plurima ex auctoribus conlecta dederunt viri docti, Perizon. ad Sanctii Minerv. 2, 9. p. 279 ſqq. ed. Baueri, Duker. et Drakenb. ad Liv. 24, 28, 3. Erneſti ad Tacitum Annal. 2, 77. et 82. Oudendorp. ad Caeſ. de B. G. 1, 1, 4. aliique, quos memorant. De ſenſu antea dictum eſt. Nempe ad mare Rubrum i. e. Arabicum ſinum.

magis laeta —) Adludit ad nomen Arabiae Felicis, quam Εὐδαίμονα dicit 3, 8. I. GRONOVIVS *MS.* *Laeta* autem paſſim de terris dicitur. Sic *agri* Noſter 3, 10, 4. Tibull. 2, 3, 3. Virgil. Georg. 1, 102. de fertilitate et ubertate. Sic ipſae res *laetae* a Noſtro vocantur, ut 2, 1, 6. *pabula;* 3, 6, 6. *herbae*, et ſic ab aliis aliae, ut docet Burmann. ad Phaedr. 2, 5, 14. et Lexica. Tum in adiectivorum efferendis gradibus formam variat, quod et fit ab aliis. Utramque, ut unum exemplum adferam, habes apud Aurel. Victor. de Caeſar. cap. 12. in. *quid Nerva prudentius magisque moderatum*, pro quo in epit. cap. 12. in. *moderatius* legitur. Sed eodem modo, quo

hic, fupra 1, 6, 1. de Numidia: *culta magis et ditior*, ubi cf. notata. *Dives* autem cum cognatis et fynonymis fic et apud alios occurrit. Sic Plinius 12, 30. f. 13. f. tura et myrrham *divitias* Arabiae vocat, et *opes maris atque terrarum* Nofter 1, 12, 4.

ture) In primis Sabaei propter tura clariffimi, ut dicit Plinius 6, 32. f. 28. et in primis 12, 30. f. 14. *tura praeter Arabiam nullis, ac ne Arabiae quidem univerfae. — Regio eorum turifera Saba adpellata.* De ipfa arbore feu virgulto idem poft. Cf. etiam Theophraft. hift. plant. 9, 4. Qui plura cupit, adeat Salmafium ad Solin. p. m. 355 fqq. Hinc vero *Sabaeum tus*, *Saba turifera* et fimilia occurrunt in auctoribus.

odoribus) Ita paffim herbae odoriferae, aromata vocantur. Sic Tibullus 1, 2, 3. aliique. Idem vero 4, 2, 18. hinc: *cultor odoratae dives Arabs fegetis*, et Apuleius Floridor. lib. 1. p. m. 302. *odorum divites Arabes*. Utrumque *tus* et *odores* coniungit etiam Nofter 3, 8, 6. Plinius 6, 26. f. 23. et alii. Hac de caufa etiam Arabia in numis adpofitum habet ramum turis, feu calamum odoratum, uti docent ea, quae conlegit Rafche in Lex. num. T. 1. P. 1. p. 1019. Refpicit autem Arabiam, quam adpellat Plinius 5, 12. f. 11. *odoriferam, divitem et Beatae cognomine inclutam*, cuius maiorem partem Sabaei tenebant, ut ait Nofter infra 3, 8, 6. Cum igitur Arabiam, quam hic adtingit, ad alteram illam extendat, eius opes fic breviter huius inopiae obponit.

Cafio) De fcriptura adeundae notae criticae. Κασιῶτιδα πέτραν vocat Dionyf. v. 260. Neutro genere ab Herodoto efferri, monet Pintianus. Ita quidem recte propter adpofitum ὄρος, ut 2, 6, 158. 3, 5. Sic et alii. Cafius eadem caufa Latini. Nomen a Cafo, Cycladum infula, vel Cafo, Cleomachi filio, derivat Stephanus f. v. Κάσιον;

a Syriaca voce *Caſſi* Bochartus in Phaleg 4, 22. m. i. e. terminalem, quia Aegyptum et Syriam disterminat, uti ſcribit Herodot. 2, 158. f. Varie autem vel Arabiae datur, vel Aegypto propter harum regionum confinia, in quibus erat ſitus. Sic Mela hic et 3, 8, 3. cum Plinio 5, 12. ſ. 11. c. 14. ſ. 13. et Solino cap. 35. ſ. 33. Strabo 17. p. 522. ſ. 758. τὸ Κάσιον, τὸ πρὸς Αἰγύπτῳ. Alibi 17. p. 522. ſ. 759. tamen ad Peluſium ponit, et Aegypto tribuunt omnino Stephanus h. v. Ptolem. 4, 5. Appianus de B. Civ. 2, 84. in. omnes hi ad Peluſium. Oppidum etiam cognomine noverunt Ptolemaeus 4, 5. et Stephanus, de quo cf. Cellarius in Geogr. ant. 4, 1. 8, 9. p. m. 790. *Caſſion* etiam in urbibus numeratur a Geographo Ravennate. Porro Diodor. Sic. 20, 74. Caſium prope Nilum memorat importuoſum et tempeſtate coorta ſtationi ineptum, quod non niſi de urbe vel loco maritimo intelligi poteſt. Non igitur poſteriori demum aetate ibi urbs ſeu manſio innotuit, quae tamen ſaepe reperitur. Vid. Weſſeling. ad Antonini itiner. p. 152. qui plura loca indicat, quibus addi poteſt tabula Peutingeri 9. E. Ipſe autem mons miſceri non debet, quod nec Mela cavit, cum cognomini monte in Syria prope Antiochiam et Laodiceam, h. *Dſchebal-Ckrab;* noſter cum promontorio vocatur nunc *Cap del Cas.* De utroque Plinius 5, 14. ſ. 13. et 18. ſ. 22. ubi quidem de Syriae Caſio idem, quod Noſter de Aegyptio. Ita vero ſubinde ambigunt viri docti, uti videre eſt apud Oudendorp. ad Lucan. 8, 470. vel ex coniectura aliarumque rerum connexu iudicant, ut in Dione 68, 25. Antiochenus tamen notior fuit; in utroque autem Iupiter, Caſius inde dictus, colebatur, et in numis (vid. Eckhel. in doctrina numorum P. 1. Vol. 3. p. 326.) et apud auctores (Strabon. 16. p. 523. ſ. 760. Stephanum h. v. Lucan. 8. f. Plin. 5, 12. ſ. 14. f. —) occurrit. Diverſa tamen uterque ſpecie adparet. In Syria enim rupis arduae formam habebat, hic iuvenis prodit, qui in dextra Punicum malum ſuſtinet,

qualem deſcribit Ach. Tat. 3, 6. in. Plura dabunt Carpzovius in Obſervatt. in Palaephatum c. 3. p. 139. et Penzelius ad Strabonem Vol. 4. p. 2313. Deum Terminum interpretatur Bochartus c. l. et eius habitum explicarunt de Bary in Relandi Palaeſtina p. m. 689. et inde Penzelius de arte hiſtorica p. 75. Secundum Epiphanium in ancor. cap. 105. Caſius ὁ Ναύκληρος apud Peluſiotas colebatur, quibus Achilles c. l. dat Iovem Caſium, qui etiam apud Corcyraeos memoratur. Vid. Sueton. in Nerone c. 22. f. et Plin. 4, 19. ſ. 12. et de numis Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 179. Ipſe mons vel vicina urbs Pompeii M. ſepulcro inclaruit, (Plin. 5, 14. ſ. 12. Dio 45, 4. —) quod conlapſum magnificentius inſtauravit Hadrianus. (Spartian. in vita c. 14. Dio 69, 11.) Errant, qui montem Sinai putant, ab litore remotum et altitudine ſuperantem. Diſerte enim a Strabone (lib. 19. p. 523. ſ. 760.) adpellatur noſter λόφος ἀκρωτηριάζων et θινώδης. Melius igitur hodie, ut ſupra notavi, cum promontorio creditur eſſe *Cap del Cas*, vel ſimpliciter *Cas*, quod in Aegypti tabula adpoſuit Pocockius, cum in ipſa narratione T. 1. p. m. 29. a nautis *Tenere* vocari ſcribat. Ceterum, quod adnotavit Ciacconius eadem forma Plinius 5, 31. ſ. 29. de Epheſio agro dicit *adtollitur monte Pione*, et Lucanus 8, 539. *Perſida qua tellus Caſiis excurrit arenis.*

plana) Intelligit Arabiam Petraeam, quae ad Palaeſtinam et Aegyptum extenditur. GRAEVIVS *MS.* Apparet ſententia antiquorum et certe noſtri Pomponii, quantum commodi ſtatuerint in tractu montano, et quantopere ſpreverint omnia plana, quippe in quibus nihil regium provenit, niſi loci vitia magno incolarum labore corrigantur. I. GRONOVIVS *MS.* Plus hic ſumit, quam oſtenditur. Ὁμαλὸν καὶ ἐπίπεδον χωρίον hoc facit etiam Strabo lib. 16. p. 536. ſ. 779.

admittit) Recte *admittit*, quia Azotus non eſt Arabiae, ſed potius Idumaeae. OLIVARIVS. Ordo litorum

requirebat, ut Gaza et Afcalon praecederent. Verum quia Azotus aliquamdiu Arabum fuit emporium, ideo eam hic nominat. VOSSIVS.

Azotum) Graecis dicitur Ἄζωτος, unde Ἀζώτιοι in numis etiam, auctoribus facris V. T. אַשְׁדּוֹד, quod plerumque interpretes Graeci reddunt Ἄζωτος, itaque etiam vocant act. apoftolor. 8, 40. Ab profugo aliquo conditum fuiffe et ab eius uxore Aza i. e. capra, nomen accepiffe, refert Stephanus, quae quidem fabulis adnumerat Bochart. in Chanan 2, 12. in. cum in Hebraicis fit Afdod i. e. robur, propter munimenta. Olim adfcripta fuit Iudae tribui, (Iof. 15, 47.) poft a Philiftaeis diu poffeffa (1 Sam. 5, 1 fq. 2 Chron. 26, 6.) ab Affyriis expugnata (Ief. 20, 1.) a Pfammeticho, Aegypti rege, poft obfidionem 29 annorum (Herodot. 2, 157.) devaftata, (Ierem. 25, 20.) a peregrinis advenis occupata (Zachar. 9, 5 fq.) ab Romanis, auctore Gabinio, refecta. (Iofephus antiquitt. Iud. 14, 10.) Auctores noftri vel omnino in Syria ponunt (Herodot. 2, 157.) vel propius in Palaeftina. (Stephan. c. l. cf. et Plinius 5, 14. f. 13. Ptolemaeus 5, 16.) Locum autem illi adfignant inter Iamniam et Afcalonem, ut Plinius 5, 14. f. 13. Ptolemaeus 5, 16. Geographus Ravennas 5, 7. tabula Peuting. 9. E. de qua diftantia disquirit Cellarius c. l. Poft Afcalonem ponit, inverfa quidem fic progreffione, auctor anonymus in Geogr. Hudfoni minor. Vol. 4. Notandum tamen videtur, quod Iofephus de B. Iud. 1, 7, 7. diferte cum Iamnia, Samaria, Pella aliisque inter urbes mediterraneas cenfet, et a maritimis, veluti Gaza, Ioppe diftinguit. Idem etiam in antiqu. Iud. 5, 2, 4. cum Afcalone ἐν τῷ πεδίῳ καὶ πρὸς θάλασσαν ponit, cui difficultati fic fuccurritur, ut duplex hoc nomine urbs agnofcenda fit. Sed et diferte duplex Azotus in Hieroclis Synecdemo p. 718. commemoratur, μεσόγειος et παράλιος. Vid. ibi Weffeling. qui iudicat, conlatis aliorum teftimoniis, a

mari paullum fuiſſe remotam, ſed portum habuiſſe eiusdem nominis, quod et alii obſervarunt; Gazaeorum hunc habendum portum eſſe apud Ptolemaeum 5, 16. exiſtimat Mannert. Geogr. Vol. 6. P. 1. p. 262. Ita vero Mela hunc portum intellexiſſe videtur, etſi omnino poſteriorum aliqui, ut Epiphanius de vitis prophetar. p. 246. Azotum mari adponunt. Hodie ab Arabibus locus, ubi olim ſedit, nunc pagus, vocatur *Esdud* ſ. *Atzud*. Reddidit Melam Boccatius ſ. v. Arabicum mare. De Azoto autem plura dabunt Relandus in Palaeſtina p. m. 452 ſq. Mignot in Memoires — de Paris Tom. 34. p. 336 ſqq. et Bachiene von Palaeſtina Vol. 2. P. 3. p. 58 ſqq.

quarta vigilia) I. e. hora noctis nona, vel tertia ante lucem, quae noctis diviſio in 4. vigilias nota eſt ex Cenſorino de die natali cap. 23. et Vegetio de re militari 3, 8. Cf. Drakenb. ad Silium Ital. 4, 89. Pro eo Ammianus Marcellin. 22, 14. dicit *ſecundis galliciniis*, quae ſunt medio inter μεσονύκτιον et auroram ſpatio, ut multis docuit Bochart. in Hieroz. P. 2. lib. 1. cap. 17. Τριφύλακτον noctem facit Homer. Il. 10, 253. notante etiam ibi Euſtath. p. m. 720, 41. Nempe Graeci contra tres tantum habebant noctis vigilias, uti docent interpretes Nepotis ad Eumenem c. 9, 3. aliique, quos memorat Ruperti ad Silium Ital. 7, 154. Recte autem reprehendunt Melam, qui Caſio Arabiae ſ. Aegypti tribuerit, quod tantum Caſius Syriae ſibi vindicat. Quare Plinius aliique Melam deſeruerunt, atque id unice de Syriae Caſio retulerunt. Sic enim de hoc Plinius 5, 18. ſ. 22. *Eius excelſa altitudo quarta vigilia orientem per tenebras ſolem adſpicit.* Solin. c. 39. ſ. 36. *cuius e vertice vigilia adhuc quarta conſpicitur globus ſolis. — Talis e Caſio ſpecula eſt, ut lucem prius videas, quam auſpicetur dies.* Cf. Martian. Capella 6. p. 220. variatae orationis cauſa, et de ſententiarum discrepantia Salmaſ. ad Solin. cap. 37. ſ. 34. p. m. 401. Miſcuit etiam in hoc utrumque mon-

tem, Lucan. 10, 434. Movit autem id ſpectaculum, ut de nocte quidam eum adſcenderent, idque de Hadriano narrat Spartian. cap. 14. Idem Noſter infra 1, 18, 4. de Ida narrat, et de aliis montibus alii tamquam altitudinis ſignum adferunt, ut de Atho Strabo in epitome lib. 7. p. 108. Hudſ. de Alpibus Avienus in deſcr. orbis v. 429. de Caucaſo Ariſtoteles Meteorolog. 1, 13. Neque tamen id de Syriae Caſio vere tradi, etſi ſit altiſſimus, adfirmat Pococke (Reiſen) Tom. 2. p. m. 272. De ipſa autem re quaeſivit omnino Bredow. (im Genius der Zeit an. 1797. p. 503 ſqq.) TZSCHVCKE. Hinc poetis data eſt occaſio fingendi, ſolem oriri in montibus. Sic apud Phrygas de Ida Virgilius Aen. 2, 801. Graecis aliis credebatur ab Oeta ſurgere, unde *Oetea lampas* pro ſole apud Statium Silvar. 5, 4, 8. I. GRONOVIVS *MS.* 1. In Statio *Oeteae lampades* legitur, quae indicant ſidera, in primisque Heſperum, quem hinc oriri fabulabantur. Cf. Virgil. ecloga 8, 30. Catullus 62, 7. ubi cf. quae notarunt viri docti, et quae de hoc poetarum more omnino monuit Cerda ad Virgil. c. l.

CAP. XI.

S Y R I A.

§. 1. *Syria)* Nomen accepit a Phoenicum metropoli Tyro, quae ab Hebraeis *Sor* vel *Sur* nominatur, incolae *Sorim* vel *Surim*, qui ipſi ſunt Syri. Unde apparet, olim proprie ſic vocatos fuiſſe Phoenices, quorum metropolis Tyrus. Poſtea circumfuſis gentibus hoc nomen quoque tributum eſt, ex quo *Haſſurim* i. e. Aſſyrii (1 Paralipom. 22, 4. Nehem. 13, 16.) exſiſtunt. [Cf. Bocharti Phaleg 4, 34. f. unde haec repetita ſunt.] Homero et antiquiſſimis Graeciae ſcriptoribus [non item Herodoto] ignotum fuit Syriae nomen, noti tamen ipſi populi, qui ab illis vocantur Ἄριμοι (Homer. Il. 2, 783.

Hesiod. Theogon. v. 304. Strabo 16. extr.) Hoc nomen Graeci ceperunt ab Hebraeis, quibus Syria dicitur Aram a conditore suo Aramo, Semi filio. [Cf. Iosephus antiqu. Iud. 1, 6. s. 7, 4.] Inde Aramaei dicuntur Bethuel et Laban Genes. 25, 20. unde tandem Aram praeponitur Syriae regionibus. Sic *Aram - Naharajim* i. e. Syria duorum fluviorum in sacris literis dicitur Mesopotamia. GRAEVIVS *MS.* Ducta et haec sunt de Arimis ex Bocharto in Phaleg 2, 5. et 6. qui simul docet, veteres in hoc nomine designando fluctuatos esse, quod in primis adparet ex Eustathio ad Homer. Il. 2, 782. ubi veterum varias sententias proposuit, et olim ex Strabone lib. 13. p. 439. s. 626. Ex recentioribus cf. Heyne in excursu ad Virgilii Aen. 9, 715. Discrepantiam movit fabula de Typhoei caede, quam cum in variis regionibus factam tradant auctores, quod Arimis tribuit Homerus, inde etiam de Arimis ipsis varie disputatum est. Cf. etiam Heyne ad Apollodor. 1, 6, 3. ubi eam fabulam in Syria natam, et inde in alias terras, sumto incremento, traductam putat. De Syris etiam intellexit olim Posidonius apud Strabonem lib. 16. extr. Alias aliorum sententias recenset Strabo lib. 13. p. 430. s. 626. Cf. etiam interpretes Homeri ad c. l. et Schlichthorst de Geogr. Homeri p. 44 sq. Ipsum vero etiam Syrorum nomen multis gentibus commune fuisse, notavit Stephanus h. v. et Strabonis auctoritate lib. 16. in. probavit. Hic enim adfirmat, Syrorum nomen latissime patuisse a Babylonia ad sinum Issicum et inde ad Pontum Euxinum; utrosque enim Cappadoces, et prope Taurum, et prope Pontum Leucosyros vocari. Sic, ut quibusdam exemplis declaretur, ad Casium et Libanum, qui sunt in continenti (ἐπ' ἠπείρῳ) Syros vocat Dionys. v. 904. qui maritimum tractum habitant; Syros Cappadoces commemorat Herodotus 1, 72. quem ideo adlegat Strabo lib. 12. p. 375. s. 544. ex confusione Syriae et Assyriae, de qua deinceps, Assyriam ad Thermodonta producit Scylax p. 33. Hudf. ad Sinopen Plutarch. in Lu-

cullo cap. 23. et ex eadem ſitus notatione ad Halyn de Paphlagonia et Cappadocia uſurpat Apollonius Rhod. 2, 946. et 964. ubi cf. Scholiaſtes, Euſtathius ad Dionyſ. v. 772. Burmann. ad Valer. Flacc. 5, 115. et Weſſeling. ad Herodot. c. l. Syriam autem et Aſſyriam promiſcue dici, apud poetas maxime, diſerte tradunt, Herodot. 7, 63. Iuſtin. 1, 2. f. docentque exempla multa, quae dabunt Bochart. in Phaleg 2, 3. Seldenus in prolegom. de Diis Syris cap. 1. p. m. 4. Stanleius ad Aeſchyli Perſas v. 79. Salmaſ. ad Solin. p. m. 867. Penzelius ad Strabon. T. 4. p. 2281. aliique. Inde vero et ipſa Syria varie extenditur, et modo latiſſimo ambitu patet, modo artioribus finibus coercetur, de quo Geographi exponunt. Quos terminos Mela conſtituat, et quas eius partes faciat, docet et nexus, et ipſe declarat. Procedit tamen ita, ut curſus ſui memor oras maris interni perſequatur. Melam refert Plinius 5, 13. ſ. 12. Hinc vero ut *Britanniae* apud Catullum 29, 21. *Syriae* in plurali occurrunt, (vid. infra 2, 7, 5. Priſcian. in periegeſi v. 820. —) et Syriarum rex Antiochus vocatur a Sexto Rufo c. 10. Cf. cap. 14. et 14. Inde deſcendit Σύρος et Σύριος, ut apud Latinos, promiſcuo uſu, quod inluſtrat Euſtath. ad Dionyſ. v. 510. et in Schneideri analect. crit. faſc. 1. p. 21. ſimilibus, v. c. Lydus et Lydius, quare etiam invicem in libris mutantur, quod notatur in Iuſtino 1, 2. f. Hirtio de B. Afr. cap. 20. ubi vid. Oudendorpius. Herodotus praefert Σύριος. Ipſa regio anguſtiori ſenſu h. vocatur *Soriſtan;* Arabes, quibus Syriae nomen ignotum eſt, nomen illi dant *Barr - el Scham* i. e. terra verſus ſiniſtram ſcilicet Meccam, ut videtur. Vid. Volney T. 1. c. 20. p. m. 222.

litore) Maris mediterranei. GRAEVIVS *MS.* De voce *introrſus* dictum eſt in notis criticis p. 331 ſq.

Coele) Regio proprie erat inter Libanum et Antilibanum teſte Plinio 5, 20. [ſ. 17.] Poſtea nomen

accepit tota illa regio, quae infra Seleucidem ad Aegyptum et Arabiam usque extenditur. Vid. Strabo lib. 16. p. 520. [f. 756.] Ita vero Graecis dicuntur regiones, quae non in montanis, fed in planis et humilioribus locis fitae funt, in primis quae inter montes in vallibus iacent. Sic Homer. Odyff. 1. [Il. 2, 581.] κοίλην Λακεδαίμονα dicit. GRAEVIVS *MS.* A Strabone lib. 16. p. 519. f. 754. vocatur Κοίλη καλουμένη Συρία, ut ab Eunapio in vitis philofophor. p. m. 22. poft p. 520. f. 756. Κοιλησυρία vel in libris divife Κοίλη Συρία. Pofteriori forma legitur in Ptolemaeo 5, 15. et lib. 8. in Afiae tabula quarta, in Scylace p. 42. Hudf. aliisque; priori in Chron. Pafchali p. 26. Ven. De vi praemiffae vocis κοίλη eadem tradidit Euftathius ad Homer. Odyff. 4. in. et ad Dionyf. in Schneideri analectis criticis, fafc. 1. p. 19. Alia de locis comparavit Heyne ad Homer. T. 4. p. 528. Addi poteft Κοίλη Ἦλις ex Strabone lib. 8. p. 232. f. 336. adiuncta inluftratione ex Euftathio ad Homer. Il. 2, 615. Eadem de caufa κοίλη ὁδὸς dicitur ab Herodoto 6, 103. m. ubi cf. Valckenarius; *cava vallis* a Livio 7, 34. in. et faepius, ut exempla ibi conlata docent. A Latinis varie effertur, vel fimpliciter *Coele*, etfi ex nexu fere, ut hic, intelligitur; fic a Plinio 5, 13. f. 12. cap. 19. f. 23. Avieno v. 1057. ex Graecis ab Appiano in Mithridat. c. 106. in. Eunapio in vitis philofophor. p. m. 22. vel etiam *Coele Syria*, ut a Plinio 5, 17. f. 20. — Vetus infcriptio apud Gruter. p. 346. *Syria Coele*, ut in Schonhovii libello provinciar. Romanar. p. 767. (ad calcem Eutropii Verheyk.) pro *cile*, quod eft in libris legendum videtur. Cf. Salmaf. in Solin. p. m. 566. Et fic forte in Geogr. Ravenn. 2, 15. *Syria Cilenfin.* Quod enim ibi fufpicatur Porcheron *Seleucidem*, nimis a vulgata recedit. Quod vero Bryant in Niew Syftem of ancient Mythologie κοίλη a *Co - el* i. e. coeleftis, facra, derivat, de eo vid. biblioth. Critica Amftel. P. 1. p. 65. Praeftat ad limites progredi, quos non eosdem ftatuunt auctores veteres. Sic Strabo lib. 16.

p. 519. f. 754. Libano et Antilibano includit cum Plinio 5, 17. et quidem ſic proprie, ut diſerte adfirmat Strabo lib. 16. p. 520. f. 726. Sed quod addit, ita poſt tota dicta eſt regio, quae ultra Seleucidem in Aegyptum et Arabiam recedit. Sic Ptolemaeus 5, 15. quod recenſus locorum declarat, profert inde a Libano ad Arabiam. Dionyſius v. 901. inter occidentalem Caſium et orientalem Libanum pônit, quem quidem fruſtra, propter Strabonis auctoritatem refutare conatur Penzelius ad Strabon. Tom. 4. p. 2299. quod ipſi Caſius [illegible] Libanus; Libanus Antilibanus. Cf. etiam de hoc Relandus in Palaeſtina Lib. 1. c. 48. p. m. 251. et quae infra notantur de Orontis fontibus. Arabes vocarunt *Algaur*, Hebraei *Amuca*, Syri *Amyca*, de quibus cf. Bochart. in Chan. 1, 1. Ubi hodie quaeri debeat, ex ſitu Libani diſcitur.

Meſopotamia) Gr. Μεσοποταμία, paſſim etiam ἡ μέση vel ἡ μέση γῆ τῶν ποταμῶν, uti dicunt Arrian. de exped. Alex. 3, 11, 5. Herodianus 3, 9, 5. Stephan. h. v. Paeanius in verſione Gr. Eutropii 9, 6. aliique, in primis uſitato more Zoſimus. At Dionyſii v. 995. ἡ μέσση ποταμῶν ſatis inſolenter Priſcianus v. 917. reddidit *Medamna*, cum et praeterea *Medianna* dicendum fuiſſet, uti recte monet Salmaſ. ad Solin. p. m. 492. vel *Interamna*. Certe ſic *terras interamnanas* dixit Lampridius in Severo c. 56. ubi forte Meſopotamiae ex gloſſa adiicitur, ut Strabo adpellative poſuit μεσοποταμία lib. 3. p. 95. f. 195. de regione Hiſpaniae, quam interluunt Anas et Tagus. Nomen traxit a ſitu inter Euphratem et Tigrim, ut diſerte tradunt Strabo lib. 16. p. 513. f. 746. Dio 35, 6. Arrianus de exped. Alex. M. 7, 7, 6. Plinius 5, 13. f. 12. Hebraei vocant *Paddan Aram*, vel *Aram Naharajim* i. e. Syriam duorum fluviorum. (Geneſ. 24, 19. 31, 18. —) Cf. Bochart. in Phaleg 2, 6. ut taceam Geographos recentiores alios. Alia eius nomina in hiſtoriis paſſim obvia ſunt, ut *Oſroëne*, *Anthemuſia*, *Mygdonia*, *Sophanene*,

Mesopotamia propria et *Arabia Scenitarum*, de quibus prolixius exposuit Cellarius in Geogr. ant. 3, 15, 2. Ipsum vero nomen vulgare adiunctum *Syriae*, veluti in Alexandrina bibliorum interpretatione, rarius in Vulgata. Sed et ita legitur in Aristotele de mirabil. auscult. c. 161. Incola dicitur Μεσοποταμίτης apud Stephan. c. l. In fragmentis tamen Sallustii ex glossis in Iuvenalem p. 1012. (ed. Cort.) occurrit etiam *Mesopotameni*; in Vopisci Aureliano cap. 11. *Mesopotamii*. Situs satis ex ipsa nominis explicatione discitur. Superior, quae dicebatur, complectebatur regiones Transtigritanas, ut adparet ex pace Ioviniani cum Persis, si contuleris invicem Orosium 7, 31. Ammianum 25, 7. et Eutropium 10, 17. Hodie, ubi *Diarbek*, Turcis *Al-Dschezira*.

Damascene) Gr. Δαμασκηνὴ sc. χώρα, quod et addit Strabo lib. 16. p. 520. s. 756. et sic incolae Δαμασκηνοὶ, ut et in Latinis. In sacris literis vocatur *Aram Dammesek*, sita in valle, quam variis nominibus proferunt literae, uti *Hoba*, *vallis Aven*, *Beth-Eden*, *Hadrac*, de quibus exposuit Bochart. in Phaleg 2, 7. f. Straboni lib. 16. p. 519. s. 755. est Κοῖλον πεδίον, Polybio 5, 59, 10. Ἀμύκης πεδίον, ubi cf. Schweighaeuser. Nomen traxit a urbe Damasco, quam alii in Coele Syria ponunt, ut Ptolem. 5, 15. — in Decapolitana regione Plinius 5, 16. s. 18. Si latiori sensu Coele Syria intelligitur, de quo supra est dictum, adparet eius olim partem constituisse. Ortelius in thes. Geogr. h. v. putat, eandem in concilio Chalcedonensi vocari Phoeniciam Libanisiam. Cf. etiam Mannert Geographie Vol. 6. P. 1. p. 403. Ex urbis Damasci situ, ubi nunc quaeri debeat, iudicari potest. Urbs enim hodie ab incolis vocatur *Demesk*, teste Pocockio Tom. 2. p. m. 171 sqq. ubi etiam prolixam habebis eius descriptionem. Cf. etiam Browne Reisen p. 551. Lips. Causam nominis fabulosam commemorat Stephanus h. v. a Damasco rege ducit Iustinus 36, 2, 1. Διὸς

πόλις a quibusdam vocatur ob victoriam a Iove de gigantibus ibi reportatam (etsi hoc excellentiae causa factum videtur) in numis ἱερὰ, ut docet Holsten. in Stephan. p. 90. Laudantur *pruna Damascena* et *myxa*. Vid. Plin. 15, 12. s. 13. et quae habet Salmas. ad Solin. p. m. 931. forte nobis *Aprikosen*, quorum ibi sex fere genera egregie proveniunt, ut adfirmat Pococke p. 184. etsi aliis haec sunt *mala Armeniaca* et *Epirotica*. Hodie celebratur *ferrum*. Inclaruit maxime conversione Pauli ad doctrinam Christianam.

Adiabene) Gr. Ἀδιαβηνὴ sc. χώρα. Incolae Adiabeni. Bochart. in Phaleg 4, 19. nomen deducit a Chaldaica voce *Hadjab*, causamque quaerit in duobus fluviis, qui ibi sunt; Ammianus Marcellinus 23, 6. qui illos se transiisse adfirmat, nomina adponit *Diabas* et *Adiabas*. Priorem Bochartus explicat ex Chaldaicis *lupus*, Λύκος, quo nomine fluvium etiam ibi vere commemorant Strabo lib. 16. in. Curtius 4, 9, 9. et alibi, Plinius 6, 30. s. 26. Polybius 5, 51. aliique; atque hinc emendat Ptolemaeum 6, 1. ubi falso Λευκὸς vocatur, ut et alii monuerunt, in quibus Harduinus ad Plin. c. l. Cellarius in Geogr. ant. 3, 17, 5. Ita vero olim exhibuerunt vetustae edd. in Gr. et Lat. ut Argentor. 1520. f. Bertius posuit Λευκός. Idem Bocharto c. l. et Michaeli in spicileg. Geogr. p. 243. videtur esse Xenophontis (de exped. Cyri 3, 3, 5. conf. 2, 5, 1.) Ζάτη vel Ζάβατος, de quo legendus Hutchinson in diss. p. 20. De altero Ammiani fluvio, Adiabas, Κάπρος aliterque nominatur, de quo, ne praeter rem iis hic immorer, consulendi sunt Bochart. c. l. Valesius ad Ammian. c. l. Schwartzius ad Cellarii Geogr. p. 656. qui multa adtulit. Eustathius autem ad Dionys. v. 772. ita nominatam scribit διὰ τὸ δυσδιάβατον τῶν ἐκεῖσε ὑδάτων, cum quo consentiunt Ammianus c. l. et Suidas. TZSCHUCKE. Male ab α et διαβαίνω quidam deducunt. Nomen habet a fluvio *Adiabas* vel

Diabas ad urbem Ninum. BVRMANNVS *MS.* Male vero etiam hinc Stephanus f. v. Μέση, et Tzetzes ad Lycophron. v. 704. ut recte omnes monent, decepti fcilicet duorum fluviorum ambitu, cum vere tamen discrepent. Sic diferte utramque regionem diftinguit Herodian. 3, 9, 5. et hinc apud Tacitum Annal. 12, 13. *transmiſſo amne Tigri, permeant Adiabenos.* Holften. ad Stephan. p. 8. ubi idem monet, Mefenen diverfam facit ab Adiabene, et in Mefopotamia ponit. Nempe Meffenen etiam dictam effe Adiabenen et Mefopotamiam fcribit Stephanus c. l. falfo quidem, quia fcriptores, a quibus commemoratur, feparant, ut Plin. 6, 31. f. 27. qui inter duos Tigridis alveos ponit. Recte igitur Meffene eft Mefopotamiae pars, non item Adiabene, quae trans Tigrin erat, ut fuperiora docent, et nomina urbium, Nini, Arbelorum, Gaugamelorum, quas alii Affyriae adfcribunt. Plinius etiam 6, 16. f. 13. Adiabenen Affyriae initium facit, ut Solinus cap. 48. f. 46. et Tigride montibusque inviis includi dicit 6, 10. f. 9. Caufam aperit idem 5, 13. f. 12. his verbis: *Ultra Armeniam Adiabene, Aſſyria ante dicta,* quod et confirmat Ammian. c. l. Sic et olim Mefopotamia Affyriorum fuit. (Plin. 6, 30. f. 26.) Antea tamen 20, 4. ab Affyria diftinguit Ammianus. Σακκόποδας dictos fuiffe Adiabenos tradit Strabo lib. 16. p. 513. f. 745. cuius nominis caufam non exquifivit. Salmafius ad Solin. p. m. 662. a mollioris inceffus hominibus ex Hefychii Σαυκρόποδες petit, itaque emendat Bochart. in Phaleg 4, 19. quem ad Strabonem probat Penzel. Vol. 4. p. 2286. Ab *Adiabenus* autem, de quo initio notae, defcendit *Adiabenicus,* quod legitur in marmoribus Arundelianis aliisque monumentis. Cf. Gruter. p. 264. Reinefius in fyntagm. infcrr. 3, 35. de numis cf. Rafche Lexic. num. T. 1. P. 1. p. 64. Severi cognomen fuiffe teftatur Spartianus in vita cap. 9. f. Hodie trans Tigrin quaeri debet, ubi oftenditur urbs *Mouſoul,* quam Ninum f. Niniven putant, (Pococke T. 2. p. m. 234.) ubi regni

Curdiſtani ſ. *Kiuerdiſtani* pars. Plura dabit Maius in notitia imperii Adiabeni ex antiquis idoneis monumentis in Martini theſ. diſſert. T. 3. P. 1. n. 8.

Babylonia) Sic et Graece, Βαβυλωνία. De nominis cauſa disquiſivit de Broſſes in Memoires — de Paris Tom. 27. p. 29. Hanc regionem multi memorant, magis meridianam dicit Syriae partem Plinius 5, 13. ſ. 12. terminos autem non uno ſpatio concludunt auctores; artiores enim alii, alii latiores conſtituunt, ut Meſopotamiae etiam et Aſſyriae pars feratur, uti adpellatur diſerte a Plinio 6, 30. ſ. 26. modo a Chaldaea ſeparetur, modo illi adtribuatur; (Ptolem. 5, 20.) uti nec Mela ſeparatim Chaldaeam adtingit; nempe Babyloniae partem Chaldaei inhabitabant. (Strabo lib. 16. p. 509. ſ. 739.) Contra Babylon urbs in Chaldaeorum terra antiquitus ponebatur. (Ezech. 12, 13.) Iſidorus Characen. pag. 2 ſqq. Hudſ. ſolam Meſopotamiam agnoſcit, dum eius et Babyloniae fines extendit a Zevgmate ad Seleuciam. Cum vero Perſicam urbem Stephanus Babylonem facit, ad imperium Perſicum id retulit, uti recte monet Berkelius p. 206. quia ſic discrepat Περσικὸς et Περσίδος. Quaeri autem debet ad Tigrim verſus Perſicum ſinum, ubi hodie *Irak Arabi* ſ. *Babeli.* Plura de nomine et ſitu peti debent ex Geographis. Antiquitus dicta fuit Sinear. Dan. 1, 2. et in primis Geneſ. 10, 10. 11, 2. 9. ubi diſerte *Babel* i. e. Babylon in illa terra ponitur. Plura legi poſſunt apud Bochartum in Phaleg 6, 5. Poſtero tempore, cum antea Perſae, Parthi, tenerent, cepit Traianus, ceſſit Hadrianus, in formam provinciae redegit Septimius Severus an. Chr. 201.

Iudaea) Sic et Gr. Ἰουδαία. Nomen derivat Stephanus vel a Iuda Semiramidis filio, vel a Iudaeo, Spartonis filio, unde et fraternitatem Iudaeorum et Spartanorum quidam explicant, quae commemoratur 1 Mac-

cab. 12, 21. Cf. etiam Iofeph. ant. Iud. 13, 5, 8. et quae disferit Bochart. in Chanaan 1, 22. in. Nos certiora de nomine ex Scr. S. edocti novimus. Ipfa regio modo angufte, modo late ponitur. Saepe enim omnem Palaeftinam continet, modo eft aliqua eius pars, quare etiam urbes infra memoratae ab iisdem adeo auctoribus variis regionibus adfignantur, Syriae, Palaeftinae, Phoenicae vel Iudaeae. De Palaeftinae parte Nofter aperte hic intelligit, et, quia Palaeftinam iuxta Arabiam ponit, Idumaeam, Galilaeam, Samariam complectitur, quas alii feparatim etiam confiderant. Sic Plinius 5, 14. f. 13 fq. Idumaeam et Samariam feiungit, Galilaeam et Peraeam Iudaeae partes facit. Alii, poetae in primis, *Idumaeam* f. *Idumen* pro Iudaea ponunt, ut Valer. Flaccus 1, 12. Silius Ital. 3, 600. 7, 456. Lucan. 3, 216. Virgil. Georg. 3, 12. Idumaei enim ab Hyrcano fubacti Iudaeis adfcripti funt. Vid. Iofeph. ant. Iud. 13, 9. in. Cf. Strabo 16. p. 523. f. 760. ubi refert, loca iuxta mare ad Sirbonida usque ad Hierofolyma tenuiffe. Ptolemaeus 5, 16. Iudaeam etiam Palaeftinam Syriam dictam fuiffe fcribit, eiusque partes recenfet Samariam, Galilaeam, Idumaeam. Iofephus, qui optime noffe poterat, de bello Iud. 3, 2. anguftiori quidem fenfu eius terminos conftituit Arabiam, mare internum, lacum Afphaltiten et Samariam. Alia dabunt praeter Geographicos auctores, qui omnino in his conferri poffunt, Relandus in Palaeftina 1, 6. p. m. 24 fqq. et Bachiene von Palaeftina Vol. 2. P. 1. p. 12 fqq. et quos recenfet Fabricius in bibliogr. antiqu. cap. 5. §. 4. p. 184. Incolae *Iudaei* dicti, ut in vulgus eft notum, atque hinc *Iudaicus* manat.

Commagene) De fcriptura dictum eft in notis criticis ad 1, 2, 5. p. 131. Regio Graecis etiam Κομμαγηνὴ, et fic incolae Κομμαγηνοί in auctoribus et numis. Syriae eft regio maxime feptemtrionalis, contermina Amano, et Euphrati, de quo plura disferuntur a Geo-

graphis. Praecipua urbs, quam Noſter non adtigit, celebratur Samoſata. (Strabo lib. 16. p. 516. ſ. 749.) Poſtero tempore aucta aliqua parte dicta eſt *Euphrateſia*, vel *Euphratenſis*, de quo praeter Geographos cf. Valeſius ad Ammian. 14, 8. et Weſſeling. ad Hieroclem pag. 712. Victoris aetate *Auguſtophratenſis*, ut ipſe adſirmat in epit. 9, 13. Nunc quaerenda eſt ultra *Amanum* montem, h. *Almadaghy* verſus Euphratem ante *Diarbek*.

§. 2. *Palaeſtine)* Gr. Παλαιστίνη. Variant tamen numi et lapides, in quibus etiam Παλεστ. et Παλαιστήνη legitur. Vid. Raſche in Lex. numar. Tom. 3. P. 2. p. 412. 417 ſq. Douſa etiam in itinere Conſtantinopolitano (vid. Gronovii theſ. Vol. 6. p. 3373.) inſcriptionem adfert, in qua ſcriptum exſtat: Συριας Παλαιστείνης. Notum eſt, in ſcripturis ſacris dici *Chanaan*, pro qua ſaepe Phoenicen ponunt Iudaei Alexandrini, propter Phoenicum ex Chananaeis originem. Exempla dabunt Bochart. in Phaleg 4, 34. Relandus in Palaeſtina 1, 7. et Bachiene T. 1. P. 1. p. 45. Contra Ioſephus in antiqu. Iud. 6, 4 ſq. Philiſtaeos V. T. reddit Palaeſtinos, quippe a quibus hoc nomen manavit, ut docet Reland. c. l. De aliis nominibus v. c. *Iſrael*, *regio Iſraelis*, *regio Hebraeorum*, *Iudaea* — cf. Bachiene p. 45 ſqq. c. l. Sumitur autem ſenſu latiori et anguſto, et modo Syriae adtribuitur, modo demitur, variaeque hinc commemorantur eius partes. Noſter Syriae adſcribit, atque ita etiam alii *Palaeſtinam Syriam* dicunt et *Palaeſtinum Syrum*. Cf. Oroſius 1, 2. p. 16. Haverc. Plin. 12, 40. ſ. 17. Ioſeph. antiqu. Iud. 8, 10, 3. Ptolem. 5, 16. Ovid. A. A. 1, 416. Tibull. 1, 7, 18. et quae conlegerunt loca Reland. in Palaeſt. 1, 8. p. m. 32 ſq. et Iebb. de Ariſtidis vita in opp. T. 1. §. 6, 7. De lapidibus cf. Gruter. p. 495. n. 2. de numis Raſche c. l. Tamen et ſic Ptolemaeus 5, 16. in. ipſa Syria terminat. Sic et *Iudaea* ſaepe vocatur, (in Ptolem. c. l. — maxime in literis ſacris) ab illa etiam ſeiun-

gitur, ut hic. *Iudaea Palaeſtina* in inſcr. apud Gudium p. 116, 4. quod Euſebii, Hieronymi — temporibus in uſu fuiſſe docet index p. 31. Hinc vero termini variantur, ut infra in urbibus declarabitur. Latiori ſenſu incluſa erat Syria, Arabia et mari interno. Quod Palaeſtinam Arabiae vocat Diodor. 3, 42. ex vitioſa verborum coniunctione ortum videtur. Poſt enim demum Palaeſtina in 3 partes eſt diviſa, quarum tertia Arabiae Petraeae urbes complectebatur, uti docuerunt Relandus in Palaeſt. 1, 34. p. m. 151 ſqq. Bachiene T. 1. P. 3. p. 426. et Weſſeling. ad Diodor. c. l. et Hieroclem p. 721.

Phoenice) Vid. proximo capite.

committit) I. e. coniungitur, ut ipſe ad variandam orationem de eadem re utroque utitur 1, 1, 4. et 5. Curtius 3, 1, 13. obponit *dividere*, et ſic apud eundem paſſim reperitur. Vid. Savaro ad Sidon. Apollinar. carm. 2, 47. Pro eo Plinius 5, 13. ſ. 12. dicit: ubi *Ciliciam adtingit*.

Antiochia) Gr. Ἀντιόχεια; Latini etiam, ut in his ſolet, *Antiochea*. Syriae partem cum noſtro 1, 12. ſ. facit etiam Plinius 5, 13. ſ. 12. et 5, 18. ſ. 22. *promontorium Syriae Antiochiae* memorat. Dubitationem tamen movit Salmaſ. ad Solin. p. m. 866. errorisque non levis et Noſtrum et Plinium incuſavit. Nempe Mela, inquit, cum legiſſet Ἀντιόχειαν Συρίαν, quae Antiochia eſt cognomento Syriae, Syriae aliquam partem ſic dictam eſſe putavit. Similia etiam adfert exempla, v. c. *Antiochia Piſidia*, [tab. Peuting. 9. F.] *Seleucia Pieria*, [Ptolem. 5, 15. in.] et ſic alia. Cf. de hac forma Holſten. ad Stephan. p. 287. In hac vero diſtinctione propria pro gentilibus adpoſita eſſe videntur, ut *terra Italia*, *Graecia*. Vid. Heuſinger. et Staveren. ad Nepot. de regib. c. 1. in. et de Graecis Daviſ. ad Maxim. Tyr. 4, 2. Renititur tamen Voſſius, ut ſolet, Melaeque partes agit, quod Pagras Ἀν-

τιοχίδος oppidum esse scribat Strabo, [16. p. 517. f. 751.] locumque istum cum Ptolemaeo 5, 15. ad portas Amanidas conlocet; absurdum fuisse, ut ab illis 4 urbibus, quas in hac Syria condidit Seleucus Nicator dictae sint regiones Apamena, Seleucis, et Laodicena, solam vero Antiochiam, omnium metropolin, nullam sibi habuisse subditam regionem. Tum Vossius quaerit, cur in exemplis non potius usus fuerit Μαυριτανίας Καισαρείας, quando pro regione accipitur; immo vel ipsam Καππαδοκίαν Καισάρειαν aliquando pro altera Cappadociae parte accipi. Denique Ἀντιοχίδος adpellatione in primis nititur. Dubitare tamen licet, an praeter Nostrum et Plinium *Syria* (non *Syriae*) *Antiochia* de regione occurrat. *Pagras* quidem Strabo c. l. Ἀντιοχίδι dat, sed deinceps pro ea ponit Ἀντιοχέων πεδίον, et Pieriae adscribit Ptolem. 5, 15. Sic Antiochiae vicum *Hymmas* (al. *Immas*) commemorat Iornandes de regn. success. cap. 84. p. 236. (in Muratorii scriptor. Ital. T. 1.) at eundem locum in Seleucide ponit Ptolemaeus c. l. Itaque ad agrum Antiochenum possint illa referri et de ditione, seu iure intelligi, etsi Pagris 16 M. P. ab Antiochia distare scribit Antonin. in itiner. p. 146. Neque tamen in hoc tam turpiter errare potuit Mela, adeoque Salmasius p. m. 442. c. l. regionem agnoscit, cuius pars fuerit Cyrrhestica, minus recte a nostro neglecta. Ipsa urbs Antiochia, unde haec pars nomen nacta est, a Strabone 16. p. 516. f. 749. ponitur in Seleucide, in Cassiotide a Ptolemaeo c. l. Nempe fuerunt plures hoc nomine, quae caute distingui debent, et 14 recenset Stephanus h. v. quem in numero quidem sequitur Eustathius ad Dionys. v. 918. duabus auget Appian. in Syriac. cap. 57. m. Plures congessit Ortelius h. v. 40 adeo iactat Rasche in Lex. num. T. 1. P. 1. p. 743. Nostra haec plerumque designatur a vicinia v. c. ἐπὶ τοῦ Ὀρόντου, (Ptolem. c. l.) πρὸς τῷ Ὀρόντῃ, (Syncell. p. 218. f. 273.) vel ab amoeni loci vicinia ἐπὶ Δάφνῃ, (Strabo c. l.) ἐπὶ Δάφνης, (Plutarchus in Lu-

cullo c. 21. in. Plin. 5, 18. f. 21. *Epidaphnes*, uti editur) πρὸς Δάφνην. (Hierocles p. 711.) In numis additur πρὸς Δάφνῃ vel Δάφνην. Quod in Taciti Annal. 2, 83. *Epitaphnae* fcribitur feorfum ab ipfa Antiochia, vitiatum eft. Antiochenfes et Daphnenfes rectius feparat Eutrop. 6, 14. f. 11. Propter viciniam tamen Antiochiae προάστειον vocatur a Dione 51, 7. et aliis, de quo cf. praeter ea, quae adtuli ad Eutrop. c. l. Cellarius in Geogr. ant. 3, 12, 35. et du Frefne ad Chron. Pafchale p. 448. Venet. Ipfa Antiochia fuit τετράπολις, quia ex 4 urbibus paullatim accreverat, uti narrat Strabo c. l. aliique. Conditorem habuit Seleucum Nicatorem, ut cognomines 15 reliquae, (Appianus c. l.) a cuius patre ipfum nomen ductum erat, (Appian. c. l. Libanius Vol. 1. pag. 301. Reisk.) etfi a filio volunt Malalas in Chron. lib. 8. p. 86. et chron. Pafchale p. 34. Ven. fcilicet quia a patre mortuo id minime fieri putant; atque hinc forte pro πατρὸς margo Cod. Bavar. παιδὸς fubftituebat. Memorabilia (funt autem plurima) haec fere adferuntur. Fuit primaria urbs Syriae (Iofephus de B. Iud. 3, 2, 4. Cf. Weffeling. ad Hierocl. p. 711.) adeoque caput Afiae et Orientis. Hinc in numis faepe μητρόπολις additur. (Vid. Eckhel doctr. num. P. 1. Vol. 3. pag. 268 fqq.) Fuit praeterea fedes doctrinarum doctorumque hominum; (Cicero pro Archia c. 3.) Chriftianis eadem nomen dedit, (Actor. 11, 26.) unde et poftera aetate Θεοῦ πόλις f. Θεούπολις dicta eft, (Procop. de aedific. 5, 5. —) quod tradit Malalas in chronogr. fub Iuftiniano p. 61. Ven. a Symeone Thamaturgo ob repertum ibi hoc oraculum: Καὶ σὺ, τάλαινα πόλις, Ἀντιόχου οὐ κληθήσῃ; at nominis huius auctorem Iuftinianum facit Theophanes in chronogr. p. 121. Ven. cum terrae motu paene dirutam excitaffet, qualem calamitatem fub Traiano experta erat. (Orofius 7, 12.) Amoenitatem loci etiam hodie laudant itinerum enarratores, veluti Niebuhr, etfi viles humilesque domos fucceffiffe in priftinae magnificentiae locum monent,

unde vetus orbis deſcriptio cap. 17, 1. λαμπρὰν vocavit et πολλοῖς ἔργοις ἐξέχουσαν, ubi aliorum teſtimonia dabit Gothofredus p. 12. Arabes hodie adpellant *Antakie*. Vid. Volney Reiſe nach Syrien Tom. 2. p. 116. De ruderibus eius aere expreſſis expoſuit Pococke T. 2. ad p. 274 ſqq. Incola olim ſecundum Stephanum h. v. dictus Ἀντιοχεὺς et Ἀντιόχειος; Latini frequentant *Antiochenſis* et *Antiochenus*.

olim) Haec verba non referuntur ad Antiochiam, ſed ad Syriam. OLIVARIVS. Quod ſequentia luculenter indicant.

Semiramis) Quod an probare potuerit auctor, viderit ipſe. Sed quod ſcribit, videtur ſtatuere de matre huius Semiramidis, Derceti. Atque etiam ipſa ſuperſtitioſe apud Palaeſtinos culta, ut ſatis patet ex Ovidii Metamorph. 4, 45 ſq. L. GRONOVIVS *MS.* 2. Reſpicit vetus regnum Aſſyriorum, cuius auctor Ninus, etſi quidam Belum, Nini patrem, volunt, uti Syrios ſolent cum Aſſyriis confundere. I. GRONOVIVS *MS.* 1. Hanc commutationem aperte declarat Iuſtinus 1, 2. f. *Aſſyrii, qui poſtea Syri dicti ſunt*, et Herodot. 7, 63. οὗτοι ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων ἐκαλέοντο Σύριοι, ὑπὸ δὲ τῶν βαρβάρων Ἀσσύριοι ἐκλήθησαν, etſi ipſe Syrios ab Aſſyriis diſtinguere ſolet. Cf. ſupra et quae Oudendorp. ad Suetonii Iul. Caeſ. c. 22. f. et Muncker. ad Hygin. fab. 275. f. Latiſſimum enim olim Aſſyria imperium tenuit, adeo ut et Syriam proprie dictam complecteretur. Voluit tandem uſus, ut Syrios ab Aſſyriis Euphrates vel Tigris ſecerneret, et hinc duo eſſent populi. Proprie tamen Aſſyria dicta eſt circum Ninum, deinde Adiabene, ut quidem tradunt, Plin. 5, 13. ſ. 12. et Ammian. 23, 6. Tradit etiam Strabo lib. 16. in. Syros dictos fuiſſe, quorum reges Babylonem vel Ninum regias habuerint. Adparet vero ex ipſa Melae diviſione, Syriam eum latiſſimo ambitu et

ſenſu intelligi voluiſſe. Hinc *Syra* vocatur *Semiramis* apud Plutarch. in Amatorio p. 20. ed. Lipſ. quam *Aſſyriam* vocat Ioſephus contra Apion. 1, 20. in. Syram autem vocari, ut Ninum Syrum, diſerte refert Strabo 2. p. 58. ſ. 84. Utrumque exhibent igitur libri in Suetonii Iulio Caeſ. c. 22. f. Sic in Syria Babylonem conſtitutam fuiſſe, ſcribit etiam Hyginus fab. 275. f. Supra tamen noſter 1, 2, 1. *Aſſyrios* commemorat, nempe ſtrictiori ſenſu, de regni priſci parte aliqua, quae priſcum nomen, deſtructo Aſſyriae imperio ampliſſimo, retinuit. Et ſic Aſſyriam deſcripſit Ptolemaeus 6, 1. Contra Aſſyria de Syria eiusque partibus ſaepe dicitur, v. c. de Palaeſtina, (Ioſeph. de B. Iud. 5, 9, 4. ubi vid. Hudſ. p. 548.) Babylonia. (Vid. Perizon. in orig. Babyl. cap. 1. p. m. 10. cap. 4. p. m. 48.) Contra pars Meſopotamiae et Aſſyriae Babylonia adpellata etiam eſt. (Plin. 6, 30. ſ. 26.) De ipſa Semiramide in primis adeundus eſt Diodor. Sic. 2, 4 — 20.

duo) Haec non pertinent ad Palaeſtinam Syriam, ſicut etiam ipſe auctor oſtendit de Syria loquens, quum mox demum de Palaeſtina inchoet; itaque, licet de Euphrate locuturus eſſet lib. 3. c. 8. noluit tamen nobiliſſimam hanc memoriam nunc praeterire. I. GRONOVIVS *MS.*

conſtituta) Condita. Vid. ad 1, 19, 14.

Babylon) Gr. Βαβυλών. Latinis, poſterioris maxime aevi, etiam *Babylonia.* Sic Iuſtin. 1, 2, 7. ubi cf. viri docti et ad Valer. Max. 9, 3. ext. 4. Torrenius. Sic promiſcue agunt ſaepe codices, uti docetur ad Frontin. 3, 7, 4. Oroſium 22, 2, 6. Diſerte ſic Corippus 3, 279. *fruſtra celſis Babylonia muris Cincta foret.* Sed eadem forma, conſpirantibus MSStis omnibus, legitur in Livio 38, 17, 11. qui contra ad antiquam revocandam in Diodoro 2, 11. Weſſelingium adiuverunt. Incola Βαβυλώνιος et

Βαβυλωνεὺς apud Stephanum h. v. In literis ſacris, quod notum eſt, *Babel* vocatur. In conditore non omnes conſentiunt, etſi de Semiramide fama viguit, unde et urbem γυναικὸς ἔργον vocat Ariſtides T. 1. p. 219. ed. Iebb. quod tamen ad Graecorum commenta quidam reiecerunt, in primis Beroſus, Chaldaeus ipſe, cuius teſtimonium producit Ioſeph. in Apion. 1, 20. p. 451. Haverc. Alii auctores, qui de rebus Chaldaicis et Phoeniciis expoſuerunt, originem urbis ad remotiora tempora referunt, conditoremque iactant Belum, quorum excerpta dedit Euſebius de praepar. Evang. 9, 14. 15. 17. 18. et 41. Hinc explicatur a nonnullis *Bab - bel* quaſi aula Beli. Atque eos etiam ſecuti ſunt quidam ex Graecis et Romanis auctoribus. Hinc Curtius 5, 1, 24. *Semiramis eam condiderat, vel, ut plerique credidere, Belus, cuius regia oſtenditur. Babylonem* adeo, Beli filium, conditorem facit Herennius apud Stephanum h. v. Nimrodum, gigantem, Oroſius 2, 6. Chron. Paſchale p. 30. Ven. Cedrenus p. 15. Ven. priſcorum ſcriptorum auctoritatem ſine dubio ſecuti. Qui quidem Nimrodus Ioſephi in antiqu. Iud. 1, 4, 2 ſq. Νεβρώδης eſſe videtur, uti et quidam Codd. in Oroſio legunt *Nebrot* ſ. *Nebroth*, in quo S. S. *Nimrodus* facile agnoſcatur. Plura dabit Perizon. de Origin. Babylon. cap. 7. Alii, ut Ammianus 23, 6. arcem tantum a Belo exſtructam volunt, poſt urbem a Semiramide additam, uti quidem antiquitus primum ſolebat, quod docent in Carthagine *Byrſa*, in Thebis *Cadmea*, in Roma *Capitolium*. Et ſic Athenis. Vid. Perizon. cap. 7. p. m. 91 ſq. Poteſt vero illa arx ad notam turrim pertinere. Belus tamen Babylonius intelligi debet, non Tyrius. Plura, qui de his deſiderat, inveniet apud Perizon. cap. 5. 7. c. l. Salmaſ. in Solin. p. m. 866. Bochart. in Phaleg 4, 14. viros doctos ad Curtium c. l. Iuſtinum 1, 2, 7. ut alios praeteream. Sed ſi urbem ipſam Semiramis minime fundaſſe credatur, inſtauravit certe et ornavit, quamvis et hoc Nino ſimul tribuit Oroſius c. l. Tribuunt autem

illi vulgo, quod moenibus urbem cinxit, quorum latitudo fere dicitur fuiſſe 50 cubitorum, altitudo quater tanta, ambitus 450 ſtadiorum, cum ipſa coctili latere et interfuſo bitumine compacta eſſent. In notando ipſo urbis ambitu, quem Noſter etiam adtingit, ſecutus ſum Herodotum 1, 178. Ampliorem enim alii faciunt, alii contractiorem, quorum discordes opiniones conciliare conatus eſt Olearius ad Philoſtrati Apollon. 1, 25. Cf. etiam, quos laudat Weſſeling. ad Diodor. 2, 7. Muncker. ad Hygin. fab. 224. — Maior conſenſus eſt in *coctili latere*, nec niſi in verbis parva discrepantia obiicitur, ut docet locorum comparatio a Munckero inſtituta c. l. Hinc *coctam Babylona* argute nimis vocat Sidonius Apollinar. carm. 9, 26. Pro *bitumine* alii ſulphur commemorant, propter utriusque vicinam naturam. (Plin. 35, 51. in. ſ. 15.) Ἄσφαλτον habet Herodotus 1, 179. Ariſtides Tom. 2. p. 219. Iebb. aliique, quos producunt Muncker. ad Hygin. et Freinshem. ad Curtium cc. ll. Aheneum murum ex aliis iactat Euſtath. ad Dionyſ. v. 1005. quod tantum ad portas alii revocant. Bitumine vero iſtam regionem abundaſſe patet ex Herodoto 1, 179. Strabone 16. p. 508. ſ. 739. Iuſtino 1, 2, 7. Vitruvio 8, 3. aliis. De utroque, et bitumine et latere cocto, multa adtulit Salmaſ. ad Solin. p. m. 867. Celebrantur porro *horti penſiles*. (Gr. κρεμαστὸς παράδεισος.) Poſt, auctore Nabuchodonoſoro, alia ornamenta acceſſerant, unde conditorem ſe eius ſuperbe oſtentat apud Daniel. 4, 27. etſi adeo originem illi adſtruere operoſo ſtudio nititur Vitringa ad Ieſaiam 19. p. 533. Certe eius opera recenſet Beroſus apud Ioſeph. in antiqu. Iud. 10, 11. in. et in Apion. 1, 19. Cf. ad Guthrie hiſt. univerſalis T. 2. p. 77. Tanta urbs, aeternitati devota, ſenſim ſenſimque exhauſta corruit. Ad quod perficiendum valuerunt Perſarum expugnatio, temporis iniuria, Macedonum negligentia et novae urbis, Seleuciae, 300 abhinc ſtadiis a Seleuco Nicatore exſtructio, quas cauſas enumerat Strabo 16. p. 508. ſ. 738. conl.

Plinio 6, 30. f. 26. etfi poftero tempore faepe in libris commemoratur, et cum Seleucia coniungitur, veluti apud Liv. 38, 17, 11. Eutrop. 8, 3. f. 2. (fub Traiano) — Strabo tamen fuo tempore maxima ex parte defertam fuiffe fcribit c. l. Paufanias 8, 33. nil nifi muros relictos novit et fic alii. Ubi hodie fitus eius poni debeat, quaeritur. Sic Rauwolf (Reifen T. 2. cap. 7. §. 16.) qui an. 1564. devectus eft Euphrate 36 miliaribus verfus occidentem aeftivum ab urbe Bagdad rudera fe eius vidiffe narrat, ubi nunc vicus *Elugo* f. *Felujia.* Pietro della Valle (Viaggi P. 2. lett. 17.) ruinas in planitie magna 2 dierum itineribus infra ad Euphratem huc refert; Lucas (voyage au Levant T. 2. p. 338.) prope Bagdad ftatuit. Sed ut, omiffis aliis, recentiorum aliquorum opiniones adferam, Niebur (Reifebefchr. nach Arabien Vol. 2. p. 287.) contendit, haud procul ab *Helle* f. *Helleh* ftetiffe, quod incolae eum tractum etiam nunc hodie vocent *Ard Babel,* et urbis ibi rudera confpiciantur, quae alius effe non poffint; convenire etiam lapides propter terrae indolem, quae faxa rariffima oftendat. Poft etiam idem p. 288. hortorum penfilium veftigia quaedam inveniri putat; contra Sauveboeuf (Reifen — T. 2. p. 72.) fruftra eius rudera quaeri, aut falfa iactari adfirmat. Sed gravior teftis audiendus eft Niebuhrius, cuius fententiam etiam ex locorum comparato fitu operofe adftruxit d'Anville fur la pofition de Babylone in Memoires — de Paris T. 28. p. 246 fqq. qui fimul refutat eos, qui crediderant, h. effe *Tel-ak-karkuf* ad Tigrim, cum Babylon fita fuerit ad Euphratem. Cf. etiam idem fur l'Euphrat et Tigris pag. 113 fqq. De infcriptionibus Babylonicis, quae hodie agitantur, vid. praeter alios Hager in Klaproth Afiatifches Magazin an. 1802. n. 3. p. 246 fqq. n. 4. p. 292 fqq. n. 6. p. 478 fqq.

ficcis) In Affyriorum terra parum pluit. Quod in ea frumenti germinat, id demum eft, quod ex flumine

irrigatur; irrigatur autem feges; et frumentum provenit, non quemadmodum in Aegypto flumine, fed manibus et fcrobibus irrigatum. Babylonica regio omnis, quemadmodum Aegyptica, dividitur in foffas, ut Herodotus fcribit lib. 1. [cap. 193.] De foffis multa lib. 16. Strabo. [p. 509. f. 739. Cf. lib. 11. p. 346. f. 402.] VADIANVS. Id non Semiramidi, fed Nitocri [ω] adfcribit Herodotus 1, 185. I. GRONOVIVS *MS.* 1. Semiramidem tamen, quae 5 aetatibus i. e. 150. circiter annis ante Nitocrim regnavit, Euphratem reftagnantem antea congeftis aggeribus coercuiffe, idem antea narrat cap. 184. eiusque infignem operam exftitiffe circa fluvios in aquae ductibus, ftagnis, pontibus, aggeribus adfirmat Strabo lib. 16. in. Idem vero, quod hic Mela narrat, de Ecbatanis in Media praedicat Diodor. 2, 13. *ἀνύδρου οὔσης τῆς πόλεως — ἐποίησεν αὐτὴν πᾶσαν κατάρρυτον, ἐπαγαγοῦσα πλεῖστον καὶ κάλλιστον ὕδωρ μετὰ πολλῆς κακοπαθείας τε καὶ δαπάνης.* Quod effecit etiam Oronte monte perfoffo, ut lacus, qui erat in averfa parte, in fluvium fe exoneraret, eiusque aquas augeret. Plura autem eius opera commemorat idem 2, 7 fqq. De Euphrate et Tigride vid. ad 3, 8.

immiffi) Sic Frontin. 3, 7, 3. *fluvium in caftra hoftium immittere.*

§. 3. *munita)* Quod potuit teftari ex oppugnatione Alexandri M. quum haec progreffus eius verfus Aegyptum tardaverit, ut patet ex lib. 2. Arriani de exp. Alex. cap. 25. et inde contigit illi urbi nomen, ut docet poft alios Bochartus in Chanaan 2, 12. Idem docuerat Drufius Qu. Hebr. 3, 54. ubi oftendit *Gazam* aliis, fed Philiftaeis *Aza* notare munitionem, praefertim quod chronologia refutet id, quod additur a Pomponio, et quod diu ante Cambyfen exftiterit urbs Gaza. I. GRONOVIVS *MS.* Vid. deinceps.

Gaza) Sic et Graece. In literis ſacris ſaepe occurrit ſub nomine עזה, cuius formae veſtigia exſtant etiam in Stephano, qui a Syris repetit, ſed male cum Euſtathio ad Dionyſ. v. 910. nomen ab Azone, (o) Herculis filio, derivat. Nempe ע initiale in multis ſolet per G efferri, ut docet exemplis Bochart. in Chan. 2, 12. Nomen Noſter Cambyſis tempore ex Perſica lingua impoſitum tradit, eumque ſecuti Iſidor. in Origin. 15, 1. et Servius ad Virgil. Aen. 1, 119. etſi omnino pecuniam regiam a Perſis *gazam* vocatam fuiſſe et alii adfirmant, in quibus Curtius 3, 13, 5. Vid. Hide λείψανα veteris linguae Perſicae p. 81. et in primis quae conlegit Freinshemius in indice Curtii h. v. Cum tamen ultra Cambyſis tempora urbis origo deſcendat, uti iam antea monitum eſt, rectius alii ex Hebraico fonte derivant, ut ſit *munitus*, etſi alias a חסן duci poſſit, quod in orientis linguis theſaurum ſignificare docuit Bochart. in Phaleg 2, 2. Quod tradit Stephanus, eadem etiam vocata eſt Ἰώνη, ab Io, quae ibi adpulſa eſt et manſit. Cf. idem ſ. v. Ἰόνιον et Euſtath. ad Dionyſ. v. 92. ubi tamen Ἰόνη exſtat. Iûs memoriam ſervavit etiam cultus apud Gazaeos (vid. Eckhel. num. vet. p. 79.) et numi ferunt. (Vid. idem de doctrina numor. P. 1. Vol. 3. p. 449 ſq.) Adiicit aliud nomen Μινώα Stephanus, (ſub utraque voce) quod a Minoe Cretenſi petit, et numorum etiam ſigna inluſtrarunt, ut adparet ex Eckhelii doctrina num. p. 451. c. l. ubi plura habes de nominis cauſa. Hinc apud Gazaeos Iovis Cretaei, nomine *Marnan*, cultus, quem adtingit etiam Stephanus et numi comprobant, et docte, ut ipſam vocem, explicant praeter Eckhelium c. l. Berkelius ad Stephan. p. 256. Holſtenius ad eundem p. 78. et Bochart. in Phaleg. 1, 15. et praecipue in Chan. 1, 15. et 2, 12. De eius et aliorum Deorum templis cf. Relandus in Palaeſtina lib. 3. p. m. 587. Fabulae, ut et monet Stephanus, originem urbis ad ipſum Iovem retulerunt, ex quo quidem vetuſtas eius vulgo celebrata cognoſcitur,

confirmata S. S. teſtimoniis graviſſimis. Cf. Geneſ. 10, 19. Deuter. 2, 23. — In eius ſitu mire disſentiunt auctores. Noſter in Palaeſtina ponit. Stephanus h. v. *πόλις Φοινίκης, νῦν δὲ Παλαιστίνης πρὸ τῆς Αἰγύπτου,* etſi alibi ſ. v. *Ἰόπη* promiſcue de utraque regione loquitur. Eum repetit Euſtathius ad Dionyſ. v. 910. In ultima Phoenice prope Aegyptum producitur ab Arriano de exped. Alex. 2, 26. in. in Palaeſtina a Ioſepho Antiqu. Iud. 9, 13, 3. et alibi; in Palaeſtina, quam et Iudaeam vocari ait, a Ptolemaeo 5, 16. Iudaeae oppidum dicit Plin. 12, 32. ſ. 14. qui tamen in Palaeſtina ponit, ut Noſter 5, 14. ſ. 13. Syriae tribuit Plutarch. in vita Alex. cap. 25. et ſic *Gaza Syriae* legitur in inſcriptione apud Reineſium 8, 77. Ex quo quidem adparet, quam laxe vageque fines illarum regionum conſtituerint, temporum etiam rerumque, ut ſolent, converſiones ſecuti. Certe Anacaeos, (עֲנָקִים) qui Philiſtini ſ. Phoenices fuerunt, olim hanc tenuiſſe adparet ex Ioſua 11, 15. Cf. Bochart. in Chanaan 1, 1. Phoenices autem partem a Graecis Palaeſtinam vocatam eſſe, notat Ioſephus in antiqu. Iud. 1, 6, 2. Syriae autem urbs vocatur, quod illi Auguſtus adſcripſerat, auctore Ioſepho 17, 11, 4. c. l. A mari removet Arrian. c. l. 20 ſtadiis, Strabo a Gazaeorum portu tantum 7. (lib. 16. p. 522. ſ. 759.) quam discrepantiam ſic componit Cellarius in Geogr. ant. 3, 3, 217. ut ex amplitudine urbis et dimenſionis terminis intelligi debeat. Omnino autem viciniam maris indicat portus, cuius nomen poſteriores ferunt *Majumas,* (Sozomen. hiſt. 5, 3. —) unde Conſtantinus M. urbem fecit *Conſtantinam,* quam tamen, ademto civitatis iure, maritimam Gazaeorum *partem* adpellari voluit. (Sozomenus c. l. et quos memorant Relandus in Palaeſtina lib. 3. p. m. 586. et Penzel. ad Strabon. T. 4. p. 2311.) Hinc vero urbem *παραλίαν* paſſim vocat Ioſephus, ut de B. Iud. 1, 7, 7. 1, 20, 3. cum alias, et ſeorſum poſito portu, in mediterraneis recenſeatur a Ptolemaeo 5, 16. Quodſi propius ſitum

ſpectes, a Mela indicatum, recte miratur Ciacconius, quod ſuperiori capite Azotum in Arabia praemiſerit, quum ceteri auctores primam ab Aegypto urbem oſtendant Gazam, et hinc ſubiiciant Aſcalonem et Azotum. Cf. Strabo 16. p. 522. ſ. 759. Plin. 5, 14. ſ. 13. Geogr. Ravenn. 1, 14. et 5, 7. Ad quae monuit Perizonius, in ordine regionum et urbium parum ſibi Melam conſtare, (quod quidem ſimpliciter negari non poteſt) idque probat maxime ex recenſu 6 urbium Aegypti, quae, ſi numeris notaveris, hoc ordine ſiſtantur 1. 3. 5. 2. 6. 4. (At ibi ex tota Aegypto inſigniores tantum in unum locum cogit.) Tum mutari quidem ille addit locorum dominos, vel alterutri conterminarum regionum adſcribi; verum adeo ab Arabia remotam eſſe Azotum urbem, ut, quia ibi erat Arabicarum mercium emporium, ipſius Arabiae portum exiſtimaſſe deluſus Mela videatur. Cf. et ſupra ad 1, 10. Varias haec urbs experta eſt fortunae viciſſitudines et dominorum ſucceſſiones. Nempe diruta eſt ab Alexandro M. (Arrian. de exped. 2, 26. Curtius 4, 6. —) ab Antiocho, (Polyb. 16, 40.) a Maccabaeis. (1. Maccab. 11, 61. 13, 43. Ioſeph. 13, 13, 3.) Quod igitur Strabo c. l. adfirmat, inde ab Alexandro devaſtatam iacuiſſe, in dubium vocatur. At ἔρημος etiam vocatur Actor. 8, 26. qui locus variis disputationibus agitatur, cum alii praeſidiis orbatam fuiſſe explicent, alii ad incolarum paucitatem referant, quidam de via intelligant. Vid. Relandus p. m. 583. Caſaubon. ad Strabon. c. l. et praeter Geographos viri docti ad c. l. Cum tamen Mela *ingentem* et *munitam* adpellet, niſi antiquiora tempora eum reſpexiſſe velis, non temere putant multi, in veteris exciſae illius locum novam parum disſitam ſucceſſiſſe, atque hinc discrepantiam auctorum de ſitu portus intelligi poſſe. Duplicem quidem non obſcure indicant Hieronymus de locis ſacris, auctor anonymus in Hudſoni Geogr. minor. T. 4. p. 38. Vid. Weſſeling. ad Antonini itiner. p. 151. Caſaubonus tamen ad Strabon. c. l. ad Gazaeorum portum id refert,

de quo ſupra. Excitatam tamen vel ipſam antiquam fuiſſe, vel novam in vicinia Gazam prodiiſſe, adparet ex numis ſub Tito, Hadriano — ibi percuſſis. Et ſic Abulfeda tab. Syr. p. 77. (ed. Koehleri) non ignobilem fuiſſe patitur. Plurima de urbis fatis conquiſivit Burſcherus, Theologus Lipſienſis, in disputatt. academicis ann. 1764. et 1768. editis. *Gazetica vina* laudant Corippus 3, 88. vetus Orbis deſcriptio 17, 7. Sidonius Apollinar. carm. 17, 15. ubi plura de iis adtulit Sirmondus. Incolae olim dicti Γαζαῖοι, (ut ſaepe a Ioſepho) Γαζῖται, Γαζηνοὶ teſte Stephano; alias Latinorum formas dabit nota Sirmondi ad c. l. Si quis plura de hac urbe conlecta cupiat praeter Relandum de Palaeſtina p. m. 583 ſqq. Bochartum paſſim in Geogr. ſacra, Bachienum Tom. 2. P. 3. p. 2 ſqq. aliosque Geographicos auctores, ſatisfacere etiam poterit Mignot in Memoires — de Paris Tom. 34. p. 341 ſqq. De hodierna urbe *Gaza* ex itineribus multa depromſit Bachiene p. 19 ſq. Arabes h. *Razze* vocant. [Volney T. 2. p. 252. ubi et de ruinis.]

aerarium) Vid. antea. Addi poſſunt Briſſonius de regio Perſarum principatu p. m. 120. et notae doctorum virorum ad Heſych. T. 1. p. 789. Transiit hic eius vocis uſus etiam ad Graecos et Latinos, de pecunia, divitiis. Cf. Polyb. 11, 34, 13. Virgil. Aen. 5, 40. — Inde noſtrum *magazin* ducit Bochart. in Phaleg. 2, 27.

opes) Sunt ſubſidia omnium rerum ad bellum gerendum neceſſariarum. Plautus Amphitr. 5, 1, 1. *ſpes atque opes vitae meae.* Rud. 4, 4, 101. *Huc opesque ſpesque voſtrum cognoſcendum condidi.* Sic *inopes* dicuntur *alienas opes*, hoc eſt, ſubſidia et auxilia exſpectare apud Salluſt. Catil. cap. 58. et Iugurth. cap. 24. *Annona tuis opibus tuaque cura usque illuc redundavit*, Plinius Panegyr. cap. 31. hoc eſt, tuo auxilio et opera. Ipſe Mela 3, 4, 2. de Sarmatis: *Res opesque ſecum trahunt*, hoc eſt, ſubſidia vitae. PERIZONIVS.

Afcalo) Gr. Ἀσκάλων, vel Ἀσκαλών. Hebr. אַשְׁקְלוֹן. De terminatione Latina dictum eft in notis criticis. Pofteriores vocant *Afcalonam*, ut Ambrofius epift. 40. Wilhelm. Tyrius hiftor. Hierofol. 11, 3. — Quod notat Stephanus, eadem dicta etiam eft Ἀσκαλώνιον et ab Eudoxo Αἰσκαλών. Nomen, tefte Stephano, veteres ab Afcalo, Lydorum duce repetierunt, de quo merito dubitat Bochart. in Phaleg 2, 12. Vetuftiffimam fuiffe urbem ex 5 primis Philiftinorum urbibus, docent Iofua 13, 3. Iofephus antiqu. Iud. 6, 1, 1. qui et fic vocat de B. Iud. 3, 2. in. In Syria iuxta Iudaeam ponit Stephanus, in Syria Palaeftina Ptolem. 5, 16. in Phoenice Strabo 16. p. 522. f. 750. in Iudaea f. Palaeftina Plin. 5, 14. f. 13. magis aperte in Iudaea 12, 51. f. 24. 19, 32. f. 6. ut Geogr. Ravenn. 2, 14. Nec conftantior eft Iofephus ipfe, qui fenfu latiori ponit in Syria (in antiqu. Iud. 12, 4, 5.) et in Palaeftina. (ib. 13, 5, 10.) Ex quo inluftrantur ea, quae antea de illa auctorum fluctuatione notata funt. Diftabat ab Hierofolymis 520 ftadiis auctore Iofepho de B. Iud. 3, 2. in. a quo tamen aliquantum discrepat tab. Peutinger. 9. E. quae dimidium numerat. Sitam autem oftendunt auctores inter Iamniam et Gazam. (Iofeph. de B. Iud. 4, 11. f. Antonini itiner. p. 151. Geogr. Ravenn. 2, 14. et 5, 7. —) Infra Gazam tamen meridiem verfus ponit Ptolemaeus 5, 16. in quo nominum feriem traiectam effe hac de caufa exiftimat Cellarius in Geogr. ant. 3, 13, 217. quam tamen ad veram rationem libros revocare notat Relandus p. m. 438. Urbis fata varia commemorantur a Iofepho paffim et in Scr. facris, ex quibus fummam confecit Bachiene T. 2. P. 3. p. 25 fqq. Homines doctos, quos illa tulit, recenfet Stephanus, in iis Apollonium, Artemidorum, hiftoricos, Ptolemaeum, Ariftarchi difcipulum et Dorotheum, Grammaticos, aliosque. Eandem patriam fuiffe Antiochi philofophi, quo praeceptore ufi erant Varro et Cicero, refert Strabo 16. p. 522. f. 759. Fabulae natalem locum Semi-

ramidis (Diodor. 2, 4.) celebrant, quam peperit Derceto, religiose a Syris culta. (Diodor. 2, 4. Lucian. de Dea Syra cap. 14. et quae adfert Relandus p. m. 439 sqq.) Hinc in numis urbi turrita mulier adponi solet, de quo cf. Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 3. p. 445. Ipsam urbem πόλισμα μικρὸν, secus ac Mela, vocat Strabo c. l. oppidum liberum Plin. 5, 14. s. 13. Quae ad eius formam civilem pertinent, ex numis composuit Eckhel. c. l. Vinum Ascalonium laudat Alex. Trallian. 8, 3. magis praedicantur cepae, quae hinc Ἀσκαλωναῖα κρόμμυα dici solent. Cf. Strabo 16. p. 522. s. 759. Theophrast. hist. pl. 7, 4. Stephan. h. v. Plinius 19, 32. s. 6. et quos adlegat Relandus p. m. 449. Hinc vero nomen Germanicum *Schalotte*. Gentilia inde descendunt Ἀσκαλωνίτης, Ἀσκαλώνιος, Ἀσκαλωναῖος. Disseruit de ea, praeter superiores, etiam Mignot in Memoires de litterature — de Paris Tom. 34. p. 337 sqq. Ab Abulfeda vocatur *Ascalan*, quod et hodie nomen tenet pagus prope antiquam urbem.

Iope) Gr. Ἰόπη, cui Stephanus addit Ἰοπία et Ἰόπεια; Hebr. יָפוֹ, quod sic vertunt 2 Paralipom. 2, 16. et alibi Alexandrini. Ἰάφα etiam dixit Anna Comnena Alexiados lib. 11. pag. 328. De scriptura suo loco dictum. Nomen a Iope, Aeoli filia, Cephei, ipsius conditoris, uxore ducit Stephanus et ex eo Eustath. ad Dionys. v. 910. Alii, ut Leunclavius in pandectis hist. Turc. num. 209. cum Rabbinis a Iapheto, Noachi filio, quod tamen idoneo teste niti negat Bochart. in Phaleg 4, 34. Tribuunt, quod antea in aliis notavi, modo Phoenicae, modo Palaestinae. Phoenicae Strabo 16. p. 522. s. 759. Stephanus h. v. Plinius 5, 14. s. 13. (Iudaeae tamen 9, 4. s. 5.) Avien. v. 1067. adeoque ab hac urbe Phoenicen olim dictam fuisse Iopen tradit Conon narrat. 40. Palaestinae Syriae Ptolemaeus 5, 16. male Tzetzes in Lycophr. v. 836. Aethiopiae, cuius erro-

ris caufa inde orta eft, quod multi Cephea Aethiopum regem faciunt, ut Hygin. in poet. aftron. 2, 9. Apollodor. 2, 4, 3. (qui et Andromedae hiftoriam in Aethiopia ponit cum Ovidio Metam. 4, 668.) Eratofthenes in Catafter. cap. 15. ex Euripide. Cf. Salmaf. in Solin. p. m. 402. Quod quidam fic componunt, ut Aethiopiam in Afia etiam quaerant. Cf. Banier Götterlehre T. 4. p. 356. et quae infra notabuntur ad Melam 3, 9. in. Παράλιον oppidum dicit Iofephus de B. Iud. 1, 20, 3. eiusque αἰγιαλὸν commemorat ib. 1, 4, 7. ἐπιθαλασσίδιον Conon c. l. Situm urbis et litus defcribit etiam Hegefippus 3, 20. Portus mentio in Strabone c. l. Iofepho ant. Iud. 11, 4, 1. occurrit, et in S. S. etiam frequentatur. (1. Reg. 5, 9, 2. Chron. 2, 16. Efr. 2, 7. Ion. cap. 1. et 2.) Hodie arenis obrutus et vix navigiis patens. (Thevenot Reife T. 1. p. 285. Pococke T. 2. p. m. 5.) Quod a Simone ex Maccabaeor. 1, 14, 5. exftructum eum dicit Brunfius in Handbuch der alten Erdbefchr. T. 2. p. LVII. nec ille locus indicat, nec fuperiora patiuntur. Strabo c. l. ita porro eius fitum defcribit ex aliorum quidem narrationibus, ut inde Hierofolyma profpectare licuerit; contra in locis planis et campeftribus ftetiffe ex lib. 1. Maccab. 10, 73. probat Relandus in Palaeftina lib. 3. p. m. 641. qui locus tamen de area ante urbem intelligi poteft. Nam diferte Plin. 5, 14. f. 13. *infidet*, inquit, *collem;* arcem eius commemorat Iofeph. de B. Iud. 3, 9, 4. et montem Thevenot c. l. At propter interiectos montes altiores id rectius in dubitationem vocat Pococke c. l. Prope Iamniam auctore Philone ponit Stephanus, quocum confentiunt et alii, inter Iamniam et Apolloniam Plin. 5, 14. f. 13. Ptolem. 5, 16. Geogr. Ravenn. 5, 7. tab. Peutinger. 9. E. Belli calamitatibus graviter vexatam fuiffe, docent libri Maccabaeorum (1, 10, 74 fqq. 14, 5.) a Romanis poft devaftatam Iofephus de B. Iud. 2, 22. 3, 15. Quae ad fequentis temporis hiftoriam pertinent,

diligenter expofuit Bachiene von Palaeftina T. 2. P. 3. p. 153 fqq. Incola dicitur Ἰοπίτης, uti pro Ἰοπήτης repofuit Berkelius in Stephano, qui et ipfe id comprobat f. v. Αἰθάλη; certe Ἰοπήτης Goltzii dubium eft. Ab Ἰοπία et Ἰόπεια Stephanus adfert Ἰοπείτης et Ἰοπεὺς, quibus ex Iofepho ant. Iud. 13, 4, 4. addi poteft Ἰοππηνός. *Ioppicam toparchiam* commemorat Plinius 5, 15. f. 14. H. quod notum, vocatur *Iaffa*; ab Italis *Iaffo* f. *Zaffo*. Confuli praeter fuperiores Geographos de hac urbe poteft Mignot in Memoires de litterature — de Paris Tom. 34. p. 334 fqq. Hodiernam defcripfit etiam Mariti in Reife durch Syrien T. 1. cap. 5. p. 65. f.

diluvium) Dubium eft, quod intelligat, cum multa fuerint. At, quoniam aetatem indicat, verifimile eft, vetuftiffimum ab eo intelligi. Lege Auguftin. de Civit. Dei 18, 8. VADIANVS. Tum vero fit *Ogygium*. Plinius 5, 14. f. 13. fic Melam reddit: *Ioppe Phoenicum, antiquior terrarum inundatione, ut ferunt.*

ut ferunt) Ita folet de fabulofis, incertis narrationibus. Cf. ad 1, 19, 7.

Cephei) Beli filium faciunt alii, alii Phoenicis, unde etiam duplex in hac hiftoria locus commemoratur, ipfa etiam urbs *Iope* in disfitis regionibus ponitur, de quo antea dixi. Prolixe de eo disputavit Salmafius in Solin. p. m. 402. et 867. De patris diverfo nomine conferri etiam poffunt viri docti ad Hygini poet. aftron. 2, 9. Plures tamen Cepheos fuiffe monet Euftathius ad Dionyf. v. 910. et in primis Burmannus in catalogo argonautarum, qui praefixus eft editioni Valerii Flacci h. v. Duos commemorat Schol. Apollonii ad 1, 162. quorum unus Alei filius fuit, ab Apollonio intellectus. Ex quibus adparet, paffim eos, ut fit, inter fe fuiffe

confusos. TZSCHVCKE. Non quod auctor innuere velit, hunc quoque regem ante diluvium vixisse, quem ipsae fabulae Graecae manifeste adtribuunt temporibus Persei, unde patet eius chronologia, sed quod etiam post diluvium aliqua ibi contigerint, quae istius urbis memoriam faciunt nobilem. I. GRONOVIVS *MS.*

signo) I. e. argumento. Sic Graeci σημεῖον pro τεκμήριον, μαρτύριον ponunt. Cf. Gottleberus, quem pietatis etiam caussa nomino, in indice Graecitatis in Platonis Menexenum s. v. σημεῖον. Tum vero argumentum hoc sensu dici posse puto, cum in sensus incidit notis, formis, gestibus, externo habitu, moribus — Sic Nepos 25, 17, 2. *hoc est signum, nullam inter eos querimoniam intercessisse* — et sic alibi, ut vel Lexica docent.

titulum) H. e. inscriptionem; ut adeo videantur *arae*, quae hic memorantur, fuisse illis, tamquam Diis, aut heroibus inscriptae. PERIZONIVS. Est elogium, nomen aris inscriptum, addita etiam forte, ut solet, rei insignioris gestae notatione. Vid. Suetonii Iul. Caes. cap. 37. f. Galba cap. 2. Caligula c. 32. et ibi Pitiscus, item Polletus in historia fori Romani extr. Hinc saepissime de inscriptionibus sepulcralibus dicitur, de quo vid. Kirchmann. de funeribus 3, 19, 2. Vorstius ad Valer. Max. 6, 8, 6. et quos producit Bunemann. ad Lactant. 1, 15, 30. Sic infra in Nostro 3, 1, 8. *turris Augusti titulo memorabilis.* Nota est vocis vis ex historia mortis Christi. Ceterum de aris illis nulla apud alios invenitur mentio.

fratrisque) Consentiunt Ovidius Metamorph. 5, 13 sqq. Apollodor. 2, 4, 3. Tzetzes ad Lycophron. v. 838. aliique plures. Faciunt autem haec ad Andromedam, quippe cuius pater fuit Cepheus, sponsus Phineus, ut tradunt auctores antea commemorati.

Cf. etiam Conon cap. 40. qui Phoenicem alterum procum addit; Hyginus tamen fab. 64. fponfum facit Agenorem. Et fic alii alia de Phinei cognatione et parentibus tradunt, plures etiam Phineos producunt; de quibus cf. Salmafius ad Solin. p. m. 402. Heyne ad Apollodor. 1, 9, 21. et quos commemorat Staverenus ad Hygin. p. 62.

celebratae) Recte. Multi enim olim dedita opera hanc fabulam excoluerunt, eodemque argumento tragoedias compofuerunt poetae, ut Sophocles, Euripides, Livius Andronicus, Ennius, Accius, de quibus in utraque bibliotheca fuis locis dixit Fabricius. Plures adtigerunt, in quibus Strabo 16. p. 502. f. 759. Ovidius Metam. 4, 662 fqq. Lucianus in dialog. mar. 14. Apollodor. 2, 4, 3. Plin. 9, 4. f. 5. Iofephus de B. Iud. 2, 17. Paufan. 4, 35, 6. Solin. c. 37. f. 37. Hyginus fab. 64. et in poet. aftron. 2, 9. Lactantius Placidus in narrat. fab. 4, 19. aliique. Accedunt auctoribus numi, gemmae, aliaque monumenta. De rei explicatione multi multa ex recentioribus adtulerunt, uti Salmafius c. l. Voffius de theologia gentil. 1, 23. et 30. Banier in Götterlehre Tom. 4. p. 354 fqq. Bachiene Tom. 2. P. 3. p. 146 fqq. Quidam de pirata explicant, (cf. Conon narrat. 40. et Muncker. ad Fulgentii mythol. 1, 25.) plures (in iis Relandus de Palaeftina lib. 3. p. m. 640.) ex hiftoria Ionae ad fabulam informata deducunt. Ipfa narratio fummatim haec: Andromeda ob matris Caffiepiae fuperbiam formaeque fiduciam, qua fe Nereidibus praetulerat, faxo adligata ac marinae belluae obiecta a Perfeo fervata et in matrimonium ducta eft.

veftigium) In offibus belluae ponit Nofter, a quo alii recte discrepant. Nam, auctore Plinio 9, 4. f. 5. offa illa Romam devecta et a M. Scauro in aedilitate oftenfa fuerunt. Confentit ita Solinus c. 37. f. 34. ut

rem annalibus notam dicat. Intelligitur autem fine dubio M. Aemilius Scaurus, qui Conful fuit a. u. 638. et a Cicerone faepe commemoratur. Recte igitur Voffius monet, Melam fecutum effe auctores Graecos, qui id fcripferant, antequam illa offa Romam effent translata; et fic ferva fide parumque curiofe egit. Neque enim quis contenderit poft Scauri aedilitatem Iopen revecta fuiffe, ut monet Salmafius in Solin. p. m. 405. Hinc verius alii alia veftigia commemorant, *Andromedae vincula*, ut Plinius 5, 14. f. 13. Iofephus de B. Iud. 3, 9, 3. Solin. c. l. Saxa tantum fuo tempore monftrari potuiffe, quibus adligata fuerit puella, adfirmat Hieronymus ad Ionae cap. 1. Addit aliud Paufanias 4, 35, 6. fontem rutilae aquae, cuius caufam accolae ex deterfo belluae occifae cruore repetant. Penzelius ad Strabon. Vol. 4. p. 2303. ex Eufebio f. v. Bezatha ad ftagna rubra transfert prope Hierofolyma, in quibus victimas purgare folebant. De ipfo loco antea dictum eft. Plinius tamen 5, 34. f. 31. ante Iopen ad infulam *Pariam* ponit, quam quidem Voffius nullam putat, Schwartzius ad Cellarium in Geogr. ant. T. 1. p. 443. ex ufu Graecae vocis νῆσος de faxo eminente explicat, et certe Iofephus c. l. fabulae veftigia in rupibus et faxis eminentibus inveniri fcribit. Fruftra igitur Harduinus ad Plinium c. l. huc advocat *Parianos* apud Iofeph. in antiqu. Iud. 14, 10, 8. quippe qui ex nexu ad incolas Pari infulae referri debent, etfi Apollonium notat Stephanus f. v. Πάρος, quod *Parianos* pro *Parios* dixerit. Praeiacens faxum etiam alibi (5, 14. f. 13.) in hac fabula commemorat Plinius.

belluae) Sic et alii quidam omnino vocant, ut Ovidius Metam. 4, 688. Plin. 5, 34. f. 31. 9, 5. f. 4. Solin. cap. 37. f. 34. Lactantius Placidus c. l. vel pro eo *feram* (Ovidius Metam. 4, 707.) *monftrum pelagi.* (Germanicus in Arateis v. 345.) Alii *cetum* fuiffe tra-

dunt, in quibus Hyginus fab. 64. et in poet. Aſtron. 2, 9. Apollodor. 2, 3, 4. Eratoſth. in Cataſter. cap. 16. et 17. et plures. Quidam, poetae maxime, *piſtricem* fuiſſe volunt, ut Cicero in Arateis v. 413. (etſi Aratus ipſe κῆτος habet) Germanicus v. 354. Cf. Harduinus ad Plin. 9, 4. ſ. 5. et Buhle ad Germanic. c. l. Ipſe Plinius 9, 4. ſ. 3. cum balaena maximum animal in Indico mari eſſe adfirmat, etſi hic, ut in anguillis, modum excedit, iudice Blochio in Natur-Geſch. der ausländiſchen Fiſche P. 1. p. 41. Sed eadem varietas notatur in ſimili Heſiones fato, quam ceto expoſitam fuiſſe tradit Hyginus fab. 31. et 89. pro quo piſtrin habet Valer. Flacc. 2, 531. Nempe *piſtrix*, *piſtris* et *priſtis* eadem habentur, ut docet Gronov. obſerv. 1, 18. etſi ſaepe in libris commutantur, ut in Virgil. Aen. 3, 427. Cf. etiam Iunii animadv. 2, 13. de hac voce. De varia eius fabulae explicatione ſupra.

oſſa) Longitudine pedum 40, altitudine coſtarum Indicos elephantos excedente, ſpinae craſſitudine ſeſquipedali; ita Plinius 9, 5. ſ. 4. et ex eo cum varietate aliqua Solinus cap. 37. ſ. 34.

CAP. XII.

P H O E N I C E.

§. 1. *Phoenicen)* Gr. Φοινίκη. An *Phoenicia* etiam a Latinis dictum fuerit, de eo cf. notae crit. p. 397. Incolae Phoenices. Stephanus h. v. adfert etiam gentile Φοινίκιος, et ſic apud Latinos occurrit *Phoeniceus* et *Phoenicius*, quod tamen ſaepiſſime ad purpureum colorem referunt, in poetis metri cauſa *Phoeniceus*, uti contendit Heinſius ad Ovid. Amor. 3, 7, 29. Metam. 12, 104. Reperitur etiam paſſim *Phoeniſſus*, et in multis numis Φοινεικαιων, Φοινεικεων et Φοινικαειεων,

(vid. Rasche Lex. num. T. 3. P. 2. p. 1245.) quae tamen rectius ad Phoenicen Epiri pertinere existimat Eckhelius in doctrina num. P. 1. Vol. 3. p. 353. Φοινοὺς etiam a Graecis Phoenices dictos fuisse, atque inde Poenos, origine Phoenices, ductos censet Salmas. in Solin. p. m. 936. Cf. etiam Relandus in Palaestina 1, 50. p. m. 242 sq. Hebraeorum Cananaeos passim ita intelligi, docuit Relandus in Palaestina 1, 1. et 9. Phoenices nomen derivat a Phoenice, Agenoris filio, (alii tamen aliter) Stephanus h. v. et antea 'Ραββῶθις et Κολπίτης dictam refert, pro quibus Bochartus in Chanaan 2, 12. f. vult 'Ραββῶτις et Κολπῖτις sc. γῆ, quorum utrumque sinus et hinc sinuosam terram significet, quare etiam melius ad Phoenicen Libycam referatur. Ipse nomen ducit ab Hebr. בני ענק (bene Anak) ib. 1, 1. Sed, quod sit, multae sunt multorum opiniones, quas non moror. Cf. Vaillant in num. colon. Vol. 1. p. 106. Vol. 2. p. 72. Relandus in Palaestina 1, 9. Allgem. Welt-Gesch. Tom. 2. p. 204. ei. epitome T. 1. p. 412. et ibi Heyne et p. 420. de origine et priscis Phoenicum sedibus. Terminos eius varie descripserunt veteres, ita ut modo ampliores facerent, modo angustiores, quod ex situ multarum urbium notato intelligitur, et ex superioris capitis descriptione. Cf. etiam Relandus 1, 8. et 9. Porro Syriae pars dicitur, uti a Strabone 16. p. 515. f. 749. et Nostro, Syriae etiam obponitur, ut apud Strabonem 2. p. 86. f. 125. Cf. Ioseph. in antiqu. Iud. 7, 4, 1. Iudaeis plerumque Chanaan fuisse, supra dixi. Sic, quod Moses in Abrahami historia vocat Chanaan, ab Eupolemo apud Eusebium in praepar. Ev. 9, 17. dicitur Phoenice, cuius etiam exempla subministrant Iudaei Alexandrini. Sic Συροφοίνισσα et Καναναία γυνὴ tamquam synonyma ponuntur a Marco 7, 26. et Matth. 15, 22. Et sic *Syrophoenix*, spectata Syriae divisione, apud Iuvenalem 8, 159. ut superiori capite *Syrus Palaestinus* adfuit. Vestigia eius haesisse putant in Stephani Χνᾶ, (h. v.) s. Χνᾶ, quo nomine Phoenicen ad-

pellatam fuiſſe addit, etſi Salmaſius ad c. l. propter ſubiecta ad Phoenices urbem inflectere malit, et quia nemo id veterum tradiderit. At vid. Bochart. in Phaleg 4, 34. et in Chanaan. 2, 2. Holſten. ad Stephan. pag. 358. et Reland. in Palaeſtina 1, 1. f. Pro Phoenice autem ſaepe Syria per ſynecdochen ponitur. Sic per continuam ſeriem in act. Apoſtolor. 21, 2, 3. adeoque ἡ ἐν Παλαιστίνῃ Συρία dicitur apud Euſeb. in praepar. Evang. 8, 12. et οἱ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ Σύροι apud Ioſeph. in antiqu. Iud. 8, 10, 3. Palaeſtinam etiam ita dici notat Stephanus ſ. v. Ἰόπη. A Syria et Aegypto contra ſeparat Strabo 2. p. 86. ſ. 125. Fines eius urbesque deſcribit Plinius 5, 17. ſ. 19. quocum fere conſentit Ptolemaeus 5, 15. Tum vero, ut potiora adferam, reliqua Geographis relicturus, ad occaſum erat mare internum, ad meridiem Aradus inſula et Eleutherus fluvius, alia includebat Libanus. Noſter, ut ſolet, aliquas tantum urbes eximit oram ex more legens, quam et paene tota occupat. Quod enim etiam Herodotus 7, 89. tradit, Phoenices a rubro mari egreſſi Syriae maritima tenuerant, de qua migratione cf. Heyne ad Guthrie allgem. Weltgeſch. T. 1. p. 420. et Geſnerus in proluſione 1. de navigationibus extra columnas Herculis 5, 2. ad calcem Orphei p. 424. Quod praeiacet mare, Phoenicium adpellatur. (Plin. 5, 13. ſ. 12.) Ceterum quae ad Phoenicum hiſtoriam latiſſime diffuſam pertinent, diligenter conlegit et pluribus commentationibus expoſuit Mignot in Memoires de l'academie des inſcrr. — de Paris Tom. 34. p. 56 — 174. p. 193 — 375.

genus) I. e. gens. Sic Plin. 5, 13. ſ. 12. *ipſa gens Phoenicum in magna gloria literarum inventionis, et ſiderum, navaliumque ac bellicarum artium.* Plura de hoc vocis uſu ad 1, 16, 1. Sollertia autem, quae ſpectatur acri et acuto ingenio ad res verſandas, maxime Sidoniis tribuitur, quos antiquiſſimis temporibus καλλιτέχνους fuiſſe ex Homero probat etiam Strabo 1. p. 28.

f. 42. Ita Il. 23, 743. vocantur πολυδαίδαλοι. Hinc Il. 6, 289. ἔργα Sidoniarum feminarum laudantur πέπλοι παμποίκιλοι; Il. 23, 741. Odyff. 15, 115. crater Sidonius fcite elaboratus. Aftronomiae et arithmeticae olim peritos fuiffe contendit Strabo 16. p. 521. f. 757. Sed et omnino Phoenices ab Homero Odyff. 15, 418. πολυπαίπαλοι vocantur.

munia) Eodem modo Livius 1, 42. f. *belli pacisque munia* dixit; *Militiae munia* Nazarius in panegyr. cap. 19. Alia in Lexicis proftant. Pro eo *munera belli* legitur in Ovidio Metam. 13, 296. ubi tamen quidam codices habent *munia*, ut in Cicerone pro Sextio cap. 66. de qua commutatione vid. Heinfius ad Ovid. c. l. Drakenb. ad Liv. 36, 31, 12. qui et ipfe multa exempla adfert aliosque hoc nomine memorat, quibus addi poteft Garaton. ad Cicer. c. l. qui aptius *munia* dici putat in rebus, quae magnum laborem habent. Alias *opera* in primis de bello dicuntur, neque tamen minus de pace, cuius exempla dabit Duker. ad Flori praef. §. 1. Infra 1, 17, 1. Nofter: *belli pacisque artes.*

literas) De primis literarum inventoribus gravis omnino disceptatio eft inter viros doctos. Fabulofa funt, quae tradidiffe fertur Berofus, beftiam Oannem literas docuiffe, de quo vid. Fabricius in bibl. Gr. Tom. 14. pag. 175 — 211. (ed. pr.) Fabulofa item, quae de Mufis, Parcis — narrantur apud Diodor. 5, 74. Hygin. fab. 277. — Alii tribuunt Affyriis, Aegyptiis, Syris, Phoenicibus. Vid. Plin. 7, 57. f. 56. et quos de eo excitarunt Shuckford hift. du monde T. 1. p. 228. T. 2. p. 216. 288. et in primis de Vaines in dictionaire de diplomatique Tom. 1. p. 414. qui vindicat Phoenicibus latiori quidem fenfu, ut etiam ad Palaeftinos Iudaeos omninoque Hebraeos pertineat. In Phoenicibus fubfiftunt plerique, ab iisque Graecos traditas accepiffe veterum

opinio est fere omnium consentiens, quibus et Iosephus suffragatur contra Apion. 1, 2. Qui auctorum loca magno numero conlecta desiderat, adire potest Muncker. et Staveren. ad Hygini fab. 277. aliosque a Fischero ad Welleri Gramm. Gr. P. 1. p. 8. laudatos. Hinc vero Plutarchus Sympos. 9, 3. dicit τὰ πρῶτα (γράμματα) καὶ Φοινίκεια διὰ τὸν Κάδμον ὀνομασθέντα, Diodor. 5, 74. Φοινίκια, Timo apud Sext. Empir. adv. mathemat. 1, 2. p. 227. Φοινικικὰ σήματα Κάδμου. Similia dabunt Wesseling. ad Diodor. 3, 66. et Fischerus c. l. Πελασγικὰ γράμματα eadem adpellata esse notat Dio 3, 66. quod a Pelasgis ea Cadmus acceperit. Sed de his omnibus satis disseruerunt viri docti, quos indicavi. Vossius tamen, praeeunte Ciacconio, *literas* explicat numeros, de quo deinceps.

literarum operas) Varie haec verba intelligunt interpretes. Schottus de siderum numerorumque disciplina; Soonus de libris; Ciacconius de summis, quia Arithmetica et Astronomica Phoenices invenisse dicat Strabo; [lib. 16. p. 521. s. 757.] Graevius MS. de libris aliisque instrumentis ad scribendum et legendum; I. Gronovius MS. de scriptura et studiis, simul etiam de numeris et ratione computandi; Burmannus MS. de instrumentis, quibus ad scribendum utimur, veluti chartis, membranis etc. Muellerus passim laudatus in prolusione scholastica ad h. l. explicat munia, quaecunque literae praestant, maxime ad numerandi usum adhibitae, et de raritate et novitate literarum inter rudes olim artium Romanos adfert duo ex Livio loca 1, 7. et 7, 3. Prolixissime omnium de loci sensu exposuerunt Vossius et Perizonius, quorum notas in summam contractas repetere unice licet. TZSCHUCKE. Literas Mela hic vocat Arithmeticam et scientiam mathematicam, quae numerorum beneficio indiget. Sic quoque Cicero de divinatione lib. 2. [c. 3.] *Eadem in literis ratio est reliquisque rebus, quarum est disciplina.* Manifeste hic literae ponuntur pro numeris. Sic etiam hoc voca-

bulum accipiendum apud Terentium Eunucho [3, 2, 24.] *Fac periculum in literis, fac in palaeſtra, fac in muſicis.* Sed et Capitolinus de Pertinace: [cap. 1.] *Puer literis elementariis et calculo imbutus;* ubi male interpretantur viri docti de Grammaticiſta. Nam quid opus fuiſſet monere, Pertinacem didiciſſe legere. Intellige elementa matheſeos, quae στοιχεῖα vocant Graeci. Et ſic alibi literae pro numeris ſaepe. Notum enim apud omnes gentes, antequam cifrae, quas vocamus, eſſent repertae, literas pro numeris in uſu fuiſſe. — Recte autem id illorum commentum eſſe dicit: Phoenicum enim inventum eſſe Arithmeticam et Aſtronomiam teſtantur cum innumeri alii, tum praecipue Strabo, et hanc quidem ex Logiſtica, alteram vero ἐκ τῆς νυκτοπλοίας initium ſuum habuiſſe ait. Vide illum lib. 16. [c. 1.] VOSSIVS. Contra recte monet Perizonius, vocem *literas* ita abſolute poſitam durius et inuſitate de numeris intelligi; nec directe dici poſſe, eum, qui numeros primus invenerit, *literas* inveniſſe. Literae, ita fere Perizonius pergit, proprie ſunt notae certi ſoni, quo ex multis compoſito pronuntiatio ſit vocabulorum; atque adeo *literarum opera* et noſtros animi ſenſus aliis, etiam abſentibus, declaramus, et viciſſim alienos cognoſcimus atque intelligimus. Hinc paſſim *litera* notat earum notarum figuras ac vim ſonos diſtinguentem. Secundus autem earum uſus fuit, ut, quia illae literarum notae certo et conſtanti ordine in alphabeto ſcribebantur, adhibitae idcirco fuerint ad numeros quoque denotandos. Quae Voſſius citat ex Cicerone et Terentio liberales diſciplinas notant, in Capitolino literarum formas, et ſyllabarum ac vocabulorum lectionem, qualia utique monent illi ſcriptores; numerare autem *calculo* ſeparatim indicatur. Ferri poſſet Voſſius, ſi per literarum operas etiam Arithmeticam cum Ciacconio voluiſſet deſignatam, ſed praeter et poſt ſcriptionem ipſam et lectionem literarum. Accedit his omnibus, quod Graeci plerique et Romani Phoenicas re vera faciunt primos inven-

tores literarum, et tum ſemper intelligunt literas ad legendi et ſcribendi uſum adhibitas. PERIZONIVS. Reliqua pars eademque maior ad disputationem a Voſſio de cifrarum origine inſtitutam pertinet, hinc alienam. Cum *literae* proprie dicantur, *literarum operae*, ex uſu linguae debent eſſe ea, quibus literae inſerviunt, et hinc idem eſt, quod earum uſus, in quacunque re v. c. epiſtolis, libris ſcribendis ille cernatur. Declaravit hanc vim vocis adpoſito etiam noſtro loco Gronovius ad Livium 3, 63, 3.

artes) Celebrantur arithmetica, aſtronomia (Strabo lib. 16. c. l. Plinius 7, 57. ſ. 56. f. Propert. 2, 27, 3. ſ. 2, 20, 61. et al.) *balliſta, funda.* (Plin. c. l.) Alia de operibus manu factis, aedificiis, fingendis texendisque veſtibus conlegerunt Bochart. in Phaleg 4, 35. Reineſius de L. Punica §. 3 ſq. in Graevii ſyntagm. diſſert. p. 44 ſq. Allgem. Welt-Geſchichte Vol. 2. p. 227 ſq. et quae antea de Sidoniis notavi. Primos eos etiam nummorum inventores fuiſſe ex Alcidamantis teſtimonio (ex rhetorr. Gr. 15. ab Aldo editis p. 180.) probat Michaelis in Comment. de ſiclo ante exſilium Babyl. p. 45. (in Comment. Soc. Reg. Goetting. Tom. 2.)

navibus) Sic Curtius 4, 4, 19. *diu mare, non vicinum modo, ſed quodcunque claſſes eius* (Tyri) *adierunt, ditionis ſuae fecit.* De ipſa re, ſi ſummam ſpectes, idem Plin. 5, 13. ſ. 12. *gens Phoenicum gloria inventionis navalium ac bellicarum artium.* Τὴν Φοινίκων ναυτιλίαν tamquam rem in vulgus notam refert Strabo lib. 1. p. 33. ſ. 48. illorumque ἐμπειρίαν ἐν τοῖς ναυτικοῖς ἔργοις antiquitus ſpectatam Diodor. 11, 18. Certe eos iam Homerus Odyſſ. 15, 414. ναυσικλύτους vocat. Quare etiam eorum in hoc opera uſus eſt Salomo (1. Reg. 9, 27.) et Necus Aegypti rex ad perluſtrandam Africam, (Herodot. 4, 42.) quam et colonis auxerunt. (Diodor. 5, 20. Strabo 1. c. l.) Celebrantur porro antiquiſſimae

illorum navigationes, quas iam ante Homerum tentarunt ultra columnas Herculis, coloniaeque in Hifpaniam aliasque regiones deductae, de quibus cf. Gefner. de navigationibus extra columnas Herculis, in proluf. 1. §. 2. (ad calcem Orphei p. 423 fqq.) et in primis Bochartus in Chanaan, qui hanc alteram Geographiae facrae partem Phoenicum rebus dedit. Phoenicum autem primi Tyrii mare experti dicuntur, in quam rem Tibullus 1, 7, 20. *Prima ratem ventis credere docta Tyros*, ad quem locum cf. Heyne. Valuit huc fiderum cognitio, cui Phoenices maxime ftudebant, ut ex fupra dictis difcitur. De ipfarum autem navium variarum inventoribus breviter expofuit Plinius 7, 57. f. 56. prolixius et data opera Schefferus, acceffit noftra aetate le Roy. Ex iis *cymbam* Phoenices inveniffe fcribit Plinius, Danaumque primum nave in Graeciam ex Aegypto adveniffe, cum antea ratibus navigaretur, inventis in mari Rubro inter infulas a rege Erythra; quod quidem non repugnat propter prifcas Phoenicum fedes ad illud mare, unde terrae motu vexati in hanc oram conceffere, uti tradunt Herodot. 1, 1. 7, 89. Strabo 1. p. 29. f. 42. aliique apud Fullerum in Mifcellan. Sacr. 4, 20. p. 577. De Danai autem navigatione cf. quae disputat Schefferus de militia navali 1, 2. p. 20.

claffe confligere) Cretenfibus Solinus tribuit cap. 17. [f. 11. ubi: *Prima*, Creta, *mari potuit navibus.*] SCHOTTVS. Prima navalis pugna dicitur commiffa a Semiramide ad Indum flumen cum rege Indorum, de qua Diodor. Sic. 2, 18. GRAEVIVS. Haec videtur ab Herodoto haberi in princ. libri 1. propter raptum Europae, quem voluerunt vindicare. I. GRONOVIVS *MS.* Solini locus fpectat Cretenfium in primis fub Minoe *θαλαττοκρατίαν* fatis notam, in qua tamen antea Phoenices valuerunt, quorum latrocinia conlectis navibus compefcuit Minos, ut refert Thucydides 1, 8. Plura de hoc differuit Scheffer. de Militia navali 2, 1. p. 56 fq. De Semira-

mide dubium, ſi cogites a tenuibus exordiis in maius ſenſim augeri, cum eius non ſolum claſſis ampliſſima et inſtructiſſima deſcribatur, ſed et Phoenices adiutores arceſſiti a Diodoro 2, 16. producantur. Ceterum Plinius 5, 13. ſ. 12. ita haec reddit: *inventio navalium bellicarumque artium.*

imperitare) Reſpicit Aſſyriorum imperium omnium antiquiſſimum. GRAEVIVS *MS.* Propter Ninum id ipſis tribuitur, ab cuius regno incipiunt omnes gentilium hiſtoriae. I. GRONOVIVS *MS.* I.

proelium) Plinius 7, 57. ſ. 56. *Proelium Afri contra Aegyptios primi fecere fuſtibus, quos vocant phalangas*, de quibus vid. ibi Harduinus. Idem tradit Hyginus fab. 274. Belum primum gladio pugnaſſe, unde bellum dictum ſit. De armorum inventoribus idem Plinius c. l. narrat, aliique, quos nominant viri docti ad Hyginum. Proelium autem de acie inſtructa iuſtoque ordine intelligendum. Hinc et τῆς διαφορῆς αἴτιοι inter Graecos et Aſiae populos ex Perſarum ſermonibus ab Herodote lib. 1. in. vocantur.

§. 2. *Tyros)* Priſcum nomen צר vel צור, quod Punicis literis in Tyriorum numis notari putant. Cf. Eckhel. doctr. numor. P. 1. Vol. 3. p. 408. Hinc vero Σὸῤ (al. etiam Σὼῤ) incolarum lingua adpellari tradit Theodoretus in Ezechiel. cap. 26. et ſic occurrit in Eugeſippo de diſtantiis locor. terrae S. in. et Chron. Paſchali p. 119. Ven. Orientis etiam populos ſemper nominaſſe *Tſour* ſ. *Sour* contendit Volney Reiſe d. Syrien Tom. 2. p. 157. Ipſum nomen in Phoenicum lingua, ex qua derivat Bochart. in Chan. 2, 17. ſignificat rupem, ad ſitum apte. Graeci dixerunt Τύρος, a Tyro Phoenice, (Stephanus h. v.) vel a Tyro Agenoris coniuge, (Euſtath. ad Dionyſ. v. 911. Chron. Paſch. p. 35. Ven.) ipſo Age-

nore conditore. (Curtius 4, 4, 15. ubi vid. Freinshemius.) Prifcum tamen nomen haefiffe videtur apud Latinos in voce *Sarra*, quae paffim occurrit, veluti apud Gellium 14, 6. Feftum h. v. — et frequentius *Sarranus* apud poetas, Silium in primis, ut *oftrum*, *murex*, *viola* — in Lexicis notata et a Bocharto in Chan. 2, 10. in. Cf. etiam Reinefius de lingua Punica cap. 3. §. 6. 7. Antiquitate cedit Sidoni, quippe quam novit Homerus, non item Tyrum, uti et notat Strabo 16. p. 520. f. 756. et ab illius civibus anno ante Troianam cladem condita fuit, auctore Iuftino 18, 3, 5. fecundum Iofephum in antiqu. Iud. 8, 3, 1. annis 240 ante conditum templum Hierofolymitanum, etfi, quod fit, in his aliqui paullum discrepant, ut ibi monet Havercampus. Sed vid. Weinrich de prima Tyri origine, obferv. 67. in Mifcell. Lipf. Tom. 3. p. 264 fqq. et de Fontenu recherches fur la fondation de la ville de Tyr in hift. de l'acad. des infcrr. — de Paris T. 18. p. 17 fqq. qui eius antiquitatem ultra aliquot faecula ante Nabuchodonoforis regnum removet. Ipfa vero etiam multas urbes fundaverat, quas commemorant paffim auctores, ut Leptim, Uticam, Carthaginem, Gades — Vid. Plin. 5, 17. f. 19. Curt. 4, 19, 20. — Quae autem de eius antiquitate memorantur, ad Palaetyron referri debent, quae Latinis, veluti Curtio 4, 2, 18. Iuftino 11, 10, 11. *vetus Tyros*, paffim etiam, uti fit in Graecis, ἡ Παλαίτυρος vel πάλαι Τύρος dicitur, Diodoro 17, 40. f. ἡ παλαιὰ Τύρος. Atque haec fuit *Sarra*, de qua fupra dixi, et monet Voffius ad Scylacem p. 101. ed. Gron. ubi plures Tyri memorantur, etfi corruptis nominibus. Diftabat haec Palaetyros a Tyro infulari fec. Strabonem c. l. 30 ftadiis. Alexandri tempore everfam iacuiffe, certe parum habitatam fuiffe, adparet ex eo, quod inde magnam faxorum vim ad opera obfidionis infulae conquifivit, auctore Curtio 4, 2, 18. Cf. etiam Diodor. c. l. A quo autem fuerit everfa, an ab ipfis incolis, cum in novam Tyrum migrarent, fponte fuerit relicta, de eo pugnant

viri docti, in primis quod ad obſidionem Nebucadnezaris pertinet, quam de alterutra intelligunt. Cf. Perizon. in origin. Aegypt. c. 24. p. 482 ſqq. Relandus in Palaeſtina lib. 3. ſ. v. Tyrus p. m. 775. Cellarius in Geogr. ant. 3, 12, 96. et in primis Vitringa ad Ieſ. 23. p. 665. qui rem expediiſſe videtur. Antiquiſſimis temporibus Tyrum inſulam habitatam fuiſſe, intelligitur ex mentione templi Herculis omnium vetuſtiſſimi, ὧν μνήμη ἀνθρωπίνη διασώζεται, ut ſcribit Arrianus de exped. Alex. 2, 16. in. Idem ex Ioſephi pluribus locis adparet, maxime in antiqu. Iud. 8, 27. ubi Hiramus, Tyriorum rex, a Salomone petit, ut ſibi frumentum mittat, quo ipſe indigeat διὰ τὸ νῆσον οἰκεῖν. Vid. Reland. in Palaeſtina c. l. Anguſto autem freto a continenti erat diviſa, quod 700 paſſuum dicit Plin. 5, 17. ſ. 19. quatuor ſtadiorum Diodor. 17, 40. et Curtius 4, 2, 7. De mutatione conſecuta poſt. Inclaruit autem cultu Herculis, navigationibus aliisque rebus, in primis *purpura*, quam plurimi celebrant. De murice tamen nuper dubitavit Bruce in praef. p. 56. qui exiſtimat, hoc nomine occuluiſſe notitiam Cocciniliae (Cochenille) vermiculi. Contra, etſi concha illa vel ipſa tingendi ars interciderit, purpuram tamen de Rondelet, quam vocat, ovis rubris frequentem ibi eſſe, teſtatur Shaw voyages Tom. 2. p. 13. unde etiam de piſce illo dubitandum non cenſet. Cf. etiam quae contra Brucium monuit Gmelin ad eius iter T. 2. app. p. 7 ſq. (ed. Rintel.) et alii ibidem p. 92. Idem Bruce loci hodiernam ſpeciem talem eſſe adfirmat, qualem praedixit in vaticiniis Ezech. 36, 5. *Sour* ſ. *Zur* enim nunc vilis pagus, qui vix 10 incolas fert, (Haſſelquiſt Reiſen p. 187.) et piſcatorum caſas (Browne Reiſen p. 516.) in paene inſula, ubi Iſthmus cohaeret cum continente, quem vis arenae ad molem Alexandri coniectae effecit. Portus arenis obductus eſt. Vid. pluribus Shaw p. 12. c. l. Volney Reiſe Tom. 2. p. 157 ſqq. Sauveboeuf Reiſen T. 2. p. 136. Septemtrionalem tamen (nam duos habuiſſe adfirmat

Strabo c. l.) etiam nunc commodum esse refert Pococke T. 2. p. m. 123. De ruderibus, quae plurima adhuc (Thevenot Reisen T. 1. p. 304.) in australi parte insulae cernuntur, idem Volney p. 159. Maundrel Journey from Aleppo p. 49. de la Roque voyage de Syrie p. 238. Pococke c. l. ubi eorum exempla habes aere expressa, aliique laudati in Allgem. Welt-Gesch. Vol. 2. p. 210. De Tyro prolixe disseruit Mignot in Memoires — de Paris Tom. 34. p. 277.

deficit) De sensu verbi, multum iactato, satis abunde dictum est in notis criticis. Equidem, obpositionis lege adiutus, ex vocis usu explicavi: insula esse desiit. Sic ἐκλιπεῖν Graecis.

opera) Ad munitiones omnino referri solent, peculiariter etiam ad obsidiones urbium. Ita Liv. 5, 19, 10. *Operum omnium longe maximum et laboriosissimum* vocat cuniculum; idem 9, 4, 8. fossam et vallum. Hic autem Noster propter adiectum verbum *iacta* moles et aggeres in freto illo indicat, quibus tamquam fundamentis iactis superstrui alia possint. Sic Horatius 3. od. 1, 34. *iactae in altum moles.* Curtius 4, 2, 16. in hac obsidione: *ante iacienda moles erat, quae urbem continenti committeret.* Graeci fere hic utuntur voce χῶμα, ut Strabo lib. 16. p. 520. f. 757. Plutarch. in Alex. cap. 24. Arrian. de exped. Alex. 2. 18, 4. Diodor. 17, 40. f. — Quam vero difficilis labor, quot quantaeque exhauriendae fuerint molestiae, luculenter declarant Arriani, Curtii — narrationes. De ipso isthmo, qui inde Tyrum a continenti seiungit, cf. Maundrel pag. 51. Post effoderunt Franci in expeditionibus cruciatis, de quo vid. Paulus Sammlung der Reisen in den Orient Tom. 1. p. 320. Browne Reisen p. 516. simpliciter isthmum, quo continenti adhaeret, memorat longum 4 circiter miliaria Anglicana; ipsam insulam saxosam et desertam dicit.

vici) Varie hanc vocem intellexerunt interpretes et ad narrationis caufam transtulerunt, ut docent notae criticae. Verum vidit Perizonius, et facta meliori diftinctione vindicavit. Cum enim non folum olim regiones κωμηδὸν habitarentur, tum etiam, ut folet, urbibus, maioribus maxime, vici fuberant, quales in Palaeftina plures commemorat Iofephus de B. Iud. 3, 9, 4. (de Ioppe) 3, 7. in. (de Gadaris) idemque in vita fua cap. 45. f. foli Galilaeae, urbes vicosque 204 tribuit. Cf. Relandus in Palaeftina lib. 3. p. m. 385. Alias rectius Mela interiecta oppida poterat commemorare, quae recenfent Scylax p. 42. Hudf. et Plin. 5, 17. f. 19. Ut vero nunc habet loci forma, cur fua etiam aetate continenti adnexa haeferit, apte declarat.

Sidon) Hebraeis צידון, Gr. Σιδών. In cafibus obliquis modo ω, modo ο reperitur. Nomen traxit a Tzidone, Chanaanis filio, (Genef. 10, 15.) quem Σιδώνιον vocat Iofephus antiqu. Iud. 1, 6, 2. urbisque conditorem auctores. A *fidone*, quod pifcem fignificat apud Phoenices, derivat Iuftinus 18, 3, 4. in quo non repugnant Bochart. in Phaleg 4, 35. in. Relandus in Palaeftina lib. 3. p. m. 746. et Michaelis in Geogr. Hebr. P. 2. pag. 2. tantum quod per *pifcatum*, non pifcem explicant. Hinc vero etiam Michaelis in loco Genef. 10, 15. filius de urbe malit intelligere. Alii, maxime fcriptores Byzantini, ut Malalas in chronogr. lib. 3. p. 23. Ven. a *Sido*, Aegypti filio; Euftath. ad Dionyf. v. 912. a *Side*, Beli filia. De *Cothonis* etymo cogitaverat etiam Michaelis, et plura c. l. de eo adfert. Urbis antiquitas, qua et Tyrum fuperat, ex dictis adparet. Quod duplicem producit Hieronymus in Onomaftico f. v. *Cana*, dubium eft ex aliorum filentio. In Phoenice ponunt omnes, eiusque celebritatem variis epithetis declarant, ut ἀνθεμόεσσαν (Dionyf. v. 913.) ἐπίσημον, (Eufebius in Onomaft. h. v.) רַבָּה, (Iof. 19, 28.) μητέρα Φοινίκων (Achilles Tatius init.) metropolin numi etiam fub Caracalla, Diadumeniano, et Eliagabalo. Cf.

Rafche Lex. num. T. 4. P. 2. p. 590 fqq. Neque illam dignitatem poft Eliagabalum abolitam fuiffe, uti putabat Spanhemius de praeft. num. T. 1. p. 595. docet Gordiani nummus apud Holften. ad Stephan. p. 292. Olim πλούτῳ καὶ ταῖς ἄλλαις χορηγίαις multum fuperabat alias Phoenices urbes, uti refert Diodor. 16, 44. qui Artaxerxis, cognomine Ochi, tempore naves centum amplius habuiffe addit. Habuit olim reges fuos, quamquam etiam aliis paruit. Quod vero propius facit ad Melae aetatem, in literis Iulii Caefaris apud Iofephum in antiqu. Iud. 14, 10, 2. memorantur eius ἄρχοντες, βουλὴ καὶ δῆμος. Eius εὐφυῆ λιμένα, ad quem fita fuit, laudat Strabo 16. p. 520. f. 756. duos novit Achilles Tatius c. l. nifi δίδυμος ipfum portus fuit nomen, quod videtur ex Io. Phoca in Leonis Allatii fymmictis p. 3. (in fcrr. Byz. Tom. 26. Ven.) qui fcribit: ὁ ἐν αὐτῇ λιμὴν ᾀδόμενος Δίδυμος; nempe quia λιμὴν et προκόλπιον adpulfo adpareat. De cultu Aftartes Deae, quam alii Europam, alii Venerem putant, vid. quae conlegit Seldenus de Diis Syris 2, 2. Hinc in numis confpicitur Θεα Σιδων, ut multis exemplis docet Rafche p. 934 fqq. c. l. Eadem propter navigationis famam ναυαρχις in numis vocatur, adpofita nave. Alias artes, quibus olim inclaruit, fupra ad vocem *follers* indicavi, et Strabo c. l. commemorat in primis arithmeticam, aftronomiam et fuo tempore philofophiam clarosque philofophos Boethum et Diodotum. Porro *artificem vitri* dicit Plin. 5, 17. f. 19. Fabrorum Sidoniorum peritiam maxime laudat Salomo 1 Reg. 5, 6. et Homerus Sidonios omnino praedicat πολυδαιδάλους. Vid. Il. 23, 743. et ibi Euftath. p. m. 1451, 17. cum Bocharto in Phaleg 4, 35. De urbe praeter alios Geographorum libros vid. Relandus in Palaeftina, Bochartus in Geogr. facra et Mignot fur les Pheniciens in Memoires de litterature — de Paris Tom. 34. p. 263 fqq. Incolae dicuntur Σιδώνιοι et Σιδόνιοι, ut diferte monet Stephanus, docentque poetarum loca a Cellario etiam in Geogr. ant. 3, 12, 92.

proposita. In numis tamen plerumque ω dominatur. Σιδὼν gentile novit etiam Stephanus, unde Σιδόνος apud Homerum Il. 23, 743. ad quem cf. Eustath. p. m. 1451, 16. Hodie in eius loco stat *Saida, Seid, Saide*, exiguus pagus; portus arenis obductus, quamquam navigatio et mercatura adhuc exercetur. (Volney Reise T. 2. p. 155 sq. Pococke Tom. 1. p. 127. Bruce Reise Vol. 1. pag. 71.) Rudera commemorant plures, ut Maundrel Journey — p. 45. Lucas voyage dans la Grèce Tom. 1. p. 372. — veteres aquae ductus Hasselquist Reise p. 188. Quod Bruce adfirmat, ne umbram quidem priscae urbis cerni, Volney c. l. exiguum pagum novit, coarguunt alii diversae aetatis viri, qui urbem satis etiam amplam vocant, ut Thevenot Reisen Tom. 1. p. 304 Pococke c. l. Browne Reisen p. 517. Cf. etiam Mariti Reise durch Syrien Tom. 1. p. 101. et quae conlegit Borhek in Erdbeschr. von Asien P. 3. p. 222. qui et in aliis consuli omnino potest.

Persis) Sub Artaxerxe, cognomine Ochi, ut adparet ex Diodoro Sic. 16, 40. ubi et sqq. expeditionem in Phoenicas et cap. 45. ubi Sidonis eversionem et conflagrationem cum incolis describit. Urbem prodiderat eius rex Tennes. Brevi tamen tempore post instauratam fuisse, docet Alexandri historia, in qua reges eius commemorantur. Vid. Curt. 4, 1, 16. At sedit inveteratum in Persas odium, effecitque, ut in Darii bello cum Alexandro M. se huic ultro traderent, quod notat Arrian. in exped. Alex. M. 2, 15. In bello illo Persico amplius 100 naves habuisse, supra ex Diodoro 16, 44. f. monui. Hinc *maritimarum urbium maxima* a Nostro dicitur.

§. 3. *Euprosopon)* Graeci adpellare solent Θεοῦ πρόσωπον, de quo in notis criticis disserui. *Lithoprosopon*, quod, iudice Vossio, prius nomen offenderet, vocatur a Cedreno p. 297. Ven. et Malala in chronogr.

lib. 18. p. 79. Ven. qui et narrant, ſub Iuſtiniano partem eius avulſam et in mare deiectam Botryi urbi portum, quo antea caruerit, feciſſe. Scylax p. 42. Hudſ. non promontorium, ſed ὄρος vocat, quae facile conciliantur. Quod vero Ortelius h. v. Phoenices urbem facit, idoneis deſtituitur teſtibus, uti iam monuit Gonzalez ad interpretationem Hiſpanicam p. 269. A recentioribus eodem nomine memoratum legi. Shaw tamen (voyage) Tom. 1. p. 12. vocat h. *cap Greego*. Alii aliter, de quibus Penzelius ad Strabon. T. 4. p. 2296.

Byblos) Gr. Βύβλος, de qua ſcriptura per η, cum poſteriores ι praeferant, dixi in notis criticis. Antiquiſſimam Phoenices urbem fuiſſe, adeoque Κρόνου κτίσμα habitam, ſcribit Stephanus, et nomen a Byble, Mileti filia, deducit, quam Byblida alii vocant, ut docuit ibi Berkelius p. 247. et viri docti ad Antonini Liber. Metam. cap. 30. Alia congeſſit Euſtathius ad Dionyſ. v. 912. ex Stephano etiam aucta. Diſerte eius antiquitatem praedicaverat Sanchuniathon, teſte Euſebio in praep. Evang. 1, 10. Quod tradit Malalas in chronogr. lib. 8. p. 89. Byblus dux circa Pompeii tempora vicum hunc antea Phoenices maritimum, moenibus cinctum, urbem a ſe cognominem fecit. Prius nomen fuiſſe *Gabala* ſ. *Siabla*, contendunt quidam, qui memorantur in nota ad Allgem. Welt-Geſch. T. 2. p. 208. *Giblii* occurrunt Ioſ. 13, 5. Reg. 5, 18. quos pro Bybliis certe Alexandrinos interpretes habuiſſe, ex illorum verſione Ezech. 27, 9. adparet. Videtur tamen potius noſtra Byblos illorum fuiſſe colonia, mutato paullum nomine, quia *Gabala* et *Byblos* in auctoribus ſimul producuntur, ut in Strabone 16. p. 518. ſ. 753. conl. p. 520. ſ. 755. Ptolemao 5, 15. aliisque ad mare Syriacum, interiecto brevi ſpatio. Occurrit etiam *Palaebyblos* inter Lycum et Adonidem fluvios (Strabo c. l. in MSStis quibusdam, Plin. 5, 17. ſ. 20.) in urbibus quidem mediterraneis, (Ptolem. c. l.) quam ſolam poſteriores

indicant, corrupte quidem, ut docet Mannert, Geogr. Tom. 6. P. 1. p. 381. Noſtra, quod et ipſe Mela indicat, ſita fuit teſte Strabone 16. p. 520. ſ. 755. inter Sidona et Theuproſopon in loco excelſo non procul a mari, olimque Cinyrae fuit regia. Inclaruit autem maxime ſacris Adonidis, quare et in numis ſaepe vocatur ἱερὰ, Aſtartenque, Deam, in templo adpoſitam habet. Vid. Raſche in Lex. num. T. 1. P. 1. p. 1634 ſq. Ita nempe, vel Dea Syria, vocatur Venus, Syria Tyroque concepta, quam Adonidi nupſiſſe traditum eſt, ut ait Cicero de N. D. 3, 23. et hinc Ἀφροδίτην Βυβλίαν vocat Lucianus de Dea Syria cap. 6. ubi plura de ea. Cf. etiam, quae conlegit Seldenus de Diis Syris 2, 3. Quod Byblinum vinum paſſim laudatur, alio referendum eſt. Ita enim de eo Tzetzes ad Heſiodi opp. v. 2. p. m. 135. Βύβλινος οἶνος ἀπὸ Βυβλίας ἀμπέλου Θρακίας, quibus ſubiicit: ἀπὸ τῶν Ἀσσυρίων τῶν περὶ τὴν Βίβλον. Et ſic Euſtathius ad Homer. Il. 11, 638. p. m. 819, 26. a Thraciae regione, ubi proveniat, repetit. Alii Naxium etiam vocari, alii a vite dictum putant. Sed vid. qui plurima dabit, Mazochius ad tab. Heracl. p. 199 ſqq. In hodierno urbis nomine disſentire vidi recentiores. Sic Harduinus ad Plin. 5, 17. ſ. 20. vocat *Gebail;* Ferrarius in Lex. Geogr. p. m. 141. adfert *Giblet, Zibellet, Gibeleto*. Sed praeter alios rem expedit Pococke Tom. 2. p. m. 142. qui a Francis adfirmat vocari *Gibele*, (Maundrel *Gebile*) ab incolis *Eſbele*. Et ſic plures, populari ſua quisque ſcriptura. Gentilia olim, notante Stephano, Βύβλιος et Βυβλίτης. Hiſtoriam urbis pleniorem compoſuit Mignot ſur les Pheniciens in Memoires de litterature — de Paris Tom. 34. p. 251 ſqq.

Botrys) Gr. Βότρυς. Pro eo tab. Peutinger. 9. F. *Botrus;* Hierocles pag. 716. Theophanes in Chronogr. p. 193. Βόστρυς; Strabo 16. p. 520. ſ. 755. f. Βόστρα, (quae fuit urbs Arabiae) pro quo tamen in MSStis legi-

tur Βόστρυν vel Βότρυν; Βοτρυὼν ex concil. Chalcedon. act. 6. notat Holften. in Ortelii thefaur. Geogr. p. 33. etfi pro Βοτρυώνος legendum effe Βοτρύων in genit. docet Relandus in Palaeftina lib. 3. p. m. 394. Gentile, tefte Stephano, comprobantibus numis Βοτρυηνὸς, unde fimul ipfius urbis fcriptura diiudicatur. Ab Ithobalo, Tyriorum rege, urbem conditam effe tradit Iofeph. in antiqu. Iud. 8, 13, 2. Nihil praeterea memorabile obfert. Hodie creditur effe *Patrone*, Cf. Pococke T. 2. p. m. 144.

Tripolis) Gr. Τρίπολις. Nomen hoc nacta eft ex trium urbium coloniis, unde conftabat, Aradi, Tyri et Sidonis. Scylax p. 41. f. Hudf. Strabo 16. p. 519. f. 754. Diodor. 16, 41. — quare Plinius 5, 17. f. 20. *Tripolis*, inquit, *quam Tyrii et Sidonii et Aradii obtinent.* Singulae, quod fingulis ftadiis adtingit Mela, muris erant divifae, (Scylax, Diodor. c. c. l. l.) etfi, quia unius tantum hodie veftigia reperiuntur, de eo dubitationem movet Shaw, voyage T. 2. p. 11. adfentiente Pocockio Tom. 2. p. 146. ubi de iis plura adfert. De diftantia cum Noftro confentit Diodorus c. l. ubi σταδιαῖον, inquit, ἀπ' ἀλλήλων ἔχουσι διάστημα, caufamque ita compofitae urbis addit hanc, ut in commune ibi Phoenices confulerent. Situm eius (Λιβάνου περὶ τοὺς πρόποδας) ad mare optime defcripfit Phocas in Leonis Allatii Symmictis T. 26. in fcriptorr. Byzant. ed. Ven. p. 3. Re etiam nautica valuiffe, declarat Eliogabali numus, in quo ναυαρχὶς adpellatur, (Eckhel. doctr. num. P. 1. Vol. 3. p. 375.) cui ex Weffelingio ad Antonini itiner. p. 149. fimilis Caracallae addi poteft. Quod refert Malalas in chronogr. lib. 4. p. 26. Ven. fub Imperatore Marciano faeculo 5. terrae motum experta eft, cui addit hiftoria alium an. 1170. tum an. 1289. eius devaftationem a Saracenis factam, unde tamen poft inftaurata eft. Cognomines alias urbes, in Africa maxime, recenfent Geographi. Noftra hodie a variis varie effertur, ut a Turcis *Trapoli*, Arabibus *Tarabolos*, Italis

Tripoli di Suria. Cf. Volney Tom. 2. p. 127. *Traplous* ſcribit Pococke c. l. Diſtat vero ab antiqua urbe, etſi eſt ſatis ampla et mercatura floret. Pococke c. l. Antiquae rudera conſpiciuntur non procul a fluvio Eleuthero, (h. *Naha el Berd*) Shaw p. 10. c. l. Contra tamen recentiori aetate Browne in Reiſen p. 528. ſe nulla antiquitatis veſtigia vidiſſe adfirmat; exiguam eſſe nunc urbem et infrequentem, omninoque Syriae oram magis magisque deſolatam negligi. Incola olim Τριπολίτης (Stephanus) vel, ut numi produnt, Τριπολείτης. Plura de hac urbe conlegit Mignot (vid. ſupra) p. 246 ſq.

Simyra) Gr. τὰ Σίμυρα. Ptolem. 5, 15. Plin. 5, 17. ſ. 20. De corruptione in Strabone dictum in notis criticis. Stephanus Σίμυρος habet et Σίμυρα neutro genere, etſi *Simyram* etiam dant libri Pliniani, et in Stephano Σίνηρα et Ἴμυρα huc pertinere videntur. Semaraeos, (צְמָרִי) ex Chanaani poſteris, qui commemorantur Geneſ. 10, 18. 1 Chron. 1, 16. conditores habuiſſe quidam ſuſpicantur, ut Bochart. in Phaleg 4, 37. Clericus ad Geneſ. c. l. Michaelis in Geogr. P. 2. p. 52. Situm erat hoc ſive oppidum, ſive caſtellum, nam varie adpellant, ad Eleutherum fluvium, et hinc in confinio Phoenices et Syriae. Cf. Ptolem. c. l. et ex narrationis ſerie Plinius c. l. et Strabo 16. p. 518. ſ. 753. qui Phoenicae conterminum facit. Non enim, ut putat Shaw T. 2. p. 8. Simyra in Coele Syria et pro Arca male poſuit, qua Libanus finiatur, cum hunc etiam usque ad promontorium Theuproſopon, haud procul inde disſitum, extendat Strabo lib. 16. p. 519. ſ. 754. Eius ruinas hodie *Sumrah* vocari ait Shaw c. l. de quo ex praecedentibus iudicari debet. Coniecturas de ſitu fecit etiam Maundrel p. 24. (ed. 1740.)

Marathos) Gr. Μάραθος ſecundum Arrian. 2, 13. ſ. Alexandri M. tempore πόλις μεγάλη καὶ εὐδαι-

μων, fec. Strabonem c. l. πόλις ἀρχαία Φοινίκων κατεσπασμένη, cuius agrum forte diviliffe inter fe Aradios addit. De utriusque populi litibus plura commemorantur apud Polybium 5, 68. Diodorum Sic. in excerptis de virtut. Tom. 2. p. 593. et in legation. cap. 29. p. 628. ed. Weffel. Hinc vero Cellarius in Geogr. ant. 3, 12, 47. caufam explicat, cur neque in notitiis, neque in itinerariis recenfeatur. Habet tamen Geogr. Ravenn. 2, 16. ex quo inftaurata videatur. Obiectam fuiffe infulae Arado praedicant omnes, qui de eius fitu loquuntur, fretoque 8 ftadiorum interiecto dirimit Diodor. in excerptis de virtut. c. l. At non omnes in Phoenice conlocant; nempe Ptolemaeus 5, 15. in Caffiotide, a quo non discrepat omnino Strabo c. l. qui urbibus inde a Laodicea verfus Phoenicen fitis adnumerat; Euftathius ad Dionyf. v. 914. circa Phoenicen; in ipfa Phoenice cum noftro Plinius 5, 17. f. 20. quod facit utriusque terrae confinium. Inde in Phoenicem defcendiffe Alexandrum M. referunt Arrian. c. l. et Curtius 4, 1, 15. In Acarnania tamen cum Stephano h. v. et Euftathio c. l. nemo eam quaefivit, unde etiam Iac. Gronov. ad Polyb. 4, 9. adfentiente Schweighaeufero ad Polyb. 5, 68. ut ante Berkelio ad Steph. p. 535. non temere emendat Ἀραδίας, et Strabo fuftinet. Quod Mela *urbem non obfcuram* dicit, ex fuperiori loco Arriani probatur, etfi, cum poft devaftatam effe fcribit Strabo, minus obportune Mela fic producit. *Marathunta* eandem videtur adpellare Plinius 12, 55. f. 25. quia coniungit in fitu Phoenicen, Gabala et Cafium. Μανάφις eadem videtur effe Ortelio in thef. h. v. apud Tzetzen Chil. 12, 45. inter Libanum et Cafium. Tum *Antaradum* cognomine, ex fitu contra Aradum, dictam fuiffe, contendit Harduinus ad Plin. 5, 17. f. 20. quod, qui Marathon commemorent, omittant Antaradon, et contra, praeter Ptolemaeum 5, 15. qui tamen fic et alia confundat, ut Clupeam et Afpida. Quodfi eft, poft excitata et dicta eft *Tortofa*, uti refert Wilhelmus Tyrius

7, 17. et Phocas in Leonis Allatii Symmictis p. 2. c. l. Antea vero etiam Conſtantiam a Conſtantio vocatam eſſe, tradit Theophanes in Chronogr. p. 25. Ven. in quam rem cf. etiam Weſſeling. ad Antonini itiner. p. 148. Tum vero miras et fati et nominis viciſſitudines ſubiit. A Marathos vero Stephanus deducit Μαραϑηνὸς et Μαραϑούσιος. Prius in Diodori locis cit. occurrit, et apud Ciceron. in Bruto c. 26. *Marathenus.* Quae inde in disceptationem deducta ſunt, expoſita patent ad Diodorum T. 2. p. 593. in Valeſii et Weſſelingii notis, item in Holſtenio ad Stephan. p. 189. Hodie ruinis ſubmerſa iacet, de quarum ſede poſt Maundrelium quaerunt Shaw T. 2. p. 6. et Pococke T. 2. p. m. 295.

§. 4. *non obliqua)* Grandem enim illic ſinum facit, et oram, quae excurſu ſuo a Palaeſtina declivis eſt, pelago obvertit. VADIANVS. Hoc eſt, non porrigit amplius ſua litora, ſed venienti pelago fit obviam. SOONVS. Quaſi itentidem cedens, prout ab Aegypto huc usque fecit. I. GRONOVIVS *MS.* Senſus omnino Pomponiana formula comprehenſus eſt: latus in frontem abit; vel, ſi latiorem explicationem quis velit, ipſe 1, 2, 2. ita eandem mutationem ſic deſcribit: *Ora* (Aſiae) *cum alveo Nili amnis ripis deſcendit in pelagus, et diu, ſicut illud incedit, ita ſua litora porrigit; deinde ſit venienti obviam et primum ſe ingenti ambitu incurvat.* Sic contra 2, 3, 7. *Inde ad meridiem terra convertitur, Atticae ut modo latere, ita nunc fronte pelago adiacens.*

ſinum) Iſſicum, de quo cap. 13. in.

circumſident) Supra 1, 2, 4. *Caſpiani ſinum Caſpianum cingunt. Sedere* et *ſedes* de habitationibus populorum dici ſolent. Vid. ad 3, 9. in. Uti hic, ſic fere 1, 19, 14. *incultae gentes vaſto mari adſidentes.*

permutat) De ſynonymia, quae offendit quosdam, dictum in notis criticis. Ad hunc ſenſum Tacitus de Germ. cap. 5. dicit: *permutatione mercium utuntur.*

§. 5. *Antiochiae)* De parte Syriae, *ubi ſe Ciliciae committit,* ut ſupra 1, 11, 2. loquitur, ad quem locum cf. notata. Mirum quidem videatur, quod urbis celeberrimae, Antiochiae, mentionem facere omiſit; ſed ita et alibi ſolet, ut in regionibus cognomines urbes ſimul innuat, de quo vid. ad 1, 16, 2.

Seleucia) Gr. Σελεύκεια. In Ciceronis epiſtol. ad Atticum 11, 20. in. quidam ediderunt *Seleucea,* uti haec ſolent variari. Sic *Alexandrea, Antiochea* et plurima alia, in quibus etiam vel *ea* vel *ia* frequentiorem uſum obtinuit. Sed vid. Oudendorp. ad Frontin. 1, 5, 9. 3, 11, 5. ad Lucan. 3, 281. A. Gronov. ad Iuſtin. 10, 1, 1. Muncker. ad Hygin. fab. 243. viri docti ad Valer. Max. 6, 5, 2. Markland. ad Statii ſilv. 4, 3, 59. Staveren. ad Nepotem de regib. 3, 3. et quos nominant. *Antiochea* tuetur Urſinus apud Cicer. ad diverſ. 2, 10. ut *Alexandrea* ad 1, 4. ex illorum quidem temporum ratione, cum *ia* praeferat Oudendorpius. Noſtra haec urbs, nam cognomines fuerunt plures, *Seleucia Pieria* adpellari ſolet. Sic Plin. 5, 13. ſ. 12. et 18. ſ. 21. f. Cicero ad Attic. 11, 20. Ptolem. 5, 15. Stephan. ſ. v. Φάλγα, pro quo Strabo dicit 14. p. 465. ſ. 676. 16. p. 516. ſ. 749. Σελεύκεια ἡ ἐν Πιερίᾳ, et ſic in numis multis legitur Σελευκεων των εν Πιεριᾳ. Cognomen hoc tuliſſe videtur a Pieria, Syriae monte, quem ſic feminino genere efferunt Strabo 16. p. 517. ſ. 751. Ptolemaeus 5, 15. et ὄρος συνεχὲς τῷ Ἀμάνῳ dicit Strabo. Inde et regio Syriae *Pieria* vocata eſt, etſi Strabo 16. p. 516. ſ. 749. urbem in Seleucidis regionis tetrapoli ponit. Seleucidis tamen partem etiam Pieriam feciſſe, voces ἐν Πιερίᾳ indicare videntur, cum ad montem alia forma referri debuiſſet. Quod

eandem Σέλευκον a Stephano vocari putat Holſtenius in notis p. 287. falſum eſſe adparet ex adiectis vocibus περὶ τῇ Ἀπαμείᾳ, quae Seleucum ad Belum intelligi debere docent, quam urbem memorat Ptolemaeus 5, 15. et deinceps ipſe Stephanus. Noſtram prolixe deſcribit Polybius 5, 59. unde potiora haec discuntur: Sita fuit ad mare non longe ab oſtiis Orontis fluvii inter Ciliciam et Phoenicen ad meridiem montis, quem Coryphaeum vocari ait, et profunda valle ab urbe ſeparari, contra Cyprum. Ad Orontem ponunt et alii, erratque Erneſti in clave Ciceroniana, dum Euphratem habet, ubi alia fuit Seleucia, Parthorum urbs primaria. Fuerunt enim cognomines plures, caute discernendae. Noſtrae hinc etiam ſigna quaedam addunt auctores, ut Συρίας (Appian. in Syr. cap. 4.) ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ, (idem c. 58. c. l.) παραθαλασσία, (1 Maccab. 11, 8.) praeter id, quod ſupra notavi de *Pieria*. Celeberrimam hanc reliquarum cum alia ad Tigrim dicit Appianus cap. 57. c. l. Nomen debet Seleuco Nicatori, qui omnino 9 urbes cognomines condiderat, (Appian. cap. 57. c. l.) et, ut ex Strabonis ampla narratione lib. 16. p. 516. ſ. 750. diſcitur, eam inſtauraverat et ornaverat, mutato priori nomine, quod fuiſſe ait Ὕδατος ποταμοὶ, Malalas in chronogr. lib. 5. p. 59. Ven. Παλαιόπολις, quod reſpectu urbis inſtauratae uſurpatum videtur. Hinc vero adparet, quomodo κτίζειν de Seleuco intelligi debeat in Ioſepho antiqu. 18, 9, 8. et Appiani Syr. cap. 58. quem verbi uſum in aliis etiam notarunt Weſſeling. in obſerv. 2, 16. p. 208. Cuper. obſerv. 3, 9. aliique plures. Sic poſt de Laodicea. In numis ſaepe vocatur ἱερὰ et αὐτόνομος. Prioris cauſam aperit Appianus in Syr. c. 58. in. quippe Seleuco in condenda urbe διοσημίαν κεραυνοῦ ἡγήσασθαι, quare is θεὸν κεραυνὸν (ſ. κεραύνιον) propoſuiſſe, quem et hinc colant et celebrent. Ita Κεραύνιος ab Heſychio h. v. explicatur Ζεὺς ἐν Σελευκείᾳ, et in multis numis Ζεὺς Κάσιος adſcribitur, in plurimis fulmen adponitur. Vid. Raſche in Lex. num. T. 4.

P. 2. p. 454 ſqq. Αὐτόνομος autem vocatur, quia Pompeius eam, quod eiectum e Syria Tigrane non recepiſſet, libertate donaverat. (ἐλευθέραν ἔκρινε Strabo 16. p. 517. ſ. 751.) Hinc et *liberam* vocat Plinius 5, 18. ſ. 21. Cf. Eutrop. 6, 14. ſ. 11. Fuit praeterea ἔρυμα ἀξιόλογον καὶ κρείττων βίας πόλις. (Strabo c. l.) Portum, exciſo monte, inſtruxit Conſtantius. (Vid. vetus Orbis deſcriptio c. 17, 6. et ibi Gothofredus.) Ab ea urbe nomen nacta eſt regio Syriae, *Seleucis*. Cives, in numis maxime, vocantur Σελευκεῖς; Latinis a Seleucia omnino dicuntur *Seleucenſes*, *Seleuceni*. Σελευκηνὸς tamen adfert etiam Stephanus. Hodie urbs ruinis obruta iacet, quorum aliqua viderunt et deſcripſerunt Pococke T. 2. p. m. 290. et Browne Reiſen p. 544. Locus nunc adpellatur *Suedie*. Cf. Volney Tom. 2. p. 218. Et ita ſe audiviſſe adfirmat Niebuhr.

Paltos) Gr. Πάλτος, quod Stephanus addit, πόλις Συρίας. Commemoratur ea etiam a Strabone 16. p. 518. ſ. 753. Plinio 5, 18. ſ. 20. Geogr. Ravenn. 2, 15. (etſi ibi *Paethos*) et 5, 7. (ubi *Baltus*) in tab. Peuting. 10. D. ex quibus adparet, ſitam fuiſſe inter Balaneam (ita Plinius, ſec. alios Balaneas, vel etiam paullo aliter) et Gabala. In Aradiorum ora ponit Strabo c. l. et, quod ex Ciceronis epp. ad Diverſ. 12, 13. intelligitur, diſtabat a Laodicea XX. M. P. quocum conſentit tabula. Cf. Weſſeling. ad Antonini itiner. p. 147. Gentile inde facit Παλτηνὸς Stephanus. Latinis eſt Paltenſis. Vid. Berkel. ad Stephan. p. 621. Urbis veſtigia hodie reperiri putat Shaw T. 2. p. 4. in ruinis prope oſtia fluvii *Melleck*, 6 miliaribus a *Iebilce*, quae olim fuit *Gabala*. Vid. etiam Pococke T. 2. p. m. 290. ubi ſe poſthac audiviſſe ſcribit, locum, in quo olim ſita fuerit Paltos, hodie vocari *Boldo*.

Berytos) Gr. Βηρυτὸς, penultima, quod et diſerte monet Stephanus, apud poetas producta. Idem κτίσμα

Κρόνου cum Euſtathio ad Dionyſ. v. 912. dicit, quod antiquitatis eſt indicium, nomenque deducit a voce Phoenicia Βὴρ i. e. φρέαρ, quam ſignificationem apud Syros probat etiam Heſychius, vel praeeunte Hiſtiaeo a voce Βηρουτὶ (Βηροὺτ malunt) i. e. ἰσχὺς, uti βῆρυς explicat etiam Heſychius, etſi ibi vulgo legitur ἰχθύς; ἰσχὺς confirmat etiam Euſtathius c. l. De utraque disſerit prolixius Bochart. in Chanaan 2, 17. et *Baal Berith* Iudic. 8, 33. de idolis Beryti explicandum eſſe adſtruit. *Beroen* olim dictam fuiſſe praeter Euſebium, quem, dubium quidem teſtem, producit Mannert in Geogr. T. 6. P. 1. p. 379. tradit etiam Nonnus Dionyſ. 41, 364. quod emolliendi barbari ſoni cauſa factum putat Bochartus c. l. At de ſitu, quem Mela illi adſcribit, recte dubitatur, et, ſi vera eſt vox in libris, quam certe praeferunt, valde disiecit oppida. Nam diſerte Phoenices urbem faciunt auctores alii (Ioſeph. de B. Iud. 7, 3. in. Stephan. h. v. —) ex poſterioribus Theophanes in Chronogr. p. 25. Ven. et inter Ptolemaida et Byblum prope Sidonem conlocant. Vid. Strabo lib. 16. p. 520. ſ. 755. Scylax p. 42. Hudſ. et poſt, varie corrupto nomine, auctor expoſitionis totius mundi T. 4. p. 4. in Huſ. Geogr. min. (*Beritus*) Geogr. Ravennas 2, 15. (*Birithos*) 5, 7. (*Beritos*) tab. Peuting. 9. F. (*Beritho*) Antonini itiner. p. 149. — A Sidone circiter 400 ſtadiis removet Strabo c. l. etſi alii discrepant, et ſic tabula habet 29. M. P. Antoninus 30. itiner. Hieroſolym. 28. p. 583. ex recentioribus Willebrandus in itinerario terrae S. (ſaec. 13. in.) in ſcrr. hiſtor. Byz. T. 26. p. 11. diſtare eam a Sidone ait 6 miliaribus Gallicis. Ad mare ſitam fuiſſe curſus Melae ſuadet, et probat λιμὴν a Scylace commemoratus et diligenter deſcriptus (τεχνικῶς γενόμενος) a Io. Phoca, teſte, in Leonis Allatii Symmictis p. 5. (in ſcrr. hiſt. Byz. T. 26. Ven.) Ex parva magnam factam dicunt Stephanus et Euſtathius c. c. l. l. quod explicat Strabo c. l. quippe cuius aetate, cum eam olim devaſtaſſet Typho, inſtaurata eſſet a Romanis. Iidem

coloniam fecerunt et *Felicem Iuliam* adpellarunt, (Plin. 5, 17. f. 20.) vel plenius *Col. Iul. Aug.* ut in numis legitur. Vid. Rafche Lex. num. T. 1. P. 1. p. 1497 fq. In quibusdam numis *Sec.* additur, unde Secundae legionis veteranos in eam deductos fuiffe difcitur. Coloniam etiam dicit Iofephus de B. Iud. 3. in. Plura dabit Rafche p. 1499. c. l. Aftartem (Venerem) alii ad eius cultum indicandum oftentant. Uvarum fuavitatem laudat Plinius 15, 18. f. 17. vini bonitatem 14, 9. f. 7. unde intelligitur, cur in numis Bacchus confpiciatur. Amoenitatem praeter alios notant Dionyf. v. 911. (Βηρυτοῦ αἶαν ἐραννήν) et Ammianus 14, 8. Scholam pofterioris aevi fcriptores celebrant, Iuris maxime fcientiae dicatam, unde et paffim *legum nutrix, mater Iurisprudentiae* adpellatur, quod et hic monuerat Schottus. Cf. Eunapius in vita Proaerefii p. m. 117. et quae de ea contulerunt Gothofredus ad vet. orbis defcr. cap. 17, 3. Heineccius in antiqu. Iur. Rom. P. 1. p. 256. et Bachius in Hift. Iur. p. m. 486. Maxima urbis pars terrae motu concidit anno imperii Conftantii 12. i. e. a. Chr. 350. (Theophanes c. l.) poft etiam tota everfa. Cf. Iacobs ad Antholog. Gr. Vol. 3. P. 1. p. 21. Civis fecundum Stephanum dictus Βηρύτιος, quod et Latinis in ufu eft. (Sueton. de inluftr. Gramm. cap. 24. in.) *Berutenfis* tamen etiam dici et *Berytenfis* docuerunt ad Stephanum Berkelius p. 222. et Holften. p. 66. Sic *Berytenfis* in Muratorii thef. infcrr. Tom. 1. p. 231. n. 4. et *colonia* in Digeft. 15, 50, 1. Quod recentiores tradunt, fita urbs fuit ad occidentales radices iugi montium h. Kaftravan f. Kefroan, ut incolae vocant, quae pars eft Libani, (Mariti Reifen Tom. 2. c. 2. p. 19. ubi defcribit) in planitie ad mare usque porrecta, et nunc ab Arabibus vocatur *Bairut*, (Volney Tom. 2. p. 138.) vel *Beirut*, *Baruth*. (Mariti c. l. Browne Reifen p. 522.) Urbs hodie parva, cuius etiam portus faxis eft obftructus, (Mariti p. 28.) vel limo obductus, (Bruce Reifen Vol. 1. lib. 1. p. 76.) quod et de Tripoli, Laodicea narrant.

Urbis hiſtoriam dabunt Mariti c. l. Mignot ſur les Pheniciens in Memoires de litterature — de Paris Tom. 34. p. 257 ſqq.

Laodicea) Gr. Λαοδίκεια. Secundum Stephanum et Euſtath. ad Dionyſ. v. 915. olim dicta eſt λευκὴ ἀκτὴ, (qualem deſcribit etiam Shaw voyage T. 2. p. 1.) et antea etiam Ῥάμιθα, pro quo Ῥάμαιθα habet Euſtathius, cuius cauſam repetunt a paſtore, qui fulmine tactus exclamaverit Ramanthus i. e. ἀφ' ὕψος ὁ θεὸς, quia ſecundum Philonem Raman ſit ὕψος et Athas ὁ θεός; ſuper quo multi diſſeruerunt. Sed cf. Bochartus in Chan. 2, 12. Berkelius ad Stephanum p. 509. et quos hic producit. Vicum antea fuiſſe, nomine Mazabda, ſcribit Malalas in chronogr. lib. 8. pag. 85. Ven. Λαοδίκην vocat Dionyſius c. l. ut Ἀπάμη dicit pro Ἀπάμεια. Nacta autem eſt hoc nomen a Laodice, Seleuci Nicatoris matre, ſecundum Stephanum et Euſtathium c. l. vel filia, quod vult Malalas c. l. conl. Stephano ſ. v. Ἀπάμεια; ipſum Seleucum conditorem faciunt alii. Sic Appianus in Syr. cap. 57. ubi 6 cognomines urbes in matris honorem ab eo conditas tradit. At laxe nimis idem cum Euſtathio c. l. in Phoenice ponit, qui ſitus et a Noſtro ex vulgari capitum diſtinctione probari videtur. Alii enim, (Cicero epp. ad Diverſ. 12, 14. Plin. 5, 18. ſ. 20. Stephanus h. v. Malalas c. l.) Syriae omnino adſcribunt; Strabo lib. 16. p. 517. ſ. 752. Seleucidi; Ptolemaeus 5, 15. quod perinde eſt, Caſſiotidi. Noſtram Strabo c. l. paullo ante diſtinguit adpoſitis verbis ἐπὶ τῇ θαλάττῃ, numi πρὸς θαλασσαν, (Raſche in Lex. num. T. 2. P. 2. p. 1472.) Cicero c. l. *ad mare;* Malalas c. l. παραλίαν vocat. Inde Ioſephus de B. Iud. 1, 21, 11. Σελευκεῖς παραλίους dicit, et Dionyſ. v. 915. Λαοδίκην, ἣ κεῖται ἐπ' ἠϊόνεσσι θαλάσσης. Strabo praeterea εὐλίμενον πόλιν fuiſſe refert. Situm eius optime deſcribit Appianus de B. Civ. 4, 60. ubi haec: ἐπί τε Χεῤῥονήσου (*in promontorio ſita*) Plin.

5, 18. f. 20.) συνῳκισμένη, καὶ τὰ ἐκ τῆς γῆς ὠχυρωμένη, καὶ ἐς τὸ πέλαγος ἔχουσα ὅρμον — Adflicta eſt, cum Dolabellam, qui in eam confugerat, Caſſius obſideret, de quo Strabo c. l. et Appian. c. l. Poſtea Antonius incolas fecit ἐλευθέρους καὶ ἀτελεῖς φόρων, (Appian. de B. Civ. 5, 7.) unde et *liberam* dicit Plinius 5, 18. f. 20. et plurimi numi αὐτόνομον (Raſche c. l.) et praeterea ἱερὰν ob Apollinis cultum; ἐξαίρετον καὶ ἀγαθὴν πόλιν vetus orbis deſcriptio c. 17, 5. Sub Severo Niger Imperator a ſenatu conſtitutus, funditus evertit, quod recipere eum incolae noluerant. (Malalas in chronogr. lib. 12. p. 125. Venet.) Feracitatem, vini maxime, praedicant Strabo c. l. et Arrianus in periplo maris Erythr. p. 4. Hudſ. Hodie vocatur *Latikea* ſ. *Latikia* (Bruce Reiſen in praef. p. 51.) eiusque ſitum et ruinas deſcribit Shaw T. 2. p. 1 ſq. Cf. et Pococke Tom. 2. p. m. 284 ſqq. qui vocat *Latichea*, ut Maundrel, Reiſe nach Ieruſalem pag. 10. (in Paulus Sammlung. Tom. 3.) De ſtadio et theatro vid. Antiquities of Ionia Lond. 1797. f. P. 2. cap. 5. ubi n. 48 — 51. eorum figurae conſpiciuntur; aquae ductus, quem Herodes fecerat, (Ioſeph. de B. Iud. 1, 16.) rudera deſcribit Shaw c. l. Portum hodie obſtructum eſſe limo praeter ſuperiores adfirmat etiam Volney Tom. 2. p. 131. cui nunc eſt *Latakie*. Ortelium in theſauro non moror.

Rhoſos) Gr. Ῥῶσος. Sine adſpiratione, quam nec poſteriores negligunt, *Roſos* legitur in tabula Peuting. 10. D. et pro eo *Roſelo* in Geogr. Ravenn. 5, 8. in. Ῥωσόπολις in Synodi 7. Act. 4. notante Cellario in Geogr. ant. 3, 12, 24. Alia dedi de ſcriptura in notis criticis p. 421. Nec magis conſentiunt auctores in ſitu urbis deſignando, quem quidem plane neglexit Stephanus. Alii enim ponunt in Syria cum Noſtro, ut Ptolemaeus 5, 15. in. Plin. 5, 18. ſ. 22. — in Cilicia alii, in quibus Strabo lib. 14. p. 465. ſ. 676. Theodoretus Tom. 3. in hiſtoria religioſa — cap. 10. p. 826. ed. Pariſ. 1642.

Malalas in Chronogr. lib. 8. p. 85. Ven. — Disſenſionis cauſa quaeri debet in utriusque regionis confinio eiusque vagis terminis. In confinio autem fuiſſe ſitam adparet ex Plinio 5, 18. ſ. 22. et Strabonis loco lib. 16. p. 517. ſ. 75. Qui accuratius deſignant, ponunt ad portas Syrias a tergo, ut Plinius, inter Iſſum et Seleuciam, ut Strabo, inter Seleuciam et Alexandriam ad Iſſum, ut tabula, Geogr. Ravenn. c. l. In primis huc arceſſi poteſt Theodoretus c. l. qui ſic indicat: ἔστι Κίλισσα πόλις ἐν δεξιᾷ εἰσπλέοντι τὸν Κιλίκιον κόλπον. Inde ducitur gentile Ῥωσεὺς, (Stephanus et numi) tum Ῥωσικὸς, veluti σκόπελος, (Stephanus, Ptolemaeus c. l.) κέραμος, quem laudat Athenaeus lib. 6, 3. p. m. 229. et εὐανθέστατον vocat in luxu ſumtibusque Cleopatrae notandis. Porro Ῥώσιος λιμὴν commemoratur a Polyaeno 4, 6, 9. Hodie ibi multa rudera conſpici ex aliorum quidem ſermonibus, ipſa illa regione relicta, cognoverat Pococke, (T. 2. p. m. 264.) qui et urbem ipſam in cognomini monte ponit. Certe mons Rhoſicus (σκόπελος) nautis innotuit nomine *Capo Hog*, ut idem refert T. 2. p. m. 263. alias, eodem teſte, *Iebel Totoſe*.

Lycos) Sic et Graeci. Fluebat, inter Palaebyblum (ut pro vulgato Βύβλος habent MSSti) et Berytum. (Strabo lib. 16. p. 520. ſ. 755.) Conſentit Plinius 5, 17. ſ. 20. tantum quod poſt Berytum oſtendit inter Leonton oppidum et Berytum. Flumen *Leon* eſſe videtur apud Ptolemaeum 5, 15. quia proximum illi facit Adonidem fluvium, qui apud Plinium Lycon ſequitur. Navigabilem facit Strabo 16. p. 519. ſ. 755. et inter duos montes praecipites in mare evolvi narrat Maundrel p. 48. (T. 1. in Paulus Sammlung —) Tractum eorum excifis rupibus pervium feciſſe Antoninum philoſophum, etiam adhuc monumenta teſtantur, uti notat etiam Mannert, Geogr. Vol 6. P. 1. p. 381. etſi Aurelium memorat ex inſcriptione Pococke Tom. p. m. 134. Hodie Arabes

vocant *Kelp;* ſic Pococke c. l. qui addit, eundem eſſe Graecorum *fluvium caninum* ita dictum ab ſimulacro canis, quod ibi olim fuit. Alii vulgare nomen adferunt *Cane,* Arabum *Nahr Kelb,* quod idem vult. Conferri etiam de eo poteſt Mariti Tom. 2. cap. 7. p. 109. qui viam illam ex inſcriptione rupi inciſa Antonino etiam vindicat, comprobante inſcriptione apud Gudium p. 72, 2. ſimulque refutat eos, qui eum veterum Adonida putent. Ceterum plures Lyci nomine fluvii in aliis regionibus occurrunt, qui et paſſim commiſcentur, uti factum eſt ab Ortelio.

Baudos) Dubiam hoc nomen occupat ſedem, de cuius cauſa expoſitum eſt in notis criticis p. 422 ſqq. Videtur referendum eſſe ad fluvium prope Palton, qui h. vocatur *Melec* ſ. *Melleck.* Nam *Nahor-Kelb,* qui in notis criticis additur, ad Lycum pertinet, ut antea dixi.

Orontes) Gr. Ὀρόντης. *Orientem* etiam vocatum fuiſſe, tradit Iſidorus Orig. 13, 21. et hinc *civitas Orientis* explicatur in Geogr. Ravenn. 5, 8. in. ubi cf. Porcheron, Ortelius in theſauro Geogr. h. v. Columbus ad Lactantium de mortibus perſecutor. c. 50. ex Cuperi epiſtola, et Oberlin ad Vibium p. 161. Eadem tamen etiam in tab. Peuting. 10. D. unde ſuſpicari licet, *Orientem* ſcriptum eſſe pro *Orontem,* ut volunt viri docti in Lactantio c. l. ubi ſic legitur, ut in Hegeſippo 3, 5. Antiquum nomen fuit *Typhon,* auctore Strabone lib. 16. p. 516. ſ. 750. a Typhone inditum, quem fabula deiectum ibi fulmine narrat; quae forte a Caſio monte et Sirbonide palude, ubi ille latuit, huc translata eſt. Vid. Herodot. 3, 5. *Draconem* antea dictum cum aliis quibusdam ait Malalas in chronogr. lib. 8. p. 84. Ven. *Ophiten* Zonaras 13, 8. quae ad Typhonis hiſtoriam ſpectant, quem draconem fuiſſe quidam putarunt. (Strabo c. l.) *Thapſacus* ex Scylace p. 40. Hudſ. notat Mannert Geogr. T. 6. P. 1. p. 448. et antiquum nomen Perſicum fuiſſe ſuſpi-

catur. Alia de nominibus dabunt Euſtathius ad Dionyſ. v. 919. Ortelius c. l. et Ballu ad Oppian. de venat. 2, 116. p. 195. *Axium* etiam, priſcum nomen, adfert Pococke T. 2. p. 205. idque ex Sozomeni hiſt. eccl. 7, 15. et numo adſtruit, in quo Απαμεων των προς τω Αξιω legitur ex Vaillant hiſt. Seleucid. p. 143. ed. 2. an. 1732. qui putat, ita a Seleuco Nicatore fuiſſe nuncupatum. Inde vero hodiernum, *Aſe*, deducit Pococke. Quod ſi eſt, Orontis nomen in Axium tranſiit. Ipſe Orontes, unde dictus fuerit, varie explicatur; vel ab eo, qui primus in illo pontem fecit, (Strabo c. l.) vel ab Oronte, Meliboeae amatore, (Oppian. cyneg. 2, 120.) vel a Cambyſis filio, (Zonaras 13, 8.) vel quaſi *oriens* ex τῇ Ῥωμαϊκῇ λέξει auctore Tiberio (Malalas in chronogr. lib. 10. p. 98. Ven. et Euſtathius ad Dionyſ. v. 919.) contra quam opinionem recte monet Chilmeadus ad Malalam c. l. Orontem iam a Polybio 5, 59. vocari, qui tamen ante Tiberium obiit. Fontes ponunt in Coele Syria, (Strabo, Euſtath. c. c. l. l.) inter Libanum et Antilibanum iuxta Heliopolin h. Baalbeck, (Plin. 5, 18. ſ. 21. Polyb. 5, 59 f.) quod eandem regionem diſtinctius indicat. Heliopolin autem ipſam inter Damaſcum et Laodiceam auctores conſtituunt ad Libanum. (Antonini itiner. p. 198. et ibi Weſſeling.) Falſo igitur in Bertii tabulis Ptolemaicis ad Iabruda urbem trans Libanum fontes monſtrantur. Quod enim tradit Plinius, egregie confirmat Pococke Tom. 2. p. m. 155. Hinc vero Syriae fluvius omnino vocatur, (Plin. 2, 106. ſ. 103. Vibius p. m. 15.) vel Syrus Orontes. (Iuvenal. 3, 62.) Sed quod Vibius a Caſio monte eum deducit, errat, quippe cuius radices tantum praeterlabitur in curſu ſuo, quod ibi monuerunt viri docti. Ab ortu terram ſubit, (Strabo c. l.) poſt iterum, ubi emerſit, inter Apameam et Antiochiam terrae hiatu, Charybdi, abſorbetur, et ſubter terram per 40 ſtadia labitur, dum iterum prodeat. (Strabo lib. 6. p. 190. ſ. 275.) Porro, quod nexus docet, lacum ingreditur, nec tamen miſcet aquas,

aut largiores evehit; (Plin. 2, 106. f. 103.) cuius lacus etiam meminit Pococke T. 2. p. 204. qui ponit ad extremum Libanum verfus orientem aeftivum, et obftructo amne demum ortum, cum veteres eum ignorent. Praeterfluit Antiochiam, (Strabo priori loco, Vibius c. l.) vel, quod vult Plinius 5, 18. f. 22. eam dividit, de quo ex auctoribus ad Vibium p. 160 fq. quaeritur. Cf. et Polyb. c. l. Oftia eius funt non longe a Seleucia Pieria (Polyb. c. l. Plin. 5, 18. f. 22.) vel 40 tantum ftadiis. (Strabo c. l.) Recentiora nomina varia congeffit Ortelius f. v. Orontes. Cf. et Oberlin. ad Vibium p. 161. Nomen Orontes plane ignorari ab accolis adfirmat Volney T. 2. p. 117. et adpellari tradit *El-aafi* i. e. feditiofus; Pococke T. 2. p. 204. remoto articulo habet *Afe*, Niebuhr *Affi*, Lucas voyage dans la Grèce T. 1. p. m. 285. *Affenfou*, quidam, ut notat Pococke, *Macloub*.

Amanus) Penultima producta. Graeci, ut Strabo, τὸ Ἀμανὸν ὄρος, vel fimpliciter τὸ Ἀμανὸν, fic ut ὄρος ex nexu intelligatur, vel cum aliis coniunctum fubiiciatur, veluti apud Iofephum in antiqu. Iud. 1, 8, 1. Ταύρου καὶ Ἀμάνου τῶν ὀρῶν. Cf. §. 2. Stephanus h. v. Ἄμανον ὄρος (diverfo accentu) πρὸς τῇ Κιλικίᾳ. (Cf. infra ex Vibio.) Hinc adiectivum adiungitur, v. c. apud Valerium Flacc. 1, 493. *in adverfo Amano.* Idem fubplendum puto, cum fimpliciter in cafibus obliquis Ἀμανὸν legitur, et hinc apud Plutarchum in Demetrio c. 48. Dionem Caff. 48, 41. in. τὸ pro τὸν Ἀμανὸν legendum, quod et Stephanus confirmat. Sic apud Latinos fere, veluti Ciceronem, a quo crebra eius fit mentio, in cafibus obliquis reperitur, ut *mons* fubintelligi poffit, et fic *qui mons* continuo fubfequitur in epp. ad diverf. 2, 10. *Amanus* tamen fimpliciter Vibius pag. 18. nempe in recenfu aliorum montium. Nomen eius ex tabula repetit Stephanus, et, qui eum reddidit, Suidas; quod Oreftes ibi τῆς μανίας λύσιν εὗρε. Ab Hebraica voce Amana i. e.

ſirmitas potius derivandum cenſet Bochart. in Chan. 1, 5. Vibius eum dat Cappadociae, Syriae Plinius 6, 56. ſ. 25. ad Ciliciam cum Suida ponit Stephanus; plerique in finibus Ciliciae et Syriae, ut Plin. 5, 18. ſ. 22. Ptolemaeus 5, 8. Nempe, quod adfirmat Cicero ad Attic. 5, 20. *Syriam a Cilicia aquarum divortio dividebat;* et hinc ad diverſ. 2, 10. cum Bibulo, qui Syriam ſortitus erat, communem ſibi illum montem eſſe ait. Quod Vibius Cappadociae tribuit, aliquatenus verum eſt, quia eam quoque ad Syriam Commagenen adtingit, ut notat Strabo 11. p. 359. ſ. 521. Amanus autem, quod ibi docet, Tauri pars eſt, qui prope Syriam dividitur in Amanum et Antitaurum. Cf. etiam lib. 14. p. 465. ſ. 676. Inde *Ἀμανίδες πύλαι* dicuntur, qua verſus Syriam deſinebat, ut notat idem c. l. et Graeci plerumque vocant; Ἀμανικὰς tamen Ptolem. 5, 8. in. Arrian. de exped. Al. 2, 7. in. ex Latinis Curtius 3, 8, 13. et *portas Amani montis* Plin. 5, 22. ſ. 27. Πύλας autem et στενὰ ex ſynonymia variat Polyb. 12, 17, 23. Cf. ad 1, 15, 2. Caute tamen eaedem portae diſtingui debent a *portis Syriis*, quae erant ὅριον Κιλίκων τε καὶ Σύρων, ut adparet ex Strabone 14. p. 466. ſ. 676. et Cicerone in epp. ad diverſ. 15, 4. ubi haec leguntur: *Duo ſunt aditus in Ciliciam ex Syria, quorum uterque parvis praeſidiis propter anguſtias intercludi poteſt.* Commemorantur etiam *pylae Ciliciae*, per quas ex Cappadocia tranſitur in Ciliciam propriam, et luculenter deſcribuntur a Diodoro Sic. 14, 20. in. et Xenophonte de exped. Cyri 1, 4, 4. omnes in itineribus militaribus Cyri minoris et Alexandri M. celebratae. Cf. praeter hos et Polybium c. l. Curtius 3, 4, 7. Arrianus de expedit. Alex. 2, 7, 1. et quae disſerunt interpretes eorum, Graevius ad Cicer. ad Attic. 5, 20. Weſſeling. ad Itiner. Hieroſolym. p. 578. Cellarius in Geogr. ant. 3, 6, 63. et in primis Mannert in Geogr. Vol. 6. P. 2. p. 48 ſqq. ex quibus adparet, nec auctores ſemper accurate diſtinxiſſe, nec viros doctos inter ſe conſentire. Cum

hic Amanides portae potiſſimum conſtitui poſſint, auctores, ii maxime, qui de Darii itinere et tranſitu expoſuerunt, haec notant: Incipiunt poſt Aegas ſ. Aegaeas (Strabo 14. p. 465. ſ. 676.) haud procul ab Iſſo, quare Darius diverſa via inde ab Aſſyria progreſſus in Ciliciam cum eas ſuperaſſet, ad Iſſum pervenit, interea cum Alexander ex Cilicia per Syriacas pylas in Syriam penetraſſet. (Arrianus c. l. aliique antea memorati.) Syriacae vocantur etiam omnino in hac narratione πύλαι ἐν τῇ Κιλικίᾳ, ut a Calliſthene, qui interfuerat expeditioni illi, apud Polyb. c. l. vel ex tranſitu, quem in Syriam patefaciebant, notantur, uti apud Arrian. de exped. Alex. M. 2, 5. in. et, quod ex illa narratione patet, ab hac parte haud procul Iſſo aperiebantur. Poſteriores auctores has pylas Amanidas ignorant; ex recentioribus prolixe de iis expoſuit Pococke T. 2. p. m. 256. ex veteribus minus diſtincte. Ipſe vero Amanus inclaruit Alexandri M. et Darii tranſitu, ut ſuperiora docent, et Ciceronis expeditione et victoria de praedonibus, quales et hodie eum infeſtare adfirmat Pococke c. l. Incolae Ἀμανῖται apud Stephanum; Ciceroni in epp. ad diverſ. 2, 10. ſunt *Amanienſes*. Hodie, quod tradit Belon in obſervat. 2, 107. p. 162. uſitate vocatur *Monte Negro*. Mannert c. l. adfert *Almadaghy*; Borhek in Erdbeſchr. von Aſien T. 3. p. 73. et 175. *Lukau*.

Statim) De locorum propinquitate continua, ut cap. 13, 3. et alibi.

Myriandros) Gr. Μυρίανδρος. Syriae urbem vocant Plin. 2, 112. ſ. 108. 5, 18. ſ. 22. Stephanus h. v. Martianus Capella lib. 6. p. 199. At in Cilicia ponunt Scylax p. 40. Hudſ. Strabo 14. p. 465. ſ. 676. quod et hic ex confinio intelligitur. At quum limites utriusque regionis portis Syriacis ab ipſo Strabone diſerte conſtituantur, omnino potius putem ab illo ibi recenſeri urbes

ad ſinum Iſſicum, qua patet, ſitas, ubi ponunt fere omnes, in quibus Plinius 2, 112. ſ. 108. Agathemer. 1, 4. in. Martian. Cap. c. l. — In ora producit Plinius 5, 18. ſ. 22. ἐν vel ἐπὶ (in cod. Eteon.) τῇ θαλάττῃ Xenophon de exped. Cyri 1, 4, 6. ubi commercium et navium ſtationem commemorat; ad pylas Arrianus de exped. Alex. 2, 6. in. ita quidem, ut ab Alexandro ex Cilicia traiiciente ſuperatas dicat. Quod igitur Stephanus Syriae urbem iuxta Phoenicen facit, arceſſito Xenophonte, id hactenus explicari debet ex Xenophonte de exped. 1, 4, 6. quod Phoenices eam habitarunt, unde etiam Scylax c. l. Φοινίκων vocat. Poſteriores de hac urbe plane ſilent. Gentile in Stephano excidit, quod Berkelius p. 573. et Holſtenius p. 114. fuiſſe putant Μυριανδρηνός. Poſſeſſivum in Stephano manſit in Μυριανδρικὸς κόλπος, quae eſt pars Iſſici, ductum forte ex Herodoto 4, 38. ubi corruptionem immiſſam viri docti probant. Praeterea Μυριανδριτων oſtendunt numi, de quibus cf. Raſche in Lex. num. T. 3. P. 1. p. 1005. et Eckhel in doctr. num. Vol. 1. P. 3. p. 322. Satis vero lepide Myriandros Syriae populos ex hoc Melae loco effingit Ortelius in theſ. Geogr. h. v. uti contra adpellativum μυρίανδρος πόλις de Olyntho dictum apud Agatharchidem de Rubro mari pag. 17. Hudſ. ad noſtram urbem refert interpres. A μυρίανδρος, voce Gr. nomen deductum putat Burmannus MS.

CAP. XIII.

CILICIA.

Cilicia) Nomen quidam inditum volunt a *Cilice* Agenoris filio, ut Hygin. fab. 178. Herodotus etiam 7, 91. Apollodor. 3, 1. in. aliique, quorum aliquos ibi producit Heyne. Fabulosum id censet Bochart. in Chan. 1, 5. et repetit ex חלקים i. e. lapides, quod lapidosa sit terra, unde a Turcis hodie etiam vocetur *tas Wileieth*, i. e. saxosa terra. Iosephus in antiqu. Iud. 1, 6. s. 7, 1. Tharsum olim adpellatam esse ait, nomenque impositum a Tharso, Iavani filio, Iapheti nepote indiciaque eius esse putat Tarsum, Ciliciae metropolim; quam Iosephi opinionem adtigit etiam Stephanus s. v. Ταρσός. Cilicem olim ibi regnasse, tradiderat Diodorus, ut in fragmentis adfertur T. 2. p. 654. Cilices tamen iam occurrunt apud Homerum Il. 6, 397. 415. ita tamen, ut sedes habuerint sub Placo monte ad Theben, de quo consuli potest disputatio Strabonis 12. p. 394. s. 572. et 13. p. 420. s. 611. qui et post illorum migrationes indicat, et quae adtulit Mercerus ad Dictyn Cret. 2, 17. In Herodoto saepius occurrunt prope Armeniam et Cappadociam. Quibus inde terminis conclusa fuerit, ex Mela adparet, cui et addi possunt Strabo 14. p. 459. s. 668. et Ptolemaeus 5, 8. Strabone auctore, facta divisione, dicebatur vel τραχεῖα, vel πεδιάς; τραχεῖαν commemorat etiam Ptolemaeus, etsi aliam adfert divisionem per varias partes descriptam. Aspera, hinc Τραχειῶτις dicta, ut incolae Τραχειῶται, occupabat oram maritimam, cui Taurus imminebat, porrigebatur ad Isauros usque et Pisidiam; campestris a Solis et Tarso patebat ad Issum et Cappadoces, (Strabo c. l.) quae posterior *Cilicia Propria* est apud Ptolemaeum. Ad asperam tota Isauria revocatur a Stephano s. v. Τραχεῖα, quem respexisse videtur Eustathius ad Homer. Il. 2, 633. Alibi vero Stephanus (s. v. Ἴσαυρα)

Iſauriam inter Lycaoniam et Ciliciam ſeorſum producit. Ciliciae tamen et alii quidam Iſaura ſ. Iſaurum tribuunt, et Ciliciae arcem vocat Flor. 3, 6, 5. et auctor epitomes Livii 93. P. Servilium Iſauros in Cilicia domuiſſe ſcribit, etſi minus accurate id fieri putat Dukerus ad Flor. c. l. Sic vero Ciliciae adnexam eſſe ſcribit Ammian. 14, 8. in. et duas inde provincias facit. An a Latinis *Trachea* etiam dicatur, de eo disſerui ad Eutropium p. 508 ſq. Quis vero praeter Strabonem πεδιάδα in eius diviſione dixerit, ignoro, etſi, ſine teſte tamen, Salmaſius in Solin. p. m. 543. ſcribit, Πεδιανοὺς Cilices hinc dictos, quos Latine reddere liceat *Campanos*, unde in Italia adeo et Gallo-Francia regionum nota illa nomina derivat. Alias omnino in Graecis τραχὺς, ut ὀρεῖος et πεδιὰς de natura regionum ſibi obponi ſolent. Hanc tamen, ut recenſus urbium docet, primam et ſecundam vocat Hierocles p. m. 704 ſq. alteram, Iſauriam p. 708. Omiſſa diviſione Scylax, Mela, Plinius Ciliciam continuam unamque a Pamphylia ad Syriam producunt. Feruntur autem Cilices, in primis qui aſperam inhabitabant, boni nautae, ſed nauticae artis abuſu praedones facti, unde paſſim Cilices et praedones coniunguntur, ut apud Ciceron. in Verrin. 4, 10. in. et diſerte *Cilix pirata* dicitur a Lucano 3, 228. et πειρατικοὶ οἱ Κίλικες ab Euſtathio ad Dionyſ. c. l. atque adeo piraticam in laude poſuiſſe notat Sextus Empiricus in Pyrrhon. hypotyp. 3, 24. ubi alia dabit Fabricius. Cf. etiam Appianus in Mithridat. cap. 92. Mores eorum improbi omnino in proverbium abierant, ut docet notiſſimus verſus: Καππάδοκες, Κρῆτες, Κίλικες τρία κάππα κάκιστα. Incola Κίλιξ, *Cilix*, unde *Cilicienſis* et alia ex Lexicis nota. Quando Romana provincia facta fuerit, multis disquirit Noriſius in Cenotaph. Piſan. diſſ. 2. c. 11. p. 213 ſqq. docetque eius aliquam portionem factam eſſe a. u. 681. cum aſperam tenuerint piratae. Cf. et Sigonius de iure provinciar. 1, 11. ubi Ciceronem in Manil. c. 12. ſimul refutat, quod a Pompeio totam Ciliciam Romano

imperio additam narret, cum tamen poftea Eleutherocilices occurrant, qui Romanos vexarint; etfi idem etiam adfirmat Appian. in Mithridat. cap. 106. et 118. Tum vero intelligitur, quod Suetonius refert cap. 8. a Vefpafiano etiam Ciliciam in provinciae formam fuiffe redactam. Cf. ad Eutropium 7, 19. not. 24.

§. 1. *receffu)* Flectentium fe terrarum. Nam ab ipfo ora iterum in occafum vertitur, ipfumque pelagus mediterraneum angufta admodum flexura cohibet, cui ab oppido iuxta olim fito Iffici finus nomen datum eft. Intra vero finum Iffícum et illam flexuram, quam Euxinus facit iuxta Tibarenos et Colchin procurrentem Afiam in mediterraneum Appianus in prooemio [cap. 2.] et Strabo lib. 14. [p. 457. f. 664.] Cherronefum, ceu grandem peninfulam, notat. VADIANVS. Senfus: in ultimo angulo Ciliciae locus eft, ubi olim res magna fuit decertata; in quo de fumma rerum cum Perfis depugnarunt Macedones. Intelligitur autem illa planities 14 ftadia patens inter Pyramum amnem et Iffum urbem, quae erat tota monte claufa et recincta. Inde vocatur *receffus intimus.* Horatius dixiffet *reductam vallem.* [cf. 1. od. 17, 17.] In hoc Alexander M. fecundo Perfas vicit et profligavit. De his campis intelligendus Cicero ad Attic. 5, 20. *caftra paucos dies habuimus, ea ipfa, quae contra Darium habuerat apud Iffum Alexander.* GRAEVIVS *MS.* Errat in *Pyramo*, quem confundit *cum Pinaro*, ut folet in libris etiam fieri. Vid. Freinshem. ad Curt. 3, 8, 28. Berkel. ad Stephan. pag. 426. Cellar. in Geogr. ant. 3, 6, 67. Verum nomen in Graecis etiam varie corruptum, de quo ad Strabon. 14. p. 465. f. 676. tuetur etiam Arrian. de exped. Alex. 2, 8, 8. *Pyramus* enim ulterius per campum Aleium fluit Tarfo propior, uti adparet ex Curtio 3, 4, 7 fq. et Arriano 2, 5, 11. Pugnatum autem eft prope Iffum, cum capta illa urbe Darius ad Pinarum, flumen proximum, proceffiffet. (Arrian. 2, 7, 2. et prae-

ter alios Callisthenes apud Polyb. 12, 17. ubi olim Πύρος parve legebatur.) Hodie *Mahersy*, quod, quia ex duobus vicinis fluviis maior sit, censet Pococke Tom. 2. p. m. 257. ubi etiam monumentorum exstructorum rudera describit. Alii enim volunt esse h. *Delisu.* Ipsum campum instructamque in eo aciem describunt Callisthenes apud Polyb. c. l. Arrian. 2, 8 sqq. Herodian. 3, 4. Diodorus 17, 33. Curtius 3, 8 sq. ex recentioribus Pococke c. l. et Mannert in Geogr. Vol. 6. P. 2. p. 53 sqq. Quod vero *Arbelitis* huc de loco vocatur a Schotto, falsum est, quia id de tertia pugna valet. Sic hanc falso ὑστάτην μάχην dicit Herodianus c. l. Pugnatum autem est a. Chr. 333.

discriminis) Non periculo, ut solet ea vox vulgo sumi, sed sine eius respectu, in quo magna olim res decreta fuit et diiudicata, ut Cic. ad Attic. 16, 15. ubi Graevius in nota hunc quoque locum citat. I. GRONOVIUS *MS.* Nempe *discrimen*, ut saepe apud Ciceronem, est, ubi certatur de summa re, unde eius eventus potest cognosci et diiudicari. Sic Curtius 3, 8, 20. de hac pugna: *tanti discriminis eventus.*

fugientis) Nempe huic secundo proelio demum adfuit, quum primum contigerit ad Granicum inter Alexandrum et satrapas Darii. I. GRONOVIUS *MS.*

spectator) Sic rebus inanimatis tribuit aliquid proprium hominis, quod tamen elegantissimi non dubitarunt facere etiam ante Pomponium, apud quem sic 2, 3. *Marathon magnarum virtutum testis.* Livius 41, 25, 8. *Iovis Olympii templum potest testis esse.* Sic Cicero de offic. 1, 22. in. *Salamis clarissimae testis victoriae.* I. GRONOVIUS *MS.* Notus Horatianus locus 4. od. 4, 38. *testis Metaurum flumen.* Et sic plura occurrunt. Pro eo Rutilius in itin. 1, 499. dicit *Oceanus virtutum conscius,*

et proprie illa verba coniungit Livius 21, 43. f. *virtutis ſpectator ac teſtis.*

Iſſo) Gr. Ἰσσὸς, plerumque, rarius Ἰσσοὶ, ut in Xenoph. de exped. Cyri 1, 2, 24. 1, 4. in. ut Ταρσοὶ 1, 2, 23. 26. In Cilicia omnes ponunt, cuius ἐσχάτην πόλιν (ad orientem) ἐπὶ τῇ θαλάττῃ vocat Xenophon c. l. In utroque concinit Diodor. Sic. 14, 21. in. cum Ptolemaeo 5, 8. aliisque, qui de illa pugna ſcripſerunt. Inter Syriam et Ciliciam, quaſi dubius ponit Stephanus. Quod vero eandem ob Alexandri victoriam Nicopolim vocatam eſſe ſcribit, luculentius errat. Utramque enim aperte diſtinguunt Strabo 14. p. 465. f. 676. et Ptolemaeus 5, 8. qui adeo ab ſinu Iſſico aliquantum removet, contra ac Strabo, qui illi admovere videtur. Si, quod nexus et ſitus prope Dolichen et Germaniciam innuunt, Nicopolis eadem urbs eſt in Antonini itiner. p. 191. et Hierocle p. 713. iudice etiam Weſſelingio, a vero aberraverit Strabo, niſi velis promiſcue et ſine reſpectu litoris urbes proximas recenſuiſſe. Aptiorem tamen in confinio ſinus Iſſici ſedem nominis cauſa flagitet, de quo etiam monuit Cellarius in Geogr. ant. 3, 6, 77. Civis Iſſi, teſte Stephano, Ἰσσαῖος, unde *Iſſicus* deſcendit et Ἰσσιακος oſtenditur in numis; habet tamen etiam Ammianus 22, 15. in. H. *Lajazo* multi vocant, etſi Pococke T. 2. p. m. 253. a quovis veterem Iſſum nunc *Bajas* haberi adfirmat.

celebris) Probatur ex gravi auctore Xenophonte c. l. qui vocat πόλιν μεγάλην καὶ εὐδαίμονα, ut antea 1, 2, 23. Tarſum. Diodoro 17, 32. f. πόλις ἀξιόλογος; Straboni tamen c. l. tantum πολίχνιον, ὕφορμον ἔχον. Unde adparet eam decreviſſe, et caute vereque Melam adpoſuiſſe *tunc.* Celebritas tamen manſit, quam vero illi ſervavit non inſtaurationis opulentia, ſed Alexandri victoriae memoria. Quare et Cicero gloriatur ad diverſ. 2, 10. et ad Attic. 5, 20. quod victoria iuſta imperator

apud Issum adpellatus fuerit. Ab Isso cognominabantur adeo vicinae quaedam urbes, ut Ἀλεξάνδρεια κατ' Ἰσσὸν, (Ptolem. 5, 15. in. et numi, quos recenset Rasche in Lex. num. T. 1. P. 1. p. 321. T. 2. P. 2. p. 987.) pro quo in tab. Peutinger. 10. D. legitur *Alexandria catissoni*, et *cata isson* in Geogr. Ravenn. 5, 8. in. *Ciliciae Alexandriam* vocat Stephanus. Praeterea notandum hic est *celebris* masculine elatum, quod in bonis auctoribus non ita occurrit, certe dubium est, nec imitandum, iudice etiam Ernestio ad Tacit. Annal. 2, 88. f.

sinus Issicus) Gr. κόλπος Ἰσσικὸς, usitate quidem. Passim enim etiam a Cilicia cognominatur. Ita Κιλίκιος κόλπος Theodoret. Philoth. cap. 10. et sic *sinus Cilicius* pro *sinus Issicus*, quod habent reliqui libri, in Orosio substituit cod. Pragensis. Unde conligas, posteriori aetate hoc nomen magis frequentari coeptum esse. *Pamphylium* etiam vocari, notat Eustathius ad Dionys. v. 119. de quo infra. Nominis causa aperta est, et, quod in nota MS. indicat I. Gronovius, ab Issi et Cilicum dominatione maritima valuit. Spectat autem contra insulam Cyprum (Oros. 1, 2. 3, 4. in.) *Romanique aequoris terminus* erat. (Avienus perieg. v. 169.) Quidam tamen eum latissime extendunt sensu laxiori, sic ut Pamphyliam, Chelidonias insulas, adeoque Patara in Lycia adtigerit, quod facit Dionys. v. 119 sq. ubi vid. Eustathius et Salmasius in Solin. p. m. 548. quare et eundem Pamphylium vocari scribit Eustathius. Contra ab altera parte proferunt quidam ad Phoenicen usque, et hinc Aradum in illo a Dionysio v. 510. poni monet Scholiastes. *Syrium mare* vocat Orosius 1, 2. Proprie tamen et usitate prope Issum commemoratur, et Amani montis extremitatibus includitur, (Strabo 12. p. 368. s. 535.) sic ut a Cilicio et Pamphylio mari distinguatur. Hoc vero artiori sensu dicitur etiam *Myriandricus* s. *Myriandenus* apud Stephanum s. v. Μυρίανδρος, ubi Herodotum 4, 38. respicere videtur, etsi ibi

varie libri turbant; *Parthenium mare* etiam vocari, notat Ammian. 22, 15. in. et ipſe ſic vocat 14, 8. H. *Golfo di Scanderoon.* (Pococke T. 2. p. m. 261.)

Ammodes) De hoc ſatis dictum eſt in notis criticis p. 431 ſqq. Eo igitur usque extendit ab hac parte Noſter ſinum Iſſicum. Tum vero videtur eſſe hodie *Capo Mallo*, quod commemorat Pococke T. 2. p. m. 255. cum aliud in hoc tractu promontorium non notetur.

Pyramum) Gr. Πύραμος. Oritur ad ſeptemtrionem a Cilicia in Cataonia, quam percurrit. (Strabo 12. p. 369. ſ. 536.) Diu tamen ſub terra labitur, atque inde ſummo impetu erumpit; tum aperto per Taurum anguſto tranſitu in Ciliciam ruit, multum limi ſecum devolvens, ſic ut oraculum olim praedixerit, ex aucto ad oſtia limo Ciliciam cum Cypro connexum iri. (Strabo 1. p. 36. ſ. 53. 12. c. l. Euſtath. ad Dionyſ. v. 867.) Exit enim in fretum, quod interluit Ciliciam et Cyprum. (Strabo lib. 1. c. l. et in primis lib. 12. ubi ſupra notavi.) Recte igitur εὐρυοδίνης vocatur in oraculo illo et ἠχήεις ab Euphorione apud Tzetzem ad Lycophr. v. 440. Stadii etiam latitudinem illi tribuit Xenophon de exp. Cyri 1, 41. in. Prius nomen Λευκόσυρος fuit, ut tradit Stephanus, quod priſcos accolas ſpectare videtur. *Pyramus* tamen habet etiam Scylax p. 40. Hudſ. Hodie vocari putant *Tahan* ſ. *Gehun*, vel etiam *Quinda.* Cf. Pococke Tom. 2. p. m. 254.

Cydnumque) Gr. Κύδνος; corrupte *Cygnus* in Geogr. Ravenn. 2, 19. Nomen a Cydno, Anchiales filio, ducit Euſtathius ad Dionyſ. v. 875. Oritur in Tauro monte, unde per profundam vallem lapſus Tarſum tranſit. (Strabo 14. p. 463. ſ. 673. Arrianus de exped. Alex. M. 2, 4, 11.) Aquam volvit puram et frigidam (Arrianus c. l. Curtius 3, 4, 8. Stephanus ſ. v. Τάρσος aliique, a Radero ad Curtii locum arceſſiti.) Innotuit maxime vitae

periculo, quod adiit Alexander M. dum amoenitate eius captus, plenus pulveris ac ſudoris in praefrigidam aquam ſe proiecerat, ut narrant etiam Iuſtin. 11, 8, 3. et Plutarch. in Alex. M. cap. 19. Notae porro ſunt epulae, quibus ad oſtium Cleopatra exceperat Antonium. (Plutarch. in Antonio c. 26. Ioſeph. in antiqu. Iud. 14, 23.) Quod auctore Solino cap. 41. ſ. 38. quidam ex alveo Choaſpis derivari tradiderunt, refutat Salmaſ. p. m. 543. Bithyniae fluvium facit Stephanus ſ. v. Κύδνα, qui ſi eſt idem, corruptus eſt, et Κιλικίας cum Holſtenio p. 176. legendum. Noſtro olim virtutem inſitam eſſe putabant, ut podagrae mederetur. (Strabo c. l. Vitruv. 8, 3. Plin. 31, 8. ſ. 2.) Aliis hodie eſt *Kara-Su*, i. e. aqua nigra, aliis *Baradan*, uti refert Oberlin. ad Vibium p. 96. De priori cf. Freinshem. ad Curt. c. l. In tabula *Tahan* fluvium nominavit Pococke, qui prope Mallon fluit, etſi a diverſa parte.

Mallon) Gr. Μαλλὸς ſ. Μᾶλλος; hoc quidem apud Dionem Chryſ. in orat. Tarſica altera T. 2. p. 57. ed. Reisk. Simplici λ legunt MSS. in Stephano ſ. v. Πύραμος. Incolae Μαλλῶται apud Stephanum et Dionem Chryſ. c. l. pag. 39. 56. (ſimplici tamen λ) quales feruntur paſſim Crates, Proclus. Legitur etiam in nummis et pro Μαλλοὶ, qui ad Indiam pertinent, ex MSS. recte emendabat in Arriano de exp. Alex. M. 2, 5. f. Gronovius, ubi nunc Schmiedero debetur Μαλλωτοὶ, vel quod ex notae indicio edi voluit Μαλλωταί. Μαλλώτιδα de agro dicit Strabo c. l. In conditoribus discrepant Strabo lib. 14. p. 464. ſ. 675. et Stephanus h. v. Ille κτίσμα facit Amphilochi et Mopſi ex Apolline et Manto; hic a Mallo ſimpliciter, quibus aliam cauſam addit Euſtath. ad Dionyſ. v. 875. ἀπὸ μαλλῶν, quos raptos ibi corvus depoſuerat. Ἀργείων ἀποίκους vocat Arrian. 2, 5. f. ex quo Strabonis ſententia confirmatur. Amphilochus enim Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος condiderat, ut refert Apollodor. 3, 7. f. et in primis Thucyd. 2, 68. cum adnotationibus doctorum viro-

rum. Tum, quod validius eſt, oraculum Malli habuit Amphilochus, quod omnium ſua aetate veraciſſimum praedicat Pauſanias 1, 34. Cf. Heyne ad Apollodor. c. l. Hinc et Alexandrum ibi Amphilocho parentaſſe tradit Arrianus c. l. Urbs ſita erat in loco edito. (Strabo c. l.) Deſertam iacuiſſe Pompeii tempore, ex nexu ſuſpicari licet apud Appian. in Mithrid. c. 96. quod eam piratis habitandam conceſſit.

praeterfluit) Quod narrat Scylax p. 40. Hudſ. adverſo amne Pyramo ad eam navigatur, ad viciniam urbis ex Noſtro referri debet, cum in excelſo loco ſitam fuiſſe proxima nota declaraverit. At egregie disſentit Ptolemaeus 5, 8. qui cum maritimam urbem faciat, oſtia tamen fluvii eius ab urbe longius removet. Quae ita ex Strabone c. l. conciliari ſtudet Mannert in Geogr. Vol. 6. P. 2. pag. 60. ut ad Margaſa vicum et emporium ipſius urbis prope oſtium referatur. At vel ſic nimis urbem a fluvio removere ex numerorum forte corruptione videtur. Ipſe autem ſingulorum ſitus et ſeries optime ex Alex. M. itinere apud Arrian. 2, 5. f. et Curt. 3, 7, 5. conſtituitur hoc ordine: Tarſus, Cydnus, Pyramus, Mallus, Iſſos. Cum igitur Mela dixit *propior Iſſo*, nihil aliud voluit indicare, quam, ſi quis ab Iſſo proceſſerit, priorem habere Pyramum, qui Mallon praeterfluat, quam Cydnum, qui per Tarſum ultra exeat.

Tarſum) Gr. Ταρσὸς, paſſim tamen etiam Ταρσοὶ, ut apud Xenophontem de exped. Cyri 1, 2, 23. et, quos ibi producit Morus, Heſychium et Philoſtratum in vita Apoll. 1, 7. 6, 34. Adde, quod etiam hac forma, addita inſuper adſpiratione, in Reineſii ſyntagm. inſcrr. antiqu. 7, 20. reperitur: *Iudaeus Tharſis oriundus.* In ſcriptura ſacra Tarſis (תרשיש) vocari quidam putant, ex veteribus Ioſephus in antiqu. Iud. 1, 6. f. 7. et auctor libri Iudithae 2, 13. etſi hic incerta lectione. *Tharſis* olim etiam

Ciliciam vocatam, et poſt adſpiratione omiſſa *Tarſus* factum putat Freculphus Chron. T. 1. lib. 1, 27. At multa ſunt, quae obſtent. Tarſus enim portum non habuit, et in mediterraneis urbibus commemoratur. (Plin. 5, 22. ſ. 27. Ptolem. 5, 8.) Porro argenti venis nunquam ita inclaruit, ut quaſi praecipua eius metalli patria ab Ezechiele 27, 12. adpellari potuerit. Tum ex Palaeſtina per ſinum Arabicum nemo naviget, et hinc tertio demum anno redeat, et quae ſunt alia, quibus illam opinionem retudit Michaelis in Geogr. Hebr. ad Geneſ. 10, 4. P. 1. p. 82. praeeunte Bocharto in Phaleg 3, 7. qui Tarteſſo in Hiſpania vindicarunt; cum contra recentiorum quidam תרשיש nomen proprium eſſe negent, et de Oceano explicent; de quo cf. Paulus Memorabilien P. 5. p. 103 ſqq. Plerique ab aliis fontibus Tarſi nomen derivant et explicant; veluti a Bellerophontis lapſu, ex quo, cum plantam pedis (τὸν ταρσὸν) laeſiſſet, claudicavit, quod tamen alii ad Pegaſum eius equum referunt, (vid. Stephanus ſ. v. Ταρσὸς, et ex eo Euſtathius ad Dionyſ. v. 867. qui multa dabunt, Geneſius de rebus Conſtantinopol. lib. 3. p. 51. Ven.) alii de Perſeo narrant; (Malalas in Chronogr. p. 15. Ven. Glycas Annal. P. 2. p. 108. Ven.) vel a τερσανθῆναι, quia poſt diluvium terra aquis obruta in Tauricis montibus primum adparuerit; (Stephanus, Euſtathius, Geneſius c. c. l. l.) unde et urbem ipſam *Terſus* dictam volunt, de quo nomine ex numis prolixe disſeruit Eckhel in numis vett. anecdot. Tom. 2. p. 235. denique a τερσαίνω, quod fructus ibi primum ſiccatos ad hiemem ſervaverint homines. (Eratoſthenes apud Stephanum et Euſtathium.) Nec magis in conditore conſentiunt. Sic commemoratur *Sardanapalus*, qui uno die opus perfecerit; (Strabo lib. 14. p. 462. ſ. 672. ex antiqua inſcriptione, Stephanus c. l. Syncellus p. 152. ſ. 165.) *Perſeus*; (Solin. cap. 41. ſ. 38. Ammianus 14, 8. et quos ibi nominat Valeſius) cuius indicium etiam exſtat in urbis numis; (vid. Eckhel de doctrina num. P. 1. Vol. 3. p. 74.)

Erichthonius ita, ut post Semiramis amplificaverit, desolatam uno die Ninive rex excitaverit, quod antea de Sardanapalo notavi; (Genesius c. l.) *Sandan*, Aethiops. (Ammian. c. l. cum nota Valesii.) Ἀργείων ἄποικον facit Stephanus et ante eum Strabo 14. p. 463. f. 673. Ex quibus quidem antiquitas urbis satis declaratur. Quod tradit Malalas c. l. ante ibi steterat vicus *Andrasus*. Alia nomina post imposita, quae tamen cognomina potius aut epitheta habenda sunt, ut ἱερά, recenset Stephanus. Celebritatem eius testantur multi. Sic a Xenophonte de exped. Cyri 1, 2, 23. adpellatur πόλις τῆς Κιλικίας μεγάλη καὶ εὐδαίμων, Diodoro 14, 20. μεγίστη τῶν ἐν Κιλικίᾳ πόλεων, Stephano ἐπισημοτάτη, Paullo, eius alumno, in act. apostolor. 21, 39. οὐκ ἄσημος πόλις. Ex Latinis Ammian. c. l. *urbem perspicabilem* vocat, vel, ut vult Salmasius ad Solin. p. m. 543. *perspicuam*; Plinius 5, 22. f. 27. *liberam*, unde et κοινον, κοινοβουλιον in numis imperatoriis legitur; quod beneficium ab Antonio conlatum (Appianus de B. Civil. 5, 7.) diu servarunt. Μητρόπολις non solum dicitur in auctoribus, (Iosepho c. l. Dione Chrysost. T. 2. p. 8. Lipf. Hierocle p. 704.) sed et in multis numis. Inclaruit praeterea philosophiae studio aliisque artibus doctorumque virorum natalibus in primis Paulli apostoli. (Strabo c. l. et Actor. 22, 3. Breithaupt de claris Tarsensibus, Goetting. 1748. 4.) In Imperatorum honorem varia adsumsit cognomina, ut Ἰουλιόπολις, (Dio 47, 24.) Ἀδριανή, (in numis, de quibus Eckhel in doctrina num. Vol. 1. P. 3. p. 76.) olim etiam, teste Stephano, *Antiochia*. In mediterraneis urbibus recensent, ut supra notavi, Plinius et Ptolemaeus, quare corruptum numerum in Strabone 14. p. 463. f. 673. non temere putat Cellarius in Geogr. ant. 3, 6, 70. sic ut pro 5 stadiis, quibus a mari removet, 50. legendum esse recentiorum etiam testium auctoritate motus censeat. Incola Graecis Ταρσεύς, et, quod ex Eratosthene notat Stephanus, Ταρσηνός etiam, ubi Holstenius p. 314. addit

ex Diogene Laertio 4, (ſic pro 9. ſcr.) 7. f. Ταρσικός. Sed et noti ſunt Dionis Chryſoſtomi λόγοι Ταρσικοί. Latini *Tarſenſis*. Plura dabunt de hac urbe conlecta Vindingius in Hellene p. 462. (Gronov. theſ. Vol. 11.) Breithaupt c. l. Belley ſur les monumens de la ville de Tarſe in Memoires de l'academie des bell. lettr. — de Paris Tom. 37. p. 340 — 362. Nomen priſcum et hodie retinuit, non item opulentiam. (Pococke T. 2. p. m. 255. Belon vero obſervat. 2, 99. pag. 136. illi hodie tribuit nomen *Hama* ſ. alias *Hamſa*.) Non procul inde, ubi h. *Adana*, ruinas cerni, locum paucis incolis habitari teſtatur Lucas voyage dans la Grèce T. 1. p. 349.

§. 2. *piratis*) Quales fuerunt in primis Cilices, adiunctis quidem ſociis. Inde *bellum piraticum* dicitur, de quo Florus 3, 6. et paſſim Cicero de lege Manilia, Plutarchus in Pompeio cap. 26. Appianus in Mithridat. cap. 92. qui cap. 56. f. λῃστρικὸν πόλεμον vocat. — Hinc λῃστρίδες Κίλισσαι paſſim apud Plutarchum, ut in Craſſo cap. 10. in Sertorio cap. 7. ſc. νῆες, quod addit in Antonio c. 32. in. Diodor. Sic. 15, 95. in. pro quo πειρατικαὶ νῆες dicuntur a Plutarcho in Pompeio cap. 45. Ex Cilicia autem aſpera id malum eruperat, ideoque, licet Syri, Pamphylii aliique Orientis populi piraticam facerent, Cilicibus tamen in primis tributum eſt, uti docet Appianus c. l. Ceterum vox *pirata*, proprie Graecae originis, a Latinis recepta et crebro uſu frequentata eſt. Latine *praedones maritimi* dicuntur, ut in Nepote 2, 2, 3. Utrumque coniungit Sextus Rufus cap. 12. f.

adſignante) Appianus in Mithridat. cap. 96. refert, Pompeium piratis devictis Mallum, Adana, Epiphaniam, et ſi quod erat oppidum Ciliciae aſperae, habitatum conceſſiſſe. Sed Noſtrum confirmat Strabo lib. 14. p. 462. ſ. 671. eamque urbem tunc λειπανδρήσασαν

fuiſſe dicit, quod omnino congruit cum Appiani narratione in Mithridat. c. 96. qua Pompeius piratis πολίσματα ἔρημα καὶ ὀλιγάνθρωπα adtribuit. Subacta autem illa urbs fuerat a Tigrane Armeniae (Solin. c. 41. ſ. 38.) et, ut omnino Cilicia, (Appian. de reb. Syr. cap. 48. f.) devaſtata. (Dio Caſſ. 36, 20.)

Soloe) Gr. Σόλοι, quam terminationem Noſter per *oe* reddit, ut 2, 1, 2. *Arimaſpoe* et *Hamaxobioe.* Sed et ita alii etiam ſolent, ut *Hemerodromoe* boni codices in Nepotis Milt. 4, 3. ubi vid. Keuchen. et Boſius; Plin. 6, 35. ſ. 30. *Nigroe.* Sed cf. Oudendorp. ad Lucan. 2, 593. Grotius ad 3, 180. et Muncker. ad Hygini poet. aſtron. 2, 2. Libri inter utrumque fluctuantur paſſim, nec tulit *oe* in Germanici Arateis v. 25. et 63. Buhlius. Una vero ſyllaba efferendum eſſe *oe*, docet metri ratio in *Evoe* apud Horat. 2. od. 19, 7. et alibi. Ut a Solis Cypri urbe cognomini diſtinguantur, paſſim additur Κιλίκιοι, ut in Polybio 22, 7, 10. et ſic Plinius 5, 22. ſ. 27. *Soloe Cilicii.* Nomen eius a Solone (κέκληται) ducunt Stephanus h. v. et auctor vitae Arati in. Diogen. Laert. 1, 4. ſ. 51. (ᾤκισε κ. ἐκάλεσεν) Euſtathius ad Dionyſ. v. 875. auctor anonymus de incredibil. c. 21. in Gale opuſ. p. 95. (ᾤκισε hic) At Plutarchus in Solone c. 26. Solos tantum in Cypro novit, quos Philocyprus, inſulae rex, in Solonis honorem, mutato priſtino nomine Aepea, ita vocavit. Et ſolet utraque urbs paſſim confundi, ut docetur in opuſculis ab Ackermanno conlectis p. 90. et hinc inter utramque incertus pendet Suidas ſ. v. Σόλων et Σόλοι, et Vindingius in Hellene p. 463. (Gronovii theſ. Vol. 11.) de Cypro veriſimilius putat, quod ibi Athenienſes habitarint. At utrumque ſtare poteſt, quia de Cypri urbe id commemoratur ante eius conloquium cum Croeſo, ex quo Ciliciam petiit, ubi Solos inſtituit. Conſtantior et certior videtur eſſe auctoritas eorum, qui cum noſtro originem urbis ab Archivis ſ. Achaeis et Rhodiis deducunt, de quo

cf. Strabo 14. p. 462. f. 671. Euſtath. c. l. Hinc vero paſſim Rhodii maxime cognationem cum hac urbe iactant propter communem originem ex Argis. Cf. Polyb. c. l. Liv. 37, 56, 7. In maritimis ponit Ptolemaeus 5, 8. et *maritimam* vocat Tacitus Ann. 2, 58. f. in quo conſentit Xenoph. de exped. 1, 2, 24. Quod ad Pinarum (Πίνaρον vulgo) ſtatuit Theophraſt. in hiſt. plantar. 2, 3. ſive Pinarum ibi legas, ſive Pyramum, a vero ſitu recedit; quia non procul a Solis erat fluvius *Latmus*, (Strabo c. l.) ſ. *Lamus*, (Ptolem. 5, 8.) quod verius nomen cenſet Mannert in Geogr. Vol. 6. P. 2. p. 69. Theophraſtum tamen ſequitur Apollonius Dyſcolus in hiſt. comment. cap. 43. Error inde patet, quod ab Alexandro iuxta illum fluvium pugnatum fuiſſe addunt. Innotuit maxime urbs *Soloeciſmi* verbo in rhetoricis, etſi quidam ad Cypri urbem referre malint, et certe dubium faciat Suidas c. l. Sed cf. Sallier ſur les mots Solecifme et Barbariſme in hiſt. de l'academie de Paris T. 3. p. 313 ſqq. et qui nominantur in Allgem. Welt Geſch. Vol. 4. p. 650. Tulit viros doctos, in quibus Chryſippum, Stoicum, Philemonem, poetam comicum, et Aratum, aſtronomum. (Strabo c. l.) Incolae vocantur Σολεῖς, in Cypro Σόλιοι, uti diſerte monent Diogen. Laert. c. l. Strabo 14. p. 470. f. 683. auctor vitae Arati, Euſtath. c. l. Utrumque tamen promiſcue ex numis profert Raſche in Lex. num. T. 4. P. 2. p. 1358 ſqq. et Σολιων Ciliciae etiam tribuendum cenſet Eckhel. in doctrina num. P. 1. Vol. 3. p. 68. Quod Noſter addit *Pompeiopolin* poſtea vocatam eſſe, confirmant plurimi et a Pompeio nomen ducunt, a quo urbs inſtaurata fuit, (*ἀνεκτίσθη* Stephan. ſ. v. *Σόλοι*) uti eadem de cauſa Eupatoria nomen *Magnopolis* accepit, (Strabo 12. p. 383. ſ. 556.) vel *Pompeiopolis*. (Plin. 6, 2. f.) Noſtra a Graecis ſcribi ſolet Πομπηϊούπολις, (Strabo c. l. Appianus in Mithrid. c. 115. —) etſi docti quidam viri ex numis ſollicitant, quippe in quibus legitur gentile Πομπηιοπολεἰτων. Cf. Raſche in Lex. num. T. 3.

P. 2. p. 1682. Eckhel c. l. Notat tamen Stephanus h. v. Πομπηϊόπολις etiam a quibusdam fcribi; et fic vere legitur in Dione 36, 20. Sic etiam in infcr. Gr. apud Gruter. p. 1084. n. 4. Latini pofteriorem hanc formam, ut in fimilibus exceperunt, quod etiam infcriptiones teftantur. Cf. Donii infcrr. p. 274. n. 180. Ita quam Zofimus 4, 10, 5. Μαρκιανούπολιν vocat, *Marcianopolis* eft Ammiano 27, 4. ad quem cf. Reitemeier. 1, 42, 2. Sic Κωνσταντινούπολις a Dionyfio v. 145. Latinorum *Conftantinopolis* dicitur, et fic alia. In Caroli a S. Paulo Geogr. facra c. notis Holftenii 1754. p. 29. fcribitur Πομπιούπολις. Quod Gefnerus in thefauro L. L. fub h. v. ex Solino fine diferta tamen loci mentione fcribit, poft *Traianopolis* nomen nactam effe, quia ibi mortuus fit Traianus, falfum eft, et ad Selinuntem Ciliciae pertinet, ut ex Dione 68, 33. intelligitur. Hodie ruinis demerfa evanuit.

Arati) De quo in nota proxima. De tumuli vero mira natura quis praeter Melam fcripferit, ignoro cum Voffio, qui tamen ibi fepultum fuiffe ex Arati vita refert. In Antaei tumulo fimile aliquid evenire tradit infra 3, 10. f.

disfiliant) Vitruvius 8, 3. *faxa Ciliciae, quae neque ignis, neque ferrum poffunt per fe disfolvere, quum ab igne fint percalefacta, disfiliunt aceto fparfo. Disfiliunt* i. e. rumpuntur, ut de pecoribus 3, 6, 6. CIACCONIVS.

Corycos) Gr. Κώρυκος. Ptolemaeus 5, 8. hinc Ciliciae propriae initium facit. Strabo 14. p. 459. f. 668. etfi ipfius oppidi non meminit, in ultima Cilicia afpera locat, quia campeftris initium a Solis facit. Alii omnino in Cilicia ponunt, ut Stephanus h. v. Hoc oppidum (nam fuit etiam Corycos in Pamphylia) propter portum in Cicerone ad diverf. 12, 13, 8. intelligendum effe ex

Mela iudicat Graevius, nec, opinor, erat, quod Corte dubitaret, ad quam regionem referenda eſſet. Gentile Κωρύκιος, *Corycius*, et hinc Κωρυκιώτης auctore Stephano h. v. et ſic a cultu Mercurius Κωρυκιώτης in Orphei hymno 27, 8. Ipſa haec vox legitur in multis numis. Τὸ γ a poetis in gentile corripitur, in ipſo etymo, ſi quidem cognominem Pamphyliae urbem ſpectes, ancipitem habet uſum, de quo Schrader. ad Avien. v. 1016. Recentius nomen varie proditur notatum in Ortelii theſauro et Ferrarii Lexico h. v. ut *Corcur*, *Curcho*. Dapper de l'Archipel p. 169. adfert *Coruco* ſ. *Corcos*. In tabulis Geogr. inveni *Courcou*.

portu ſaloque) Hinc Ἑρμείαο πόλιν ναυσίκλυτον ἄστυ Κωρύκιον apud Oppian. in Halievt. 3, 208. quod comprobant numi, in quibus ναυαρχίς dicitur. Vid. Raſche in Lex. num. T. 1. P. 2. p. 1026. et Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 3. p. 53. Ceterum portum indicavit etiam Plin. 5, 22. ſ. 27. In Strabone 14. p. 461. ſ. 670. f. Κώρυκος ἄκρα memoratur. — Verbo autem *incingi* ita fere infra 2, 5, 6. utitur, ut alii ſimplici. Gr. περιέχεσθαι.

tergore) Lib. 2, 5, 6. *anguſto aggere continenti adnectitur*. Livius 29, [35, 13.] *quod* (promontorium) *tenui iugo continenti adhaerens in aliquantum maris ſpatium extenditur*. CIACCONIVS. Iugis, vel faucibus, vel ſpatio terrae oblongae. I. GRONOVIVS *MS*. 1. Prout multae aliae civitates talem ſitum quaeſiverunt et elegerunt, ut ſic ex continenti nullus in ipſorum urbem intrare poſſet invitis ipſis, quum anguſtias illas, quibus continenti adhaerebant, facile praeſidiis poterant munire. Unde et Carthago nova in Hiſpania et vetus in Africa a Polybio [10, 10.] et Livio [26, 42. f.] ſic deſcribuntur. I. GRONOVIVS *MS*. 2. Ita Gordii ſitum prolixius deſcribit Curtius 3, 1, 13. *Iugum* vocat etiam Livius 26, 42, 9. quod urbem in mari ſitam continenti adnectit.

§. 3. *Specus)* Servius ad Virgil. Georg. 4, 127. *antrum* vocat *famoſum paene ab omnibus celebratum;* Stephanus ſ. v. Κώρυκος, (etſi commiſcet) ἄντρον Νυμφῶν, ἀξιάγαστον θαῦμα, et ſic plures omnino Κωρύκιον ſ. Κωρύκειον ἄντρον memorant, ut Ariſtoteles ille de mundo cap. 1, 3. Cebes cap. 26. Deſcripſit Strabo lib. 14. p. m. 461. ſ. 671. in. ex quo Noſter aliqua hauſiſſe videtur. Ex Noſtro ſuos agros irrigavit Solinus cap. 41. ſ. 38. Simpliciter enim tantum indicat Plinius 5, 22. ſ. 27. quo uti alias ſolet. Fuerunt tamen, quod ex Strabone et Noſtro intelligitur, duo, qui ex nexu, et ſignis adpoſitis iudicari et diſtingui debent. Alter Typhoneus in fabulis maxime celebratur, ut apud Pindarum in Pyth. 1, 32. ubi Κιλίκιον ἄντρον dicitur Apollodor. 1, 6, 3. et quos produxit Freinshem. ad Curt. 3, 4, 10. Fuit porro Corycium antrum non minus celebre in Phocide iuxta Parnaſſum, quod commemoravit Herodotus 8, 36. eleganter culteque deſcripſerunt Aeſchylus in Eumen. v. 22. et Pauſan. 10, 32. adtigerunt plures, in quibus Strabo 9. p. 287. ſ. 417. Antigonus in hiſt. mirab. cap. 141. Plutarch. de Pythiae orac. in. aliique, quos magno numero excitavit Ilgen ad Homer. in Apoll. Pyth. v. 189. p. 318. De utriusque diverſitate cf. Barneſ. ad Euripid. Bacch. v. 559. Hinc vero *antra Corycia* recte dicit Plinius 31, 20. ſ. 2. Omnium vero, quod equidem ſciam, copioſiſſime de hoc Melae antro eiusque deſcriptione expoſuit Salmaſius ad Solinum p. m. 544 ſq. Tractavit etiam noſtrum locum et adiecta verſione docte explicavit Caylus ſur l'antre de Coryce, in hiſtoire de l'academie des inſcrr. de Paris Tom. 29. p. 154 ſq. qui etiam Cebetis antrum Corycium huc maxime accommodatum putat. Nominis vero cauſa dispar. Noſtrum a *Coryco* urbe nomen nactum eſt, illud ad Parnaſſum a Nympha Corycia, ut tradit Pauſanias 10, 6. et 32. in. Inde Nympharum antrum dicitur, a Strabone lib. 9. c. l. ubi γνωριμώτατον καὶ κάλλιστον vocat et a Cilicio

ſeiungit. Hinc *Corycides Nymphae* apud Ovid. Metam. 1, 320. in Parnaſſo nominantur. Longa hic eſt diſputatio Voſſii contra Salmaſium, qui nimis cupide Melam ad Strabonis deſcriptionem adigere tentaverat; ſed cum totam excutere nunc dubitem, potiora tantum delibaſſe et adſperſiſſe ſufficiat. Si, quod par erat, in plerisque conſentiunt, ſunt etiam, quae diſcrepent, etſi leviora illa, et quae ex parte componi poſſint. Quod enim Strabo 20 ſtadiis ultra Corycum promontorium ponit, et ipſum ſpecum *κοιλάδα κυκλοτερῆ* dicit, quae habeat *περικειμένην ὀφρὺν πετρώδη ἱκανῶς ὑψηλὴν*, ita ſtare poſſint, ſi cum Mannerto in Geogr. Vol. 6. P. 2. p. 75. intellexeris de profunda valle, continuo montis tractu clauſa, per quem deſcenſus pateat. Ita etiam, quod maxime in monte mari impoſito moratur Salmaſium, quem male promontorium exiſtimari monet Voſſius, narratio de amne expediri poteſt, ſi ex remoto latere eum profilire cogites. Ipſius vero antri ſingularis et mira natura adeo Melam percuſſiſſe videtur, ut eius deſcriptionem vividiſſimis coloribus exornarit verborumque ſplendidiſſimis luminibus inluſtraverit, recteque Harduinus ad Plin. 5, 22. ſ. 27. pronuntiat, tam eleganter haec ſcripta eſſe, ut nihil concinnius, nihil ornatius uspiam legi poſſe videatur. Kappius etiam ad h. l. quia nemo, niſi oculis viderit, tam ſcite apteque deſcribere poſſit, Melam in Cilicia fuiſſe ipſumque perluſtraſſe hinc coniicit. Ceterum etiam *croco* inclaruit hoc antrum, quem optimum hic naſci adfirmat Strabo, etſi alii, ut Solinus c. 41. ſ. 38. in vicinia volunt. Hinc vero *Corycium crocum* plures commemorant, quorum loca adpoſuerunt ad Curtium 3, 4, 10. Freinshemius et Cellarius. De diverſo genere vocis *ſpecus*, quae hic maſculino effertur, cf. notae criticae ad 1, 19, 7. p. 584. De ſubiecta voce *ingenio* eiusque ſimili ſupra dixi ad 1, 7, 5. p. 192.

patens) Pro ſimplici et vulgari habet grandem hiatum, quae magna eſt verbi elegantia ad rem vividius

declarandam. Ita nempe verbis generis ea ſubſtituunt, quae proxime rem expoſitam declarent, eiusque naturam, ſpeciem, formam, modum ſenſibus ſubiiciant. Exempla plura congeſſi in diſſertatione de Mela cap. 7. Similia ſubminiſtrat etiam haec antri deſcriptio.

montem) Solinus c. l. *Specus, qui montem impoſitum mari ε ſummo cavat vertice, patulus hiatu ampliſſimo.* De ipſo monte adeo dictum eſt.

clivo) Deſcenſum explicat hic Olivarius, quem ideo reprehendit Salmaſius ad Solin. p. m. 544. ſubpreſſo quidem nomine, etſi ipſe de deſcenſu dici poſſe non negat, probatque ex Gr. κλιτὺς et Virgiliano loco eclog. 9, 8. ubi: *qua ſe ſubducere colles incipiunt, mollique iugum demittere clivo.* Sed ex nexu talia in diverſo motu et progreſſu, ut *acclivis* et *declivis*, reguntur. *Clivus* etiam in gloſſis Gr. explicatur ἀνάβασις. Gravius eſt, quod Strabonem a Mela male intellectum eſſe iactat; nempe cum ille ad 20 ſtadia ſupra Corycum promontorium ponat hoc antrum, Melam id ad ipſum montis huius verticem retuliſſe, et numerum minuiſſe, quia illa altitudo modum excedere videretur, cum Strabo tantum dicat, ὀφρὺς ἱκανῶς ὑψηλή. At quod monet Voſſius, Strabo de ipſius antri lateribus loquitur, quibus in obpoſita montis parte ſpecus ille utrimque praecingitur; Mela de clivo montis adſito mari. Neque tantum aberrare a vera ratione Noſter potuit, ut intervallum de altitudine clivi intelligeret. Sed ipſa antri ſpecies, quae fuiſſe videtur, ſatis ſupra eſt declarata.

viret) Sic Rutilius in itin. 1, 283. *viret denſis vicinia lucis.* Eleganter vero et hoc pro habet, ibi ſunt. Alio colore de Trinacrio ſpecu Gratianus in Cyneget. v. 431. *cavique introrſus reditus, circum atrae moenia ſilvae.* De lectione loci in verbis *pendentibus* et *contemplari* conſuli poſſunt notae criticae ad h. l.

ſatiet) Videtur hoc imitari Plinius 37, 16. ſ. 5. *ſmaragdi ſoli gemmarum contuitu oculos implent, nec ſatiant.* I. GRONOVIVS *MS.* Ita Muſaeus in Hero et Leandro v. 78. κόρον δ' οὐχ εὗρον ὀπωπῆς, ubi cf. Röver. Ita infinita ſuavitas ét plane ſingularis eius vis in ſenſus indicatur. Sic et *ſatiare* ſaepe a Latinis dicitur, quod vel Lexica docent et κορέννυμι cum cognatis a Graecis. Hinc πλησμονὴ coniungitur ſenſu proprio apud Max. Tyr. 16, 1. f. Plutarch. in Qu. Rom. p. 133. (Vol. 7. Lipſ.) — Virgil. Aen. 6, 487. *Nec vidiſſe ſemel ſatis èſt, iuvat usque morari.*

aſper) Strabo καταβάντι εἰς αὐτὴν ἀνώμαλόν ἐστιν ἔδαφος καὶ τὸ πολὺ πετρῶδες.

quingentorum et mile) Solinus habet duo milia et quingenta paſſuum, quod probat Salmaſius c. l. tamquam verius, quod Strabo ſcribat 20 ſtadia. Sed haec aliena hinc eſſe, et intervallum inter ſpecum et promontorium indicare, iam monui. Nec pugnat, quod ſupra in adſcenſu poſuit 10 ſtadia, quae tantum efficiunt 1250 paſſus, cum adſcenſus fiat extra ſpecum inde a montis radicibus, deſcenſus ſit in interiori ſpecu, qui altius demittitur in cavam vallem.

agreſte) Haec ex illis Strabonis verſa eſſe putat Salmaſius [p. 546. c. l.] μεστὸν ὕλης ἀειθαλοῦς τε καὶ ἡμέρου; Melam vero hic legiſſe ait ἀνημέρου. Sed quid fructibus cum ſono? Strabo ait ſpecum Corycium plantis perpetuo virentibus et mitibus refertum eſſe fructibus. Mela vero dicit, ſilvas aſperum et agreſtem edere ſonum, utpote quae auris aquarum adlabentium ſemper adflentur et horreſcant. Nulla ergo comparatio poteſt inſtitui vel hic, vel in ſequentibus verborum Strabonis et Melae, cum diverſa de hoc ſpecu prodiderint uterque, non tamen contraria. Omnia fere, quae de ſpecu hoc narrat Strabo,

habet etiam Mela; hic autem multa habet, quae non leguntur apud Strabonem. VOSSIVS. Hoc poteſt fieri per ramos et folia, quae vento moto ſolent edere ſtrepitum. Sed auctor videtur hoc *reſonare* per ſequentia voluiſſe indicare, notata eius cauſa. Nempe per aliquot rivos ex cacumine defluentes, qui ſonus quum ſit mere naturalis, ideo dicit, *reſonare quiddam agreſte*, quia naturalis lapſus ſtrepitus dulcior eſt omni artificio, unde videtur diſtinctio hinc removenda. *Opaca ſilvae* ſumſit ex Virgilio Aen. 2, 725. *opaca locorum*. I. GRONOVIVS *MS*. Sic *opaca viarum* Virgil. Aen. 6, 633. et ſimilia. De re Mela nihil aliud vult indicare, quam ſtrepitum ferum, vaſtum, qui ſenſus gravius feriat, quod facit ad augendam miram ſpecus naturam.

rivis) Solinus: *hinc inde fontium adſidua ſcaturigine*, et de Corycio antro in Phocide Pauſanias 10, 32, 5. ὕδωρ τὸ μὲν ἀνερχόμενον ἐκ πηγῶν, πλέον δ' ἔτι ἀπὸ τοῦ ὀρόφου στάζει. — Amnem infra commemorat Noſter; et ſic paſſim ſimilia antra reperiuntur. Notabile in primis eſt antrum in Anglia prope Caſtletonium urbem, quod vulgo vocatur *Devil's Cave*, et magnam cum Corycio habet ſimilitudinem. Vid. Buffon Allgem. Natur-Geſch. P. 3. p. 56. Berol. Moritz Reiſe in Engell. pag. 218 ſqq. Duo ibi manant fluvii, auditurque quaſi concentus muſicus. Moritz, dum propius acceſſerat, ſe vidiſſe adfirmat pluvias guttulas eſſe, ex ſaxo deſuper labentes. Idem forte eſt antrum, quod in Britannia notavit Clemens Alex. de quo paullo poſt.

Ubi ad ima) Solinus: *Ubi perventum ad ima primi ſinus, alter rurſus ſpecus panditur*. Melam et hic cum Strabone comparat Salmaſius, et malum interpretem egiſſe criminatur. Strabo enim ita: Ἔστι δὲ ἄντρον αὐτόθι ἔχον πηγὴν — Nempe quia Melae invito et reluctanti Strabonis interpretationem obtrudit.

cymbalorum) Tamquam huius inftrumenti fonitus in campis et nemoribus olim auditus fuerit magis, quam aliorum muficorum organorum; unde repetit ad agros Aethiopiae 3, 9. I. GRONOVIVS *MS.* Cymbalum eft fignum praefentis Bacchi. BVRMANNVS *MS.* Idem de antro narrat in Britannia, quod cymbalorum ad numeros pulfatorum fonum referat, Clemens Alex. Stromat. lib. 6. p. 756. ed. Pott. Cf. fupra. Clemens caufam foni illius quaerit in vento, qui in fpeluncam irruat et in foffae finu adlidatur. Ventorum quidem impetum commemorant paffim etiam alii, qui de antris fcripferunt. Sic idem de antro Islandiae, quod vocatur *Surthoehle* f. apud accolas *Surtshellir* referunt Eggert Olaffens et Biarne Porelfens in Reife durch Island T. 1. p. 127 fqq. Alii tamen melius id explicandum putant ex ignibus Vulcaniis fubterraneis. Vid. Knoll unterhaltende Natur-Wunder T. 2. p. 28 fq. ubi omnino exponitur de fpecubus fonantibus et reboantibus, caufae etiam adduntur p. 38 fq.

divinitus) Nullo labore aut artificio humano illic fabricatorum. Ipfe, quid intelligat per hoc adverbium, explicat per voces fequentes *magno fragore*, ut ille talis fuerit, qui plane in cymbalis collidendis ab homine non poteft edi. I. GRONOVIVS *MS.* Nempe veteres, quorum caufam ignorabant, vel vim folito maiorem animadvertebant, Diis tribuebant, et divinitus fieri moverique putabant. Magna enim et augufta in divinitatis fignis ponebantur, veluti in fpecie corporis infolita et fupra vulgarem elata. Vid. la Cerda ad Virgil. Aen. 1, 593. 2, 773. et quos laudat Arntzen. ad Aurel. Vict. de V. I. 2, 13. Hinc Nofter 3, 9, 6. *audiuntur tibiae fonantes maius humanis* in campis, quos ideo Panum Satyrorumque fedem fingebant.

crepitantium) Infra c. l. *crepant cymbala et tympana*, ubi cf. notata.

obſcurior) Solinus c. l. ſic reddit: *Quod antrum latis primum patet faucibus, poſtmodum in proceſſu per anguſtias obſcuratur.*

auſos) Religione non impeditos, quo minus audeant. I. GRONOVIVS *MS.* 1. Sc. progredi, ingredi ex cognata vel connexa voce cum verbo *ducit*, quae exempla non rara ſunt. In primis autem *audere* ſic ſaepiſſime ponitur, ut verbum alterum deſit, quod ex nexu debet ſubpleri. Vid. Boſius et Staverenus ad Nepot. 7, 10, 4. aliique, quos hic memorat, quibus addi poſſunt Barthius et Burmann. ad Gratii Cyneget. v. 498. et Drakenb. ad Sil. Ital. 9, 452. Dicitur autem ſaepe de re difficili laborisque plena, ut in Graecis τολμᾶν, de quo uſu exempla dabit Duker. ad Flor. 1, 17, 3. et quos nominat. Hinc et in laude per nexum ponitur de rebus arduis, modo abſolute, modo coniuncte cum adiectivis et infinitivis. Ita vero etiam *audax via* Ovid. de A. A. 2, 22. Phaedr. 4, 6, 8.

cuniculo) Quae ſimilitudo innuit, fuiſſe tantum unam illic viam, quaſi in crypta effoſſam, ut erant antiquorum cuniculi, vel viae ſubterraneae ex caſtris, quae urbem aliquam obſidebant. Quae via progrediebatur ad certum urbis locum, quem mechanici elegerant, ut per noctem oppugnatores ibi exſilirent, et urbem opprimerent, quale accidit Vejis apud Liv. 5, 21. I. GRONOVIVS *MS.* Tales ſpecus paſſim deſcribuntur, quos non niſi ſcalis machinisque admotis, aut irrependo ſubire licet.

amnis) Meminit eius etiam Strabo, non item Solinus. Ille: ἄντρον ἔχον μεγάλην πηγὴν ποταμὸν ἐξιεῖσαν καθαροῦ τε και διαφανοῦς ὕδατος.

impetum) Ingenti velocitate non longe procurrit. *Impetum* dicit, quum re vera impetus nullus ſit, et

tantum naturalis processus, qui est velocior propter naturam amnis, perinde ut 2, 6, 6. *pelagus magno impetu admissum.* I. GRONOVIVS *MS.* *Impetus* motum celerem rapidumque in flumine indicat, ut de Nilo dicit 1, 9, 2. *praecipiti impetu egressus*, nec obstat gravis caussa, cur in specu esse nequeat. Magis offendere in hoc nexu possit verbum traxit, sive *magnum impetum*, sive *brevem alveum* respicias. Infert enim notionem obiectae reluctationis molestaeque et longioris contentionis. Potest tamen aliquo modo probari, si cogites, insita fontis vi aquas propelli, et perpetuo constantique impetu procurrere.

demersus) Ποταμὸς εὐθὺς καταπίπτων ὑπὸ γῆν· ἐνεχθεὶς δ' ἀφανὴς ἔξεισιν εἰς τὴν θάλατταν. Ita Strabo, qui addit πικρὸν ὕδωρ adpellari. Solinus tantum fontium adsiduam scaturiginem memorat.

horribile) Reverendum et cum sacro timore adspiciendum, quoniam vere hic locus apud antiquos adeo fuit venerabilis. Hinc opportune Cebes in tabula [c. 16.] scribit, illos, qui sapientiam et rerum bonarum notitiam perceperunt, tutos et sacros esse, si antrum Corycium tenerent. I. GRONOVIVS *MS.* 1. Facit huc commode locus Suetonii de Augusti loco natali in vita cap. 6. *concepta opinione veteri, quasi temere adeuntibus horror quidam et metus obiiciatur.* Cf. et Florus 2, 17, 12.

augustus) Apparet auctorem quoque voluisse sententiam suam edere de vi vocis. I. GRONOVIVS *MS.* Tradit autem Suetonius in Augusto cap. 7. *loca religiosa, et in quibus augurato quid consecratum, augusta* dici. Et sic Dio Cass. 53, 16. πάντα τὰ ἐντιμότατα καὶ τὰ ἱερώτατα αὔγουστα προσαγορεύεται, unde et Augustum a Graecis Σεβαστὸν vocari addit. Cf. Ovid. Fastor. 1, 609. Plura dabunt, quos ad Dionem laudat Reimarus p. 711. Ceterum in vicinia *Sebasten* urbem producit Ptolem. 5, 8.

quae antea dicta est *Eleusa*, quo nomine prope Corycium adtingit Oppian. in Halievt. 3, 209.

a Diis) Et ideo hominibus inaccessus, ut putabant loca remotiora a Diis teneri, et puniri, si quis homo illuc intraret. Vid. Florus 2, 17, 12. de Romanis venientibus ad Oceanum in Hispania. I. GRONOVIVS *MS.* 1. Sic notat Servius ad Virgil. Aen. 1, 168. quum Virgilius dixisset, *Nympharum domus:* Talis locus est, ut domus credatur esse Nympharum. I. GRONOVIVS *MS.* 2. Intelligit Nymphas. BVRMANNVS *MS.* Sic Homer. Odyss. 13, 103. ἄντρον — ἱρὸν Νυμφάων. Sed nota haec sunt. Cf. etiam ad 2, 1, 3. Mirum tamen sic videatur, cur non *deabus* dixerit, cum adeo *Nymphabus* in lapidibus legatur, et tum succurrat Solinus, qui adeo fanum Iovis in eo specu fuisse tradit. Attamen per usum linguae in Nymphis etiam subsistere licet. Ceterum utique nefas erat, loca a Diis habitata adire, de quo cf. Wernsdorf. ad poet. Latin. minor. T. 4. p. 127. et quos nominat.

cum al. numine) Maiestate apud homines inusitata. I. GRONOVIVS *MS.* 1. Res et locus dicitur esse cum aliquo numine, ut homo *cum vegeto corpore* apud Gellium 3, 1. [ubi tamen Gronovius expulit *cum*] Numen ipsum tribui locis solitum apud veteres. Valerius Flacc. [3, 428.] *Utque metum numenque loco sacramque quietem Addidit.* Vid. omnino Gronovii observ. 1, 13. ubi hunc et complura alia attulit loca. PERIZONIVS.

§. 4. *Typhoneum)* Curtius 3, 4, 10. *Typhonis specus et Corycium nemus, ubi crocum gignitur.* Hinc in Typhonis historia commemoratur Κωρύκιον ἄντρον, (Apollodor. 1, 6, 3.) Κιλίκιον ἄντρον, (Pindar. Pyth. 1, 32.) Cilicia autem notissima Typhonis fuit sedes et regio natalis; tantum Aetnae monti subiectum fuisse, fabulae tradunt. Plura de eo dabunt Homerus Il. 2, 780.

Strabo 16. p. 516. f. 750. Apollodor. c. l. Hyginus fab. 152. 196. Euftathius ad Homer. c. l. ex recentioribus Bochart in Chan. 1, 28. Raderus et Freinshem. ad Curt. c. l. Iablonsky in Panth. Aegypt. 5, 2. Olearius ad Philoftrati vitam Apoll. 5, 16. p. 200. Heyne ad Apollodor. c. l. et quos excitant. Hinc forte enata eft fabula de gigantibus, quos ibi olim per 150 annos dormiiffe audiit Lucas. Vid. voyage dans la Grèce Tom. 1. p. 355 fq. qui haud procul a Tarfo ponit.

preffus) Vel eminentiis hinc inde exftantibus tenebricofus ac denfus, ut 3, 5, 5. *Araxes hinc atque illinc rupibus preffus*, vel humilis, ut apud Curtium 5, 1, 28 *cavernae ingentes in altitudinem preffae.* I. GRONOVIVS *MS.* I. *Preffus* explico depreffus, vel ut fupra dixit, *alte demiffus.* Nempe quae premuntur, folent recedere et retrahi. Hinc de locis profundis et humilibus dicitur, ut *vallis preffa* apud Gratian. in Cyneg. v. 52. Vid. Pafferat. ad Propert. 3, 17. p. 516. At quia id, quod undique premitur, coit etiam et in fe contrahitur, poteft etiam anguftiam notare, quod quidem ex nexu diiudicatur. Sic Nofter 1, 1, 5. *ubi* (mare) *iterum preffit*, pro quo ante dixerat *artat.* Prius praetulerim, quia *anguftus* praecedit, ita tamen, ut fimul alteram notionem includat.

nocte) Adludit ad adpellationem Graecam. Τύφος enim eft obfcuritas et fuligo. I. GRONOVIVS *MS.* I. Varia tamen fertur nominis illius etymologia. Alii enim a τύφειν, vel a τυφῶν derivant, forte rectius, quia tota fabula vim, impetum, ignem oftentat. Ad Hebraicum תופת confugit more fuo Bochartus c. l. nempe ut a valle *Topheth* caufam petat, quae et *Gehinnon* dicitur, et Molochi facris infamis fuit.

cubile) Homerus c. l. εὐναὶ, et fic alii eadem voce utuntur, qua monftri feritas apte indicatur. Εὐνὴ enim et *cubile* de feris beftiis dici, notum eft.

exanimat) Hinc Lucanus 6, 91. *antra letiferi rabiem Typhonis anhelant.*

§. 5. *Sarpedon)* Ptolem. 5, 8. Σαρπηδὼν ἄκρα, quod male Latinus interpres reddidit: *Sarpedonum extrema;* Strabo 14. p. 469. f. 682. ἡ ἄκρα ἡ Σαρπηδὼν, et 13. p. 431. f. 627. Σαρπηδόνος ἄκρα; Appianus in Syr. c. 39. Σαρπηδόνιον, uti recte, monente etiam olim Cellario in Geogr. ant. 3, 6, 41. Reiskio et Drakenb. ad Liv. 38, 38, 9. edidit Schweighaeuserus pro Σαρπιδόνιον; Schol. Apollon. Rhod. ad 1, 216. Σαρπηδονία πέτρα τῆς Κιλικίας. Apud Livium c. l. inter *Sarpedonium* et *Sarpedonem* fluctuantur libri, quorum posterius, quod et habet Plin. 5, 22. f. 27. praetulit Drakenborchius. Ptolemaeus cum Strabone prope Calycadni fluminis ostia ponit, Carpasiam Cypri urbem. (Strabo lib. 14. p. 469. f. 682.) Innotuit in pace Romanorum cum Antiocho M. cui terminus regni hic constitutus est, ut referunt Appianus et Livius c. c. l. l. Cognomen inde nactus est Apollo (Zosim. 1, 57.) et Diana, (Strabo 14. p. 465. f. 676.) quorum oracula et templa celebrantur, etsi omnino a Sarpedone nominis caussa repeti etiam poterit. Sarpedonem urbem commemorat Scylax p. 40. Hudf. etsi adiectum πόλις dubium censet Cellarius c. l. In urbibus tamen, etsi depravato nomine, *Sapedon* recensetur etiam a Geogr. Ravenn. 5, 8.

Sarpedonis) Cellarius c. l. ducem eum Lyciorum fuisse putat, cuius mentio occurrit in Homero Il. 2, 876. 5, 647. Confirmant id Herodotus 1, 173. Apollodor. 3, 1, 2. Diodor. 5, 79. Strabo 12. p. 394. f. 573. qui Cretensem, Minois fratrem, faciunt, narrantque Creta profectum Lyciam occupasse. Spectat igitur Noster hic antiquissimos Lyciae terminos. Cf. Heyne ad Homer. Il. 2, 876.

Anemurium) Gr. Ἀνεμούριον, quod commemorat etiam Strabo 14. p. 460. f. 669. et diſerte Livius 33, 20, 5. Ciliciae promontorium dicit, quod, etſi Strabo in ſequ. p. 461. f. 670. aliud cognomine Corycum verſus adfert, ubi alii Zephyrium ponunt, de noſtro, tamquam notiori, intelligendum videtur. Alii, omiſſa promontorii mentione, urbem tantum hic oſtendunt, in quibus Plinius 5, 22. f. 27. Ptolemaeus 5, 8. tabula Peutinger. 9. F. ubi vitioſe *Ammurio* ſcriptum legitur; *Anemuriam* vocat Geogr. Ravenn. 5, 8. ſed et *Anemurium* 2, 17. utrumque tamen, et promontorium et urbem novit Scylax p. 40. Hudſ. Urbem ibi ſtetiſſe adeoque ſub imperatoribus floruiſſe, teſtantur praeterea numi plures, in quibus gentilia Ανεμουριεων, Ανεμοριεων cernuntur. Situm Strabo in priori loco indicat, cum ſcribit, proxime hinc Ciliciam a Cypro abfuiſſe, qua haec Crommyo promontorio in altum excedit. A recentioribus varie nunc nominatum inveni, *Anemurium, Stalemura, Anemurich.* Ceterum eadem Melae verba repetit Boccatius de montibus h. v.

diſtinguit) Discrepat hic ab aliis, vel latius et ex promontorio ultimo fines conſtituit, cum ab aliis alia loca ulterius memorentur. Sic Strabo 14. p. 459. f. 667. remotiori Coraceſio Ciliciam terminat, quod poſtea, inverſa progreſſione, πρῶτον τῶν Κιλίκων φρούριον vocat, quod clauſis portis Antiochi regis impetum tenuerat, (Liv. 33. 20, 5.) Ptolemaeus etiam 5, 8. poſt Sidam Pamphyliae deinceps in litore ſubiungit Κορακήσιον, ubi vulgo Κορακήνσιον legitur. Plinius 5, 22. f. 27. poſt Coraceſium Melam fluvium antiquum Ciliciae finem facit, quem Noſter in Pamphylia ad Pamphyliam abducit. Hinc et ipſum Coraceſium multi, poſteriores maxime, Pamphyliae adſcribunt, ut Hierocles p. 682. notit. eccleſ. ant. et concil. Conſtantin. 1. ſed et diu antea Scylax p. 40. Hudſ. Varios fuiſſe vario tempore Ciliciae terminos

declarat Solinus cap. 41. ſ. 38. nempe prout regnorum converſiones ferunt. Cum Mela fere conſenſit Artemidorus, qui Strabone teſte 14. p. 460. ſ. 670. Celenderin itidem terminum ſtatuit. Sed cf. quae de hac varietate differunt Salmaſius ad Solin. p. m. 542. praeter Geographos. Incertus fluctuatur ipſe Ptolemaeus, quippe qui 5, 5. in deſcriptione Pamphyliae interpoſitas producit Ciliciae aſperae urbes litorales, Syedram et Coraceſium, poſt cap. 8. in. Pamphyliae urbem dicit, ſecutus, opinor, civilem rationem.

Celenderis) Gr. Κελένδερις. An et *Celendris*, de eo dixi in notis criticis ad h. l. p. 456. Quod refert Apollodorus 3, 14, 3. urbem hanc condidit Sandacus, uti ex MSStis repoſuit Heyne pro Sandocus, qui ex Syria advenerat: Neque tamen cum eo pugnat Noſter, dum Samiorum coloniam dicit, ſi temporum intervalla et urbium vices ſpectentur. Portum commemorat Strabo 14. p. 464. ſ. 670. et litoralem urbem facit Ptolemaeus 5, 8. quod ſimpliciter negat Salmaſius ad Flor. 4, 2, 51. Regio *Celenderitis* cum oppido cognoſcitur ex Plinio 5, 22. ſ. 27. quod dignitatem illi adſtruit, numis etiam cuſis confirmatam, in quibus Κελενδεριτων et Κελενδρεων occurrit, etſi poſteriorem formam impugnat Eckhel. in doctrina num. P. 1. Vol. 3. pag. 52. Caſtellum ſua aetate admodum munitum dicit Tacit. Annal. 2, 80. Hodiernum nomen varie notatum inveni, *Palopoli*, *Crionero*, *Canderolo*.

Nagidos) Ναγίδος Stephano, qui vocat urbem inter Ciliciam et Pamphyliam, quam Hecataeo auctore in Aſia Naugis gubernator condiderit. In ſitu notando caute egit Stephanus, vel, quod Cellarius putat in Geogr. ant. 3, 6, 36. Melam ſecutus eſt, ſi ſcilicet novit. Incola apud Stephanum Ναγιδεὺς, et ſic in numo L. Veri Ναγιδεων reperitur; in aliis Ναγιδικον, quod antea Eckhel.

in numis vett. anecd. pag. 233 ſqq. ad cognominem Cypri urbem malebat referre, poſt in doctr. num. P. 1. Vol. 3. p. 61. cum aliis Ciliciae huic urbi vindicavit. Hodie ſec. Ferrarium in Lex. Geogr. h. v. *Nigde*, Turcis *Nigidia*.

CAP. XIV.

P A M P H Y L I A.

Pamphylia) Gr. etiam Παμφυλία. An in Latinis etiam per i ſcribatur, disputat Cellarius in Geogr. ant. 3, 6, 2. et pro hac ſcriptura adfert Ciceronis exemplum, lapides apud Gruter. p. 458. n. 6. p. 491. n. 12. et Hieroclem, etſi ex plerisque aliis y notat. Recte hoc. Ciceronis loca enim hodie veriorem ſcripturam exhibent, et in Hierocle pag. 679. ſine variationis indicio υ dedit Weſſelingius; de lapidibus ex aetatis ratione et more iudicari debet, quare et i fertur in Geogr. Ravenn. 2, 16. et tab. Peuting. 9. F. Accedit praeter graviorem plurium auctoritatem nominis etymologia, quod a Pamphyle, Rhacii et Mantus filia, ducunt, vel a Pamphylo. (Stephanus h. v. et Euſtathius ad Dionyſ. v. 854.) Antea *Mopſopiam* adpellatam eſſe, tradit Plinius 5, 26. ſ. 27. quod de Attica notius eſt, a Mopſopo quidem ſic dicta, (Strabo 9. p. 273. ſ. 397.) vel a Mopſopia Oceani filia. (Suidas ſ. v. Εὐφορίων.) Hic autem Mopſus occurrit, quem Noſter infra 1, 17, 2. Mantus filium dicit. Ad hunc enim, cum et alius fuerit, (vid. Burmann. in catalogo Argonautar. h. v. in aditu Valerii Flacci) referendum eſſe videtur ex veſtigiis nominis antea memoratis, et quod Herodotus 7, 91. narrat, Pamphylios originem duxiſſe ab iis, qui cum Amphilocho et Calchante ex Troiana tempeſtate disiecti fuerint, quod ex eo repetunt Strabo 14. p. 459. ſ. 668. et Euſtathius ad Dionyſ. v. 854. Ita vero *Mopſia* potius nominata fuerit, nec apud alium

illud nomen inveni. Termini ad mare ſatis ex Mela intelliguntur, etſi, quod et in ipſa expoſitione adparebit, et ſupra in Cilicia notatum eſt, alii discrepant. Strabo enim lib. 14. p. 459. ſ. 667. ab Olbia profert ad Ptolemaida prope Coraceſium; Ptolemaeus 5, 5. ab Olbia ad Sidam. Secundum Plinium 5, 23. ſ. 27. Ciliciae Pamphyliam omnes iunxere, neglecta gente Iſaurica. Quae quidem reprehenſio Melam non ferit, qui oram deſcribit, ſupra quam olim parum recedebat, de quo conſulendi Geographi. Incolae *Pamphyli*, quod praefert Herodotus notante Valckenario ad 7, 91. et *Pamphylii*, in libris promiſcuo uſu, etſi hoc adiective potius dici cenſet Schweighaeuſer. ad Appian. p. 114. Cf. de utroque Leopard. emendatt. 9, 2. et Torren. ad Valer. Max. 1, 8. ext. 1. Hinc vero Παμφυλίδες πόληες dicuntur a Dionyſio perieg. v. 854. Poſſeſſivum *Pamphyliacum* notat etiam Stephanus. Hodie partem Caramaniae conſtituit.

Melas) Gr. Μέλας, unde Μέλανος, qui caſus paſſim reperitur. Strabo c. l. ποταμὸν facit et ὕφορμον. In ſitu conſentiunt auctores, qui prope Sidam eum fluere narrant, veluti Pauſanias 8, 28, 2. qui aquae frigore cum Cydno Ciliciae comparat, Zoſimus 5, 16, 7. A Melane tamen Sidam 50 ſtadiis removet Periplus bibliothecae Eſcur. (Mannert p. 123. c. l.) Antiquum Ciliciae finem fuiſſe ſcribit Plinius 5, 22. ſ. 27. Pamphyliae cum Noſtro adſignat Strabo c. l. Sed de utriusque regionibus ſupra ad c. 13. extr. Vetus nomen in tabula Aſiae minoris adpoſuit Pococke.

Sida) Gr. Σίδη. Nomen derivat Stephanus a Sida, Mentauri ſ. Tauri (Holſten. p. 291.) filia, Moli ſ. Cimoli (vid. ibi) uxore. Recentiores tamen probabilius derivant a Boeotica voce *ſida*, quae malum Punicum ſignificat, (Athenaeus 14, 17. p. 650. ex Agatharchide) confirmati numis, in quibus malum Punicum adparet. In Cilicia

vage ponit Syncellus p. 126. Ven. Cumaeorum ex Cumis Aeoliis coloniam faciunt plures, ut Strabo 14. p. 459. f. 667. Scylax p. 40. Hudf. et in primis Arrian. de exped. Alex. 1, 26, 6. qui uberiora dabit. Portum eius commemorat Scylax c. l. cum Mela cap. fequ. Strabo c. l. Minervae templum, cuius effigiem adpofito malo Punico numi etiam exhibent. Urbem non ignobilem fuiffe inde luculentius poftea adparuit, quod Pamphyliae I. metrópolis facta eft, ut docet Wefleling. ad Hieroclem p. 682. et declarant numi, in quibus non folum λαμπροτατη, ενδοξος adponitur, fed et πρωτα Παμφυλων, de quibus cf. praeter Rafchium atque Eckhelium Spanhemius de praeft. — num. diff. 9. p. 591. Incola Σιδήτης, tefte Stephano, comprobantibus plurimis numis, ex quibus unum tantum adfert Rafche in Lex. num. Tom. 4. P. 2. p. 913. in quo ι pro η pofitum confpicitur. Poterat ex Holftenio ad Stephan. p. 292. alium addere cum infcriptione in menfa. Hanc fcripturam longa etiam disputatione in Arriano c. l. tuetur Gronovius propter Sidetarum barbaram et infolentem pronuntiandi confuetudinem, quam numi caute devitent. Retinuit ibi etiam Schmiederus, fed ad communem aliorum ufum revocavit adfpirantibus MSStis Schweighaeufer. in Polyb. 5, 73, 4. et antea probaverat Holften. c. l. Nota eft utriusque literae confufio. Recentiori aetate *Candelorum*, ut ex Sanuto refert Mannert p. 124. c. l. Notavi ipfe ex aliis *Scandalor.*

Eurymedon) Gr. Εὐρυμέδων. Prope Afpendum omnes ponunt, eoque adverfo flumine ad 60 ftadia fubvehi Strabo 14. p. 459. f. 667. narrat. Quod a pluribus celebratur, eius caufam adiungit ipfe Mela. Cf. de illo proelio Thucydides 1, 100. Nepos 4, 2, 2. et quos ad eum indicat Bofius.

Phoenicas) Hos tamquam primarios in arte nautica atque etiam fide erga Perfas folos nominat, et in qui-

bus maxima vis Perſarum conſtiterit. I. GRONOVIVS *MS.* Cf. Plutarch. in Cimone cap. 12. Diodor. 12, 3.

ex edito) Nempe teſtatur Arrianus de exped. Alex. 1, 27. in. eam urbem ſitam fuiſſe in promontorio munito et praerupto, quod praeterlaberetur Eurymedon, unde, licet 60 ſtadia abeſſet a mari, ut teſtatur Strabo, [c. l.] potuit tamen conflictum videre, ubi proprium verbum eſt. Unde Phaedrus [2, 5, 9.] *villam, quae monte ſummo poſita Luculli manu proſpectat Siculum mare.* Unde etiam rurſus 1, 17. f. dicuntur duae *urbes diverſa maria proſpectare.* I. GRONOVIVS *MS.*

proſpectat) Sic maluit loqui, quum videretur magis proprium futurum *deſpectat*, quippe ex alto. Sed tamen Latini *proſpicere* et *proſpectare* maluerunt dicere de locis ſublimibus prope mare, quaſi adludentes ad proſpiciendum porro vel procul. I. GRONOVIVS *MS.* 1. Res eo redit. *Deſpectare* eſt omnino ex ſuperiori, excelſo loco in inferiorem, depreſſum ſpectare, qui, ſi deſcenderis, eſt in eodem tractu, *proſpectare* ſimul involvit notionem loci remotioris et disſiti ab eodem tractu. Faciunt huc ſtadia 60. apud Strabonem, quibus a mari diſtabat, unde et Ptolemaeus 5, 5. in mediterraneis urbibus recenſet. Quod Salmaſius ad Solin. p. m. 549. propter verbum *proſpectat* propius mari a Mela eam urbem poſitam fuiſſe exiſtimat, facit id ſine gravi cauſa, cum praeterea, quod ipſe monet, fluminis curſus recurvus diſtantiam a mari minuat.

Aſpendos) Gr. Ἄσπενδος. Ἀσπένδου κτίσμα vocat Stephanus h. v. Ἀργείων cum Mela Strabo 14. p. 459. ſ. 667. et ex eo Euſtathius ad Dionyſ. v. 852. qui tamen ad Homer. Il. 2, 745. p. m. 253. conditores ipſos ſ. praecipuos auctores nomine deſignat, Polypoeten et Leonteum, Troia reduces. Argivos autem in illo tractu

et vicinia fedem pofuiffe et urbes conftituiffe, ex veteribus auctoribus non folum, fed ex numis etiam difcitur. De fitu antea dictum eft ex Arriano. Quod Zofimus 5, 16, 7. narrat, Eurymedontem eam interfluere, non repugnat, quia, ipfo Arriano tefte, pars urbis rupem, pars vallem fubiectam occupabat. Πόλιν εὐανδροῦσαν ἱκανῶς dicit Strabo c. l. et Cicero in Verrin. 1, 20. *vetus oppidum et nobile*, cuius documentum exftat in Polybio 5, 73, 3. qui refert, in bello domeftico tempore Seleucidarum quatuor milia militum fubmififfe ex ipfius agro fine dubio coacta. Celebratur Veneris cultus porcinis facrificiis peractus, (Dionyf. v. 852. et ex eo Avien. v. 1016.) cuius originem a Mopfo derivatam explicat Euftathius ad Dionyf. c l. Poftea adpellata eft *Trimupolis*, uti fcriptum exftat in Hierocle p. m. 682. rectius *Primupolis*, ut ibi docet Weffelingius. Incolae *Afpendii* in auctoribus Graecis, (e. c. Xenoph. hift. Gr. 4, 8, 30. Diodor. Sic. 14, 99. —) Latinis (Nepote 14, 8, 2. —) et numis multis.

validiffimi) Vel multitudine aquarum, vel impetu, quem ipfae adpellationes videntur innuere. I. GRONOVIVS *MS*. 1.

Ceftros) Gr. Κέστρος, ut in Strabone 14. p. 459. f. 667. qui in illo fubvectos 60 ftadiis ad Pergam pervenire dicit. Dubius haeret Schol. Nicandri ad Alexiph. v. 401. utrum Pamphyliae, an Ciliciae tribuendus fit. At Pamphyliae debetur. Nomen Voffius repetit ex Graeco κέστρον i. e. ἀκόντισμα, cuius notam adpofui in criticis p. 460. Tum eadem hic valet ratio, quae in Tigride obfervatur, quae vox in Medorum lingua fagittam fignificat. (Curtius 4, 9, 16.)

Catarrhactes) Gr. Καταῤῥάκτης, quem optime fic defcribit Strabo c. l. ἀφ᾽ ὑψηλῆς πέτρας καταῤῥάττων ποταμὸς πολὺς καὶ χειμαῤῥώδης, ὥστε πόῤῥωθεν ἀκούεσθαι τὸν ψόφον. Eodem etiam fpectat fubiecta Melae

explicatio. TZSCHUCKE. Quid ſit καταῤῥάσσειν notum eſt. Non ad aquarum tantum lapſum translatum hoc vocabulum, verum etiam ad lari quoddam genus, quem itidem catarrhacten appellant. Cauſam nominis reddit Dionyſius Characenus in Ixevticis, aliquando a nobis in lucem producendis. VOSSIUS. Nimis alte inde repetita eſt nominis cauſa, et forte notandi Dionyſii cauſa quaeſita; propior adeſt, quam Strabo oſtendit. Idem de catadupis Nili conſtat. Strabo curſum eius inter Olbiam et Attaliam deſignat; poſt Olbiam et Attaliam Plinius 5, 26. ſ. 27. et Ptolemaeus 5, 5. cum periplo Eſcurial. ſua quisque progreſſione motus. Hodie vocatur *Dudem*, (Mannert p. 129. qui adlegat Lucas ſecond voyage T. 1. cap. 33.) etſi Pococke in tabula illud nomen oppido adpoſuit, ſervato vetere fluvii nomine.

navigari) Quia in plano tantum celerrime currit, cum Catarrhactes propter praecipites lapſus ex variis collibus impediat navigationem, perinde ut Nilus etiam in ſuis Catadupis. I. GRONOVIUS *MS. Praecipitat* autem de fluviis notum, ut *praeceps*, de mari etiam incitato. Valer. Flacc. 4, 656. Lucan. 5, 649.

Perga) Gr. Πέργη, unde et *Perge* apud Geogr. Ravenn. 2, 18. in tab. Peuting. 9. F. A mari ſeu potius ab oſtiis Ceſtri 60 ſtadiis removet Strabo c. l. et in mediterraneis locat Ptolemaeus 5, 5. longius tamen a mari, quod adeo ſupra Aſpendum producitur; melius Scylax p. 39. qui cum aliis litoralibus urbibus in recenſu facto coniungit. Nota eſt urbs ex actibus Apoſtolor. 13, 13. 14. et 14, 25. quam Paullus ingreſſus eſt ad debellandam, quod videtur, ſuperſtitionem in cultu Dianae. Lyciae adſcribit Scylax p. 39. Hudſ. et ab Aſpendo Pamphyliae urbes exorditur, quod, niſi illi errorem obtrudere velis, ex latiori Lyciae ambitu, quo olim patuit, diiudicari debet, uti Homerus Pamphylios ignorat, et Lyciam Ciliciae adnectit, de quo vid. Heyne ad Homer. Il. 2, 877.

Posteriores dant Pamphyliae, cuius etiam μητρόπολιν facit Schol. Callimachi in Dian. v. 187. quod aestimandum est ex divisione posteriori Pamphyliae in duas partes, in quarum una *Perga*, in altera *Sida* metropolis esse coepit, ut docent acta conciliorum. Vid. Wesseling. ad Hierocl. p. 679. De numis, quod voluerat Spanhemius de usu — num. Tom. 1. diss. 9. p. 591. dubium reddit Eckhel. in doctrina num. P. 3. Vol. 1. p. 14. et Περγα pro Πετρα Arabiae male ab eo lectum fuisse censet. Prope Corycum, antiquam Pamphyliae urbem a Servilio Isaurico dirutam, cum Dionysio suo v. 855. ponit Avienus v. 1017. Incola *Pergaeus* in utraque lingua. Hodiernum nomen, si quidem locus habitatur, incertum; nam *Pirgi* s. *Pirge* inveni, et *Kara-hissar*, quod posterius tamen Ptolemaei 5, 2. Prymnesiam esse, ex inscriptione iudicat Pococke T. 3. p. m. 120. Tum vero procul hinc distat in Phrygia.

Dianae — templum) Non in ipsa fuit urbe, sed in vicinia, quod adparet ex Strabone c. l. Ita enim ille πλησίον, inquit, ἐπὶ μετεώρου τόπου τὸ τῆς Περγαίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν, ἐν ᾧ πανήγυρις κατ᾽ ἔτος συντελεῖται. Sed quod fit, ex vicinia urbis ipsi urbi tribuitur, unde et nomen additum. Quare Callimach. in Dian. v. 187. πολίων δέ τοι εὔαδε Πέργη, et Pergaea Diana maxime in numis, celebratur, quorum etiam aliqui adpositum templum ostentant, cuius sanctitatem vox ασυλου declarat. Recte igitur Cicero in Verrin. 1, 20. in. et antiquissimum et sanctissimum dicit. Rarius *Pergensis Diana* occurrit, quod ex numis Nervae et Traiani excitatur. Vid. Rasche pag. 857. c. l. et Eckhel p. 13. c. l. An eadem etiam *Pergasaea* adpellata fuerit, de eo quaesitum est in notis criticis p. 461 sq.

Sardemisos) Commemoratur etiam a Plinio 5, 26. s. 27. an ab alio praeterea, ignoro. Quod quidam

Sardeſſum huc retulerunt, de eo dictum eſt in notis criticis p. 462 ſq. Ex Vadiani ad h. l. ſententia hoc nomen id Tauri iugum habuit, quod intra Lyciam et Pamphyliam interno mari imminet. Sic Burmannus adnotaverat, partem Tauri eſſe et promontorium. Mannert p. 149. c. I. intelligit de Solymis, monte, apud Strabonem 14. p. 458. ſ. 666. prope Piſidiam et Milyadem. Cum *trans* ſimul complectatur Phaſelidem, cuius ſitus fuit in litore, nec ab eo Sardemiſos longius removeri poteſt, nec tamen eſſe Tauri pars vel promontorium haberi, cum de his proximo capite exponat, ubi potius pro Tauri promontorio, uti in his recte facit, Sardemiſum repetiiſſet.

Phaſelis) Gr. Φασηλίς, vel Φάσηλις, (Herodot. 2, 178.) vel etiam Φασῆλις. (Cteſias apud Photium p. 145.) In caſibus obliquis *Phaſelin* dixit Florus 3, 6, 4. *Phaſelidem* Eutropius 6, 3. Ipſe etiam ager ſeu regio urbis *Phaſelis* vocatur a Plinio 2, 110. ſ. 106. Incolae vocantur Φασηλῖται, (Plutarch. in Cimone c. 12. Cicero in Agraria 2, 18.) unde Φασηλιτῶν χώρα dicitur ab Antigono in hiſt. mirab. c. 182. In numis et Φασηλιτων et Φασηλειτων, ut in ſimilibus etiam ſolet, occurrit. *Phaſelinum* habet Plinius 23, 49. ſ. 4. de oleo lirino. Nomen prius, teſte Stephano, fuit Pityuſſa, cui ſucceſſit Φάρσαλος, ſeu, ut emendat Salmaſius, Φάσαλος ſ. omnino Φάσηλις. In hac urbe fluctuantur termini Lyciae et Pamphyliae. Lyciae enim tribuunt Scylax p. 39. Hudſ. qui omnino latius profert Lyciam ad Pergam usque, Strabo 14. p. 458. ſ. 666. et ſequ. Ptolemaeus 5, 3. Eutrop. 6, 3. Ciceronem etiam aliqui addunt, quod a Lyciis illam incoli dicit in Verrin. 4, 10. At Pamphyliae cum Noſtro adſcribunt Plinius 5, 26. ſ. 27. (*ultimam eius orae* dicit) Dionyſ. v. 855. Martian. Capella lib. 6. p. 220. Stephanus h. v. Caute Livius 37, 23. in. in confinio Lyciae et Pamphyliae ponit, unde ſimul ambiguos fuiſſe utriusque terminos confirmatur. Cilicum

urbem hic quosdam dixiffe notat Voffius, et de diverfitatis illius caufis haec adfert: Phafelis a Lyciis olim fuit habitata, Lyciaeque adtributa primitus. Pamphyliis vero late oram maritimam tenentibus, Pamphyliae adnumerata fuit urbibus, licet incolae effent Lycii. Poftmodum obportunitate fitus adlecti et invitati a Cilicibus, ipfi quoque piraticae fe adplicuerunt, aut faltem piratis receptaculo fuere, deferta communi Lyciorum focietate vel fua fponte, vel eiecti ab illis. Tum Cilicum dicta fuit urbs Phafelis. Haec VOSSIVS. De prifco Lyciae ambitu fupra aliquid notavi. Praedonum, Cilicum maxime, olim domicilium fuiffe, adparet ex Cicerone c. l. et Strabo 14. p. 462. f. 671. narrat, Zenicetum, (ε) illum praedonum ducem, Phafelidem et magnam Pamphyliae partem poffediffe. Dorienfes conditores facit Herodotus 2, 178. Πόλιν ἀξιόλογον vocat Strabo 14. p. 458. f. 666. et tribus portibus inftructam fuiffe addit. Neque fic repugnat Lucanus 8, 251. cui eft *urbs parva*, fcilicet, quod fequentia declarant, quia raros habebat tunc incolas domusque populis erant exhauftae. Ad eam enim conditionem redigebatur, cum Servilius Ifauricus, victis piratis, eam etiam evertiffet, uti recte explicant ibi Oudendorpius et hic Voffius. Cf. de re Cicero in Verr. 6, 10. Eutrop. 6, 3. De fitu haec: Livius c. l. in altum penitus prominere refert, ita ut procul navium profpectum praebuerit. Hinc et *ardua* eius *tecta* praedicat Avien. v. 1017. et ἠνεμόεσσαν vocat Dionyf. v. 855. i. e. ἐπὶ ὀρῶν κειμένην, ut ad Homerum Il. 2, 606. explicat eam vocem Euftathius. Prope illam ad mare anguftias defcribit Strabo c. l. per quas Alexander exercitum traduxit. Maritimam omnes faciunt; aliqui etiam ex ea *phafelorum* navium originem repetunt, veluti Scholiaft. Lucani ad c. l. etfi Campanum navigium vocat Nonius Marcel. cap. 13, 7. In numis quidem adponitur navis, quod praeter rem maritimam ad navigium etiam refert Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 3. pag. 6. tefte ufus

Iſidoro orig. lib. 17. eumque in his ſecutus Mannert p. 132. c. l. Sed quem vage notant Iſidori locum ex Orig. lib. 17. c. 10. longe is diverſa de oleribus, quorum erat phaſelus ſ. faſelus, perſequitur. Cf. Schneider in indice ad ſcriptores rei ruſticae h. v. Sed qui prolixam disputationem de hac voce eiusque etymologia deſiderat, adire poteſt Voſſium ad Catull. 4. in. Hodiernum nomen legi *Fionda.*

a Mopſo) Eius mentionem iterat cap. 17. et de eo agit Seneca in Medea v. 356. [655.] etſi confundens duo Mopſos, quorum alter venit in Africam, hic noſter praeter Phaſelidem in Pamphylia conditam habet aliam memoriam, in Cilicia nempe Mopsveſtiam. I. GRONOVIVS *MS.* Infra Mantus filium facit, ipſam Manto Tireſiae filiam, quod confirmat Strabo 13. p. 442. ſ. 642. aliique. In patre tamen disſentiunt. Alii enim ferunt Apollinem, ut Conon narrat. 6. Strabo 14. p. 464. ſ. 675. alii Rhacium, ut Pauſanias 7, 3, 1. at in aetate circa Troiana tempora conveniunt. Saepe miſcetur cum alio Mopſo, Ampyci filio, ex Argonautis, uti monuit Burmannus aliique, quos laudat in catalogo Argonautarum ſub h. v. et augere poteſt Barthius ad Statii Theb. 3, 521. Diſtinguit utrumque diſerte notata cautione Strabo lib. 9. extr. Cf. ſupra capitis initio de Pamphylia et infra ad cap. 17, 2. At gravius valet ad Geographica, quod de eius migratione referunt auctores de urbibus ab eo in hoc Aſiae tractu conditis, in Cilicia maxime, ubi eius memoriam ſervant Mallus, Mopsveſtia — Certamen eius de imperio cum Calchante commemorat Strabo 14. p. 464. ſ. 675. et quos producit Heyne ad Apollodor. p. m. 655. et 1037. Inde, quod addi poteſt, intelligitur, cur in Cilicia cultus fuerit, clarumque habuerit oraculum, de cuius fide et auctoritate hiſtoriam habes in Plutarcho de oraculor. defectu p. 709. Vol. 7. Lipſ. et

ſic Mopsveſtia in numis vocatur ſaepe ιερα, ασυλος. Sed et Pamphyliam adiiſſe et incolis frequentaſſe, quaedam innuunt de Calchante apud Quintum Calabr. 14, 368. porro quod Plinius c. l. ſcribit, Pamphyliam antea Mopſopiam adpellatam fuiſſe. Sed ſatis certum adeſt teſtimonium Melae.

CAP. XV.

L Y C I A.

§. 1. *Lycia)* Gr. Λυκία. Nomen Mela derivat a Lyco, Pandionis filio, in quo conſentientes habet Herodotum 1, 173. Strabon. 12. p. 394. ſ. 573. Pauſan. 1, 19, 4. Stephanum h. v. et ex eo Euſtathium ad Dionyſ. v. 847. et ad Homer. Il. 2, 876. p. m. 279. ex quibus aliqui addunt, eum ab Aegeo, fratre, Athenis pulſum in hanc regionem ad Sarpedonem confugiſſe; ipſos Lycios antea Termilas dictos fuiſſe. TZSCHVCKE. Sed ratio temporis non congruit, ut in eandem aetatem referantur, Sarpedon, Minois I. et Rhadamanthi frater [cf. Apollodor. 3, 1, 1. Diodorus Sic. 5, 78.] et Lycus, frater Aegei, qui iam cum Minoe ſecundo atrox geſſit bellum. [Cf. Diodor. Sic. 4, 60 ſq.] Errorem inde ortum puto, quod in Lycia poſt Sarpedonem I. regnaverit dein alius eiusdem nominis circa belli Troiani tempora. Vide et, quae notavi in Aegyptiacis meis cap. 15. PERIZONIVS. De Sarpedonum, avi et nepotis, commiſtione apud alios etiam vid. Heyne ad Apollodor. 3, 1, 1. p. m. 528. Accurate utrumque diſtinxit Diodor. 5, 79. Nempe error ſic deprehenditur, quod Sarpedonem hunc Minois I. fratrem Europaeque filium faciunt Herodotus et Strabo c. c. l. l. Aegeus autem, cuius frater fuit Lycus, diu poſt vixit, ut ex bello notiſſimo diſcitur, quod cum Minoe ſecundo, primi nepote, geſſit. Recte igitur iam Euſtathius ad Homer. c. l. monuit, utrumque Sarpedonem hic

diſtinguendum eſſe. Quae vero ante Lycum Lyciae populi nomina geſſerint, diſcitur ex Herodoto et aliis, a quibus commemorantur *Solymi*, *Milyae*, *Termilae*. Homerus tamen Solymos et Lycios facit diverſos, dum Il. 6, 184 ſqq. refert, Bellerophontem Lyciae regis iuſſu Solymis bellum intuliſſe, quocum conferri etiam poteſt Strabo 14. p. 459. ſ. 667. probatque eos, qui Solymos Homeri poſt Milyadas dictos eſſe velint, Solymos autem ipſe lib. 1. p. 12. ſ. 21. inter Lyciam et Piſidiam ponit in ſummis Tauri iugis, Homeri uſus auctoritate ex Odyſſ. 5, 283. etſi ibi quidam malint ἐξ Ἐλύμων, de quo, cum nihil ad ipſam hanc quaeſtionem valeat, cf. Schlichthorſt in Geogr. Homeri p. 13. Alii Solymos poſt Piſidas adpellatos fuiſſe tradunt, veluti Plinius 5, 24. ſ. 27. Stephanus ſ. voce Σόλυμοι, Euſtathius ad Homer. Il. 6, 184. p. m. 493. aliique, quos produxit Holſten. ad Stephan. p. 302. Qui de Hieroſolymis et inde de Iudaeis hic cogitant, in quibus Ioſephus antiqu. Iud. 7, 3. Tzetzes chil. 7. hiſt. 149. plures omnino olim ſec. Tacit. Hiſtor. 5, 2. (Cf. Bochart. in Chanaan 1, 6.) audiendi non ſunt. Referri etiam huc poſſe videtur, quod Chimaeram prope Solymos conlocant in Bellerophontis expeditione Homerus Il. 6, 179 ſqq. et Pindarus Olymp. 13, 129. Chimaerae autem ſedem adſignant in Crago Lyciae monte. (Strabo 14. p. 458. ſ. 665.) In nomine *Termilae* ſcriptura variatur. Adpoſitam ſequuntur Herodotus 1, 173. 7, 92. et Strabo 14. p. 459. ſ. 667. Alia habet Stephanus ſ. v. Τέρμερα, ad quem vid. Holſten. pag. 319. et Muncker. ad Antonin. Liber. cap. 95. Transpoſitis literis Τρεμίλη etiam de Lycia adfert Stephanus h. v. quod confirmat Antoninus Liberal. cap. 35. ubi cf. Munckerus. Idem vero Antoninus in origine nominis Lycia ab aliis recedit, dum a lupis (λύκοι) derivat, qui Latonae, cum in Lyciam veniſſet, viam monſtraverant. Nec in terminis conſtituendis ſibi conſtant auctores, nec conſtare poſſunt propter mutationes vario tempore factas. Nempe Lycia

olim latius patuit et contigua fuit Ciliciae, de quo ſupra iam dicta ſunt aliqua. Cf. etiam notae criticae ad h. l. pag. 467. Alia per ipſum locorum recenſum exponentur. Gentile eſt de incolis et rebus *Lycius*, unde deſcendit porro Λυκιακὸς v. c. θάλασσα (Lucian in navigio c. 8.) πόλις. (de Phaſelide Strabo 14. p. 458. ſ. 667.) Incolae Φιλοπόται dicuntur, de quo cf. Euſtathius ad Homer. Il. 12, 311. p. m. 868. Ipſa regio hodie occupat *Caramaniae* partem ſenſu latiori ſumtae.

Chimaerae) Satis hoc monſtrum iactatum eſt in fabulis inde ab Homero (Il. 6, 181 ſq.) et Heſiodo, (Theog. 319 ſqq.) varieque verſum et auctum. Homerus illi dat tria corpora, quibus tria etiam capita imponit Heſiodus. Utrumque adtingit Palaephatus cap. 29. Duo alii, alii unum tantum concedunt. Vid. Euſtath. ad Homer. c. l. p. 491 ſq. Quod vero omnes narrant, pugna illud devicit Bellerophon, de quo ipſo cf. Freret in Memoires de l'academie — de Paris Tom. 7. p. 83 ſqq. de pugna Boettiger in libro Griechiſche Vaſen-Gemälde P. 1. ſect. 1. ad n. 1. 2. Tum omnes in eo conſentiunt, quod ignem evomuerit, at quo id corpore, vel capite eruperit, de eo, ut ſolet in his nugis, disputant. Cf. Heyne ad Apollodor. 2, 3, 1. Qui vero longam auctorum ſeriem cognoſcere velit, a quibus haec fabula omnino tractata eſt, adeat Fiſcherum ad Palaephatum c. l. ubi etiam adiungi poterit Servius ad Virgil. Aen. 6, 288. Eadem in eius explicatione reperitur disſenſio. Proprie fere intelligit Palaephatus de tribus animantibus, quae in Telmiſſo monte eiusque triplici aditu latuerint, inſidiasque accolis ſtruxerint; impendiſſe Chimaeram montem, et interiectum hiatum ignem eiaculatum eſſe. Alii flumina rapida fuiſſe volunt, alii tres Solymorum Deos, vel duces; (ut Bochart. in Chan. 1, 6. f.) quidam de coniuge Amiſodari Chimaera

eiusque fratribus, Dracone et Leone explicant; ſunt, porro, qui ad montem ignivomum revocent; ſunt, qui alia etiam adferant. Sed ne talia hic morer, multiplices auctorum ſententias conlectas exhibet Banier in Götterlehre Vol. 4. p. 368 ſqq. et ex veteribus aliquas Euſtathius ad Homer. c. l. p. 491 ſq. qui ἀναφυσήματα πυρὸς ſua aetate ibi conſpecta fuiſſe adfirmat. Ad verum proxime accedere videntur ii, qui de monte ignivomo intelligunt, veterum utique ſat multi, a quibus nec Mela disſidet, etſi ne ſic quidem omnes certo conſenſu. Sic Strabo 14. p. 158. ſ. 665. prope Cragum montem et urbem φάραγγα fuiſſe tradit ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ἀνατείνουσαν, et ſic in loco conſentit propius cum Palaephato, qui χάσμα memorat inter Telmiſſum et Chimaeram, montes. De Crago et Telmiſſo ſcribit etiam Euſtathius c. l. Plinius vero 2, 110. ſ. 106. ipſum montem Chimaeram *immortali diebus ac noctibus flamma* flagrare refert, ut 5, 28. ſ. 27. cum eoque idem ſtatuunt Solin. cap. 42. ſ. 39. Martian. Capella 6. p. 220. Antigon. in hiſt. mirabil. cap. 182. Servius ad Virgil. Aen. 6, 288. In Phaſelide (ſ. *Phaſelitide*, vel cum libris *Phaſelitis*) ponit locum Plinius lib. 2. cum Antigono, nec procul a Phaſelide talem locum fuiſſe confirmat Cteſias apud Photium p. 145. Omnino in iſta regione, praetermiſſo locorum nomine, ex terra ignem emitti tradunt auctores, quorum aliqui etiam proximam urbem Hephaeſtium inde nomen nactum fuiſſe tradunt, uti Solinus c. l. quippe in cuius vicinia Hephaeſtii montes flagrabant; (Plinius 5, 28. ſ. 27. et 2, 110. ſ. 106. Scylax p. 39. Hudſ.) etſi de Hephaeſtio regione id narrat Seneca epiſt. 79. Sic prope Myra, urbem, πῦρ αὐτόματον edi refert Malalas in chronogr. lib. 14. p. 25. Ven. vocatque μυστήριον θεοῦ.

Sidae portu) De huius loci difficultate inde obiecta, quod lacubus valde disſitis eundem ſinum

claudit, cuius initium minime notaverat, dictum ſatis eſt in notis criticis p. 465 ſqq. Neque adhuc eam removere potui, etſi hoc Melam dicere voluiſſe, aut debuiſſe adparet: Pamphylius ſinus utrimque Sidae portu et Tauri promontorio concluditur.

promontorio) Tauri vocat, quia inde in mare prominet. Sic et Plinius 5, 28. ſ. 27. At habuit illud peculiare nomen, variatum licet. *Chelidonium* adpellat Plinius 5, 27. in. *Taurus mons,* inquit, *ab Eois veniens litoribus Chelidonio promontorio ſinum diſterminat. Chelidonium promontorium* habet etiam Livius 33, 41, 6. Scylax p. 39. Hudſ. *Chelidonias* de promontorio et duabus inſulis ponit, cum alii contra illo nomine tres inſulas complectantur, de quo ad 2, 7, 5. dicetur. Voſſius Tauri promontorium in Chelidoniis quosdam ſtatuiſſe putat, quod ulterius illae in mare promineant. Et ſic Dapper in deſcr. des îsles de l'Archipel p. 168. Chelidonias in Mela et Plinio de Tauri promontorio explicat. At Plinius in ſuperiori loco Chelidonium promontorium aperte dat Tauro, et Noſter 2, 7, 5. Tauri promontorium a Chelidoniis inſulis ſatis luculenter diſtinguit; quare illa ſtare nequeunt, immo Scylax unum idemque nomen de promontorio et de inſulis coniunxit, quod ab his ad illud nomen commune transiit. Alio nomine *ἱερὰ ἄκρα* producit Strabo 14. pag. 458. ſ. 666. unde Taurus incipiat, illique Chelidonias adiicit. Nec discrepat hoc ſitu Ptolemaeus 5, 3. Hodie vocatur *Capo delle Celidonia.* (Salmaſius ad Solin. p. m. 551. Dapper p. 167. c. l.)

§. 2. *Eois)* Ita et Plinius in loco antea commemorato; proque eo paullo poſt *ubi primum ab Indico mari exſurgit,* quod reddidit Solinus c. 41. ſ. 38. Eodem vero etiam initio partiumque ordine, quo Mela, eum deſcribit Iornandes de reb. Get. cap. 7. cum Mar-

tiano Cap. lib. 6. pag. 220. Inverſo ordine Strabo 11. p. 358. ſ. 520. Arrian. in Ind. cap. 2. a Lycia et Caria eius exordium ducunt. Sic Avien. in perieg. v. 839. *Aſt Aſiam incumbit vaſto mons aggere Taurus, Interſtatque iugo mediam, Pamphylia campo Qua iacet, incipiens, ac verticis ardua ducit Indorum ad pelagus*, quippe ſecutus hic et v. 1049. Dionyſium ſuum v. 639. TZSCHVCKE. Nempe ſuppoſuit auctor, conſiderari debere ſitum noſtri hemiſphaerii, ut iaceat ab oriente verſus occidentem. Ideo Taurus mons non accipit initium in Lycia, ſed in oriente, ut in Lycia deſinat. I. GRONOVIVS *MS.*

dextro latere) Si ab eius ortu in occaſum proſpicias. VADIANVS. Idem Plinius c. l. ſic declarat: *dextro latere ſeptemtrionalis — laevo meridionalis*, et Solinus c. l. *obiectus ſeptemtrioni dextro latere.* Olivarius dextrum latus ad Imaum refert, ſiniſtrum ad Damaſium, Tauri ramentum, quem tecto nomine refutavit Salmaſius ad Solin. p. m. 552. Nempe Mela non de ramentis Tauri loquitur, ſed de eodem recto et perpetuo iugo, quod ab oriente exorſum contra occidentem pergat, unde quale ſit dextrum latus, facile intelligitur, frontemque eius occidenti eſſe obverſam. Eadem vero diligentia per partes ſingulas deſcripſit mare internum lib. 1. cap. 1. ob utriusque magnam celebritatem et in Romana hiſtoria frequentem uſum.

gentium) Scythicarum et Indicarum, quaeque in occaſum utrimque iuxta ſunt. VADIANVS. Gentes et regiones, quas tranſit Taurus, diſcuntur ex narratione Strabonis 11. p. 358. ſ. 520. Praecipue autem notanda eſt diviſio, quam facit, Aſiae in ſeptemtrionalem et meridianam, intra et extra Taurum, de qua vid. ad Eutropium 4, 4. p. m. 191.

dorſum agit) Eſt ſermo metatorum et agrimenſorum, prout dixerunt *agere cuniculum*, *agere limitem*,

unde etiam infra 2, 2. in. de Thracia dicitur, *agere latera.* I. GRONOVIVS *MS.* 2. *Dorſum* vero proprium eſt verbum de montibus. Sic *toto dorſo procedit in pelagus* 2, 2, f. et apud Virgilium Aen. 1, 110. dorſum in mari dicitur pro exſtante colle. I. GRONOVIVS *MS.* 1. *Dorſum* ex vi vocis propria non omnino eſt cacumen montis, ſed ſignificat continuata et protracta montium iuga, de quo uſu varia conlegit Emmeneſſius ad Virgil. c. l. Sic *iuga montium perpetua* paullo poſt *dorſum* vocat Curtius 5, 4, 5. Tum, quod *agere* adiecit, apte motus progreſſionem indicavit, et pro ſimplici locutione dixit, qua iuga montis extenduntur, promoventur. At, quo minus ita explicari hic poſſit, obſtare videntur proxima verba *perpetuo iugo*, porro ſeries deſcriptionis et ipſe uſus illius vocis in Mela. Nam progreſſionem verſus meridiem iam notavit, quare ulterior deſcriptio aliud quid poſtulat, quod declaretur in forma montis. Ita vero 1, 9. in. *Aegyptus ab hoc litore* (maris interni) *penitus immiſſa, donec Aethiopiam dorſo contingat, ad meridiem refugit.* Ibi quidem de iugis montium cogitari nequit, nec cogitaſſe alios, ex ipſorum explicationibus adparet. Ita enim Plinius 5, 9. ſ. 4. *Aegyptus ad meridiem recedens, donec a tergo praetendantur Aethiopes.* Cum Plinio *tergum* etiam habent Solinus cap. 35. ſ. 32. in. et Martian. Capella lib. 6. p. 218. Omnes igitur de averſa parte, qua a litore verſus Aethiopiam recedit, intellexerunt. Et ſic Athos 2, 2. f. *non promontorio, ut alii, verum totus exſtat, totoque longe dorſo procedit in pelagus* i. e. ab utraque parte, a fronte et a tergo. Plinius 4, 17. ſ. 10. *a planitie excurrit in mare.* Senſus igitur hic ſubeſt: qua ab origine ad finem procurrit, et ſic obponitur verbis: *ab Eois litoribus exſurgens.* Interpres Hiſpanus: *por donde toca con ſus coſtados;* minus accurate. Atque inde etiam *magnae gentes* intelligi poſſunt.

diremit) Plinius 5, 27. *mediam diſtrahens Aſiam, niſi obprimenti terras occurrerent maria. Reſilit ergo*

a ſeptemtrione ſlexusque immenſum iter quaerit. Nempe inter aliquot maria flexibus torquetur, ſed in nullum exit, niſi in Lycium ſeu Pamphylium.

totus ut —) De horum verborum et lectione et ſenſu ſatis, opinor, expoſitum eſt in notis criticis pag. 472 ſqq. Hoc unum adiiciam hic, quod Huetius in libro hiſt. du commerce cap. 56. p. 403. ita emendat: *idem autem et Torus* i. e. Taurus; ſatis lepide. De variis autem Tauri nominibus et finibus exponunt etiam praeter Plinium 5, 27. Solinus cap. 41. ſ. 38. Oroſius 1, 2. ſic ut alii plura adferant nomina, alia pauciora.

Hemodes —) Omnes hae appellationes veniunt ex expeditione Alexandri M. unde primum Graeci hanc diſtinctionem didicerunt, in qua primum nomen eſt *Hemodes* ſ. *Imaus*, qui tractus montanus Indiam diſtinguit a Scythia, prout etiam *Caucaſus* et *Paropaniſus*, ex quibus *Caucaſus* non ponitur ſuo loco. Nam non eſſe verum Caucaſum antiquis poetis celebratum, per Promethea patet ex ſitu, quem cap. 19, 13. praebet Caucaſiis montibus, ut idcirco Mela indulſerit appellationi, quam creduntur Macedones indidiſſe illi tractui montano ad iactandam expeditionis Alexandri M. gloriam, quaſi illa ſe extendiſſet ad verum Caucaſum. I. GRONOVIVS *MS.* Vid. deinceps, et de *Hemode* ad 3, 7, 6.

Caucaſus) Sic dictus fuit a Graecis, quum verum eius nomen eſſet *Graucaſus*, hoc eſt, nive candidus. Sed Graecis notiſſimum erat Caucaſi montis nomen inter Euxinum et Caſpium mare ſiti, et ideo in Orientem, ubi nominis pene eiusdem, vel certe proximi, invenerunt montem, transtulerunt. Vide Salmaſium ad Solinum p. 788. [ſ. 554.] et me in Curtio vindicato p. 137. et 157. ubi et de Paropamiſo egi ſtudioſe et de Paropamiſadis in monte iſto habitantibus p. 134. et ſqq. PERIZO-

nivs. De vero Caucaſo male huc ab Alexandri militibus translato adfirmant, Strabo 11. p. 348. ſ. 506. in. et poſt, Arrian. de exp. Alex. 5, 5, 4. et in Indic. cap. 2. aliique plures omnino hic Caucaſum commemorant cum Noſtro, ut Plinius 5, 27. 6, 23. ſ. 20. Curtius 8, 9, 3. et ubi male miſcet 7, 3, 21. Plutarch. in orat. 2. de fortitudine Alex. p. m. 325. Dionyſ. v. 1134. ibique Euſtathius et ad Homer. Il. 2, 735. p. m. 251. Eodem modo Alexandri milites Iaxarten, Sogdianorum flumen Tanain putarunt et adpellarunt, uti monet Plinius 6, 18. ſ. 16. aliique, unde in errores quidam deducti ſunt. Cf. infra ad 1, 19, 18. et Harduinus ad Plin. c. l. Cautius alii agunt, a quibus, uter mons intelligendus, adiectis verbis declaratur. Ita Plinius 6, 23. ſ. 20. Indum effundi in iugo Caucaſi montis, quod vocetur Paropamiſus eodem modo, quo Arrian. de exped. Alex. M. 5, 3. ſ. 5, 4. in. fontes eius oſtendit in Paropamiſo vel Caucaſo, quem poſteriorem hic ſolum commemorat Curtius 8, 9, 3. Ἰνδικὸν Καύκασον dicit Euſtathius ad Homer. c. l. Bene etiam monito providit Arrianus 5, 5. quo ſenſu Caucaſum intellectum vellet. Ita vero proprie eos montes vocatos eſſe, qui ab Ariis excurrunt, tradit Strabo 11. p. 352. ſ. 511. Alii aliter explicant, et referunt ad Paropamiſum, (Arrianus, Plinius, antea notati) ad Imaum, (Oroſius 1, 2.) vel Paropamiſum, Imaum et Hemodum. (Euſtathius ad Dionyſ. v. 1153.) Adparet inde, quanta ſit veterum auctorum in definiendo hoc Caucaſo inconſtantia, quantasque in rebus Geographicis harum regionum turbas dederit expeditio Alexandri. Plura conlegerunt Goropius in Indo-Scythicis p. 475. Raderus ad Curt. 7, 3, 19. et Bayerus de muro Caucaſeo in opusculis p. 113 ſqq. et p. 208. De Scythico Caucaſo vid. infra ad 1, 19, 13. et de *Paropamiſo* ad 3, 7, 6.

Caſpiae pylae) Quae Mediam ab Aſſyria et vicinis regionibus ſeparabant, et in Alexandri M. expedi-

tione distinguunt etiam Medos et Parthos, ut patet ex Arriano lib. 3. [cap. 19.] ubi Alexander per eas insecutus fuit Darium. I. GRONOVIVS *MS.* Haec denominatio a Graecis est imposita, pro qua Asiatici in sua lingua sine dubio habuerunt aliam. Sed Graeci sic dixerunt propter angustum et difficilem transitum. — IDEM. Strabo 1. p. 44. f. 64. 11. p. 559. f. 522. vocat Κασπίους πύλας, Arrianus c. l. Κασπίας πύλας, uti Servius ad Virgil. Aen. 6, 799. cum Nostro; Dionyf. Perieg. v. 1064. Κασπιάσας πύλας; Plinius 6, 12. f. 11. et 15. f. 13. Sueton. in Nerone c. 19. Ammian. 23, 6. — Latino vocabulo usi *Caspias portas;* utrumque variat Orosius 1, 2. qui *Caspias portas* dicit et *Armenias pylas.* De ipso autem vocabulo πύλαι hoc sensu cf. Perizon. ad Aelian. V. H. 3, 25. et Eustathius ad Dionyf. v. 1034. Sic πύλαι θαλάσσης apud Aristid. T. 1. p. 21. ed. Iebb. — Sed *claustra Caspiarum* sc. portarum sunt Tacito Hist. 1, 6. quae omnia ad angustos aditus apte referuntur, qui locum aperiunt, claustra etiam ad illorum munimenta et difficultatem, uti multis exemplis docent Heinsius ad Vellei. 1, 3, 3. Broukhusf. ad Propert. 3, 7, 55. Ernesti ad Tacit. Annal. 2, 59. Nominis causam addita descriptione exposuit etiam in nostris Plinius 6, 17. f. 15. Quippe interrupta angusto transitu iuga erant, ita ut vix singula meare possent plaustra, longitudine 8. M. toto opere manu facto. A Graecis κλεῖδας etiam vocari, ex Dionysio v. 1056. notat Eustathius, ubi κλῇδες γαίης Ἀσιήτιδος legitur. Nomen tulerunt, ut mare, a gente Caspia, quae iis egressos excipit. (Plin. 6, 17. f. 15.) Quod negat ad Curtium 6, 4, 19. Freinshemius, gentem ibi Caspiam fuisse, diserte id adfirmat epitomator Strabonis lib. 11. p. 148. Hudf. quippe qui duas facit Caspias gentes, quarum haec Parthis vicina ad Caspias portas. Situs earum, uti iam supra indicavit Gronovius, optime intelligitur ex Alexandri expeditione, qui cum Darium persequeretur, undecimo die ab Ecbatanis in Media pervenit Rhagas unius diei itinere

procul ab his portis, quibus post penetratis Parthiam ingressus est. Sunt igitur inter Parthiam et Mediam in utriusque finibus. Vid. Arrian. de exped. Alex. 5, 19. et 20. Strabo 11. p. 361. s. 524. et Plinius 5, 17. s. 14 sq. 5, 21. s. 17. Mediae diserte tribuit Strabo 11. p. 359. s. 522. Quae si teneantur, aliqui non satis accurate, alii etiam vage posuisse videntur. Ita Ammianus 23, 6. Mediae quidem finibus proximas dicit, sed illos fines litorea navigatione designat. Iuxta mare etiam ponit Geogr. Ravenn. 2, 3. f. Servius ad Virgil. Aen. 6, 799. in finibus Assyriorum, quae aliquantum aberrant, nisi Mediam complectaris. Forte etiam cum *Meda porta* (Μηδικὴ πύλη) confundit Strabo 11. p. 362. s. 525. Zagri portas vocat Ptolemaeus 6, 2. quia, ut Strabo etiam indicat, Zagri montis ibi est transitus in Media, non procul a finibus Assyriae. Turbare etiam Plinius, nec satis sibi constare videtur, dum scribit 6, 17. s. 15. portas illas teneri a Pratitis, hos autem connecti Carduchis s. Corduenis, (Plinii aetate) praefluente Tigri, qui in Mediae et Parthiae vicinia cogitari nequeunt. Alibi tamen (6, 29. s. 25.) Pratitas Medos ab occasu Parthiae ponit, quod propius ducat ad situm portarum. At in situ Pratitarum notando sic minus accurate, nec ordine versatus est Plinius, et si Parthiae regnum et regionem miscuit, miscuit etiam Caspias pylas, et tum Pratitae ad extremam Mediam versus Armeniam reiici debent haud procul certe a Carduchis, ubi Caspia gens etiam fuit notior eadem, unde duplex mons Caspius facile explicatur. Ibi vero etiam portas Caspias a nonnullis poni, docent loca auctorum manifesta. Sic Ammianus 23, 6. Cadusios conterminos facit. Et hinc superiora etiam ad veram rationem revocari possunt. Denique notat Plinius 6, 12. s. 11. magno errore portas Caucasias, easdem etiam Iberiae, a multis Caspias dictas esse; quem locum in descriptione earum portarum reddit Martianus Capella lib. 6. pag. 222. sed neglecta Plinii notatione simpliciter dicit: *Caucasus portas habet,*

quas Caſpias dicunt. At illud Plinii eo magis eſt mirum, quod 6, 15. ſ. 13. eum errorem ab iis commiſſum eſſe tradit, qui in Armenia res proxime cum Corbulone geſſerunt. Idem contendit de Caſpiis pylis, ad quas tendere contra Albanos Nero minabatur. (Sueton. in Ner. c. 19. Tacit. c. l.) At verendum eſt, ne Plinius ipſe erret. Accuratius enim noſſe poterant, qui interfuerunt. Deinde Albania interiacet inter has Caſpias portas in finibus Armeniae et Mediae, et inter Caucaſias, neque poterat ad has transire, nondum devictis illis gentibus, quibuscum bellum gerendum erat. Hinc etiam Procopius de B. Goth. 3, 3. in. Alanos (antea Albanos) a Caucaſo monte ad portas Caſpias tractum incolere dicit. Idem de B. Perſ. 1, 10. in. his portis vicinos facit Iberos. Turbavit Plinium ſine dubio, quod ſciret, alias illas Caſpias portas, quae in Alexandri M. expeditione in primis commemorantur, longe ab iis regionibus diſtare, Albaniam autem cum Caucaſo connexam eſſe. Sunt igitur duplices portae Caſpiae, bene diſtinguendae in auctorum narrationibus, aliae prope mare Caſpium, ubi h. *Derbent*, quod putatur, (cf. Reinegg Beſchr. d. Kaukaſus T. 1. p. 113.) aliae inter Mediam et Parthiam, quos hodie a quibusdam *les portes de Teſlis* adpellatas legi. Caucaſiae vero etiam fuerunt, quas et Ptolemaeus 5, 9. Albanias vocat, ſed ab Caſpiis maxime diverſae ut nomine, ita ſitu, etſi Stritterus in Memoriis populorum in indice Geogr. ſ. v. *Portae Caucaſeae* adfirmat, eas ſaepe a ſcriptoribus Byzantinis Caſpias vocari, quod ex ſuperioribus iudicatur. At quod idem Tom. 3. p. 76. in not. dicit, portas Caſpias a Geographis inter Mediam et Parthiam haud procul ab Oxo fl. poni, Oxus ſatis inde procul remotus eſt. Plura in hanc quaeſtionem disſeruit Freinshem. ad Curt. 6, 4, 19. et quod ad portas Caucaſias Bayerus de muro Caucaſeo in opuſc. p. 100 ſqu.

Niphates) Gr. Νιφάτης, ut recte effert Cod. Palatin. in Ptolemaeo 5, 13. pro Νυμφάτης. Νιφάτας

agnoviſſe videtur etiam Euſtathius, quia ad Dionyſ. v. 988. flectit in Νιφάτα et Νιφάταν. Mons fuit Armeniae (Strabo 11. p. 364. ſ. 529. Stephanus h. v. alii) connexus cum Maſio et Zagrio et ad Gordyaeos montes referendus. (Strabo 11. p. 359. ſ. 522.) In auſtrali eius parte fontes ſunt Tigridis, (Strabo c. l.) quas tamen ultra removet Ptolemaeus. Quaerendus omnino eſt in confinio Armeniae et Meſopotamiae. A voce Graeca νιφὰς nomen nactus eſſe videtur, quod et indicant poetae, uti Horatius 2. od. 9, 20. ubi *rigidum* vocat, etſi de fluvio ibi quidam interpretantur, in quibus Mitſcherlichius, renitente tamen non temere Iani. Eadem de cauſa apud Scythas Caucaſum vocatum eſſe *Croucaſum* i. e. nive candidum, tradit Plinius 6, 19. ſ. 17. Fluvium cognominem norunt ſoli poſteriores poetae, ut Sil. Ital. 13, 765. Lucan. 3, 245. Iuvenalis 6, 409. ubi Martialem 12, 21. addidit Ruperti, in quo tamen id non inveni. Inde vero poſt et montem et fluvium Niphatem produxerunt Servius ad Virgil. Georg. 3, 30. et Vibius Sequ. p. 15. et 31.

Armeniae pylae) Unde cognomen tulerint, adparet, non item, ubi quaeri debeant, conſtat. Vadianus arbitratur, ubi in Moſchicos montes, quae et ipſa Tauri iuga ſunt, Taurus inclinat. Nec eſt, quod repugnet, quia Mela ad excurſum Tauri et finem progreditur. Sunt autem trans Euphratem prope Armeniam minorem, et cum iis verſus ſeptemtrionem cohaeret Antitaurus, ut quidem eorum ſitum deſignat Strabo 11. p. 359. ſ. 521. Hinc vero male et turbato ordine Solinus cap. 41. ſ. 38. ſcribit ab Eois litoribus progreſſus: *Ubi dehiſcit hiulcis iugis, facit portas, quarum primae ſunt Armeniae, tum Caſpiae* — Perperam enim putavit Plinium 5, 27. certum ordinem tenere, quem omnino portas indicare voluiſſe, repetitio adiectae particulae *alibi* ſuadet. Errat etiam Harduinus ad Plin. c. l. qui easdem eſſe putat Caucaſias adpellatas a Plinio 6, 12. ſ. 11. Ita I. Grono-

vius MS. minus recte ponit inter Ciliciam et Syriam, vel Armeniam, ubi potius sunt Amani s. Amanicae portae, quibus ex Cilicia exitur in Syriam. Cf. Plin. 5, 22. s. 27. et supra ad 1, 12. extr. Removeri igitur et hinc debent, ipso Mela suadente, quippe qui subiungit: *ubi iam nostra maria adtingit, Taurus iterum.* Id quidem iam evenit ad Ciliciae confinia, unde Procopius de B. Persico 1, 10. Taurum Ciliciae montem dicit, qui primum excurrat in Cappadociam, ubi Tauri pylas commemorat Cicero ad Att. 5, 20. Post Taurus in Cilicia et Armenia vocatus est *Maurus*, ut tradit Phocas in descr. Terrae Sanctae cap. 11. aliis comprobantibus. Lucas in voyage dans la Grèce — T. 1. cap. 35. p. 326. initium Tauri h. vocari scribit *Bougali Daglar*, et montes adnexos *Laiasse* pag. 345.

§. 3. *Limyra)* Fluvium alii adpellant *Limyrum*, ut Strabo 14. p. 458. s. 666. Ptolem. 5, 3. Stephanus s. v. Λίμυρα. Cum Nostro consentit Plinius 5, 28. s. 27. ut omnino in urbis terminatione alii, etsi genere et numero discrepant. Nempe Straboni est τὰ Λίμυρα πολίχνη, quod neglecto articulo dubium relinquit accentus sedes. Cf. disputata ad Vellei. 2, 102. f. ubi *Limyra* repulso *Limyram* revocavit Ruhnkenius. Ἐν Λιμύρᾳ tamen dixit Basilius M. epist. 218. et *Limyren* Ovidius Metamorphos. 9, 645. unde utramque formam usum obtinuisse iudicat Wesseling. ad Hieroclem p. 683. Tum vero Limyre etiam in casu recto agnovit Ovidius, nisi *Limyrum* ibi malis. A Stephano in Lycia commemorantur *Lamyra* et *Limyra*, quas diversas urbes censet Salmasius ad Flor. 4, 12, 42. contra Lipsium, qui eandem putabat non sine veri specie ob notas Stephani vel depravationes, vel hallucinationes. Locum ex Strabone prave redditum esse, adparet; mutilatumque non temere existimat Holsten. p. 186. Urbs Μύρα, quam Strabo cum aliis in vicinia ponit, errorem invexisse videtur. Ceterum in

mediterraneis recenſet Ptolemaeus, ad mare locat Plinius; Strabo a Limyri oſtio removet 20 ſtadiis, ſed terreſtri itinere facto, ita ut ambages fluvii ad calculum vocari debeant. Inde vero etiam Plinius cum Ptolemaeo componi poteſt. Nunc quidem de urbe.

multa) Plinius 5, 28. ſ. 27. *Lycia quondam 70 oppida habuit*, nunc 36 *habet;* quod repetit Martianus Capella lib. 6. p. 220. Narrat certe Arrianus de exped. Alex. 1, 25. ſ. 1, 24, 7. hunc praeter Pinara, Xanthum et Patara cepiſſe ἄλλα ἐλάττω πολίσματα ἐς τριάκοντα.

Pataram) Graeci Πάταρα genere neutro, de quo dictum eſt in notis criticis p. 478. Unus forte Heſychius T. 2. p. 891. Παταρὶς dixit, πόλις καὶ ὄρος Λυκίας, pro quo tamen Παταρηῒς Voſſius ex Dionyſio Perieg. v. 129. *Sataros* antiquius nomen fuiſſe, auctor eſt Plin. 5, 27. Alterum derivant a Pataro conditore Strabo 14. p. 458. ſ. 665. et Stephanus, qui filium Apollinis et Lyciae, Xanthi filiae, facit; a Pataro, praedone antea, Euſtath. ad Dionyſ. v. 129. Alexander apud Stephanum ἀπὸ πατάρας, quod interpretatur κίστην. (vulgo κίστιν) TZSCHUCKE. Alio ordine Plinius haec oppida recenſet, ac Mela. Ille quippe prius Xanthum, deinceps Patara nominat. Recte tamen uterque. Limyra enim proficiſcentibus Xanthos oppidum vicinius erit Pataris. Verum Xanthi oſtia remotiora, et ultra Patara erant ſita. Xanthos enim mediterranea urbs eſt, Patara vero ſita erant ad ipſum mare. Nam quod Scylax [p. 39. Hudſ.] ait, ad Patara adverſo amne Xantho navigari, id falſum eſt, et omnino verum eſt, vel erraſſe Scylacem, vel ita ſcripſiſſe, Ξάνθος, δι' οὗ ἀνάπλους εἰς πόλιν Πάταρα, ἣ καὶ [vulgo εἰς Πάταρα πόλιν, καὶ] λιμένα ἔχει. VOSSIUS. Refutavit eum Gronovius ad Scylacem p. 93. ed. ſuae. Etſi enim poſt Xanthum Patara ponat Strabo, a Xanthi tamen ripa ideo non abigi; immo Appianum de B. Civil. 4. [c. 82.]

describere πόλιν ἐοικυῖαν ἐπινείῳ Ξανθίων, certe significare adpositam fuisse illi fluvio, per quem descensus erat ad eius velut navale; ἀνάπλουν igitur Scylacis ita posse accipi, ut non longe a mari fuerit remotus. Referri huc potest, quod proxime antea de Limyris notatum est. Eadem ratione Appian. de B. Civ. 4, 82. in. Myrensium navale facit Andriacen, quae ad mare ponitur, a Ptolemaeo 5, 3. in altera Limyri fl. ripa fere contra urbem Limyra. Sed eodem, quo Noster, ordine, inde a Caria progressus, ad quam noster demum tendit, has urbes recenset Strabo. Idem cum aliis, ut Scylace c. l. Livio 37, 17. f. — memorat portum, qui etiam ex Paulli navigatione innotuit; (Actor. 21, 2.) Παταρηΐδα ἄκραν Dionys. v. 129. quam cum Salmasius ad Solin. p. m. 550. de prominentia editi litoris explicasset, quae portum effecerit, expertus et hic est impetum Vossii, qui interpretatur de toto Lyciae promontorio, sive paene insula. At eodem modo, quo vult Salmasius, Telmesum promontorium ad urbem cognominem habere dicit Strabo 14. p. 457. s. 665. Tum diserte Hesychius eodem nomine urbem Lyciae et montem profert, quorsum etiam spectant *Patarea dumeta nivosis Lyciae iugis.* Porro Patara ad Lyciorum cherronesum ponit Alexander apud Stephanum. Denique nexus declarat, Dionysium voluisse locum illius ἄκρας designare. Sed ea ulterius non moror. Vossii explicationem improbavit etiam Mannert in Geogr. Vol. 6. P. 3. p. 171. De claro ibi Apollinis oraculo deinceps. Inclinatam urbis fortunam Mela voce *quondam* innuit. Incola Παταρεὺς, et hinc in numis crebro Παταρεων occurrit, Latini *Patareus* ad formam Graecam, sed et passim τετρασυλλάβως et penultima producta, etsi modo per *e*, modo per *ae* efferunt, quasi a Παταρειος vel Παταραῖος ductum, uti a nomine *Theseus*, adiectivum *Theseus.* Exempla dant Ovidius Metam. 1, 510. Statius c. l. Theatri descriptionem et formam vid. in Antiquities of Ionia P. 2. c. 5. n. 56. 57. H. *Patera.*

Apollinis) Qui inde Patareus dicebatur, ut ab Horatio 3. od. 4, 64. atque hinc ipſe apud Ovid. Metam. 1, 516. *Patarem regiam* iactat. Hinc et urbis numi Apollinem cum tripode ſiſtunt. Templum habuiſſe antiſtitam refert Herodot. 1, 182. quae in templo concludebatur, quoties Deus aderat. Non enim, quod addit, ſemper aderat, idemque aliorum teſtimonia probant, adeoque conſtare ſcribit Servius ad Virgil. Aen. 4, 143. per ſex menſes hibernos Pataris, per ſex aeſtivos in Delo oracula edidiſſe. *Hibernam* igitur *Lyciam* reſpectu Apollinis vocat Virgilius. Cf. etiam Turnebi adverſ. 24, 26. Strabo c. l. nihil quidem de templo Apollinis adfert, etſi poſt ad Xanthum Latoi meminit, ſed omnino tantum ἱερὰ πολλὰ ibi fuiſſe adfirmat. Suſpicatur igitur Barthius ad Statii Theb. 1, 696. ἱερὸν Ἀπόλλωνος ſcripſiſſe, quod poſtea corruperint librarii.

opibus) Vel donariis illic conſecratis propter accepta oracula, vel etiam, quas lauti homines, vel urbes, vel principes illic depoſuerant ſecuritatis gratia, ut ſolitos antiquos facere probat Deli templum et pecuniae a Graecis collatae et illic cuſtoditae apud Iuſtin. lib. 3. ſ. 1. GRONOVIVS *MS.* 1. Sic *Troia gaza* in Iunonis templo repoſita ſervabatur, ut eſt apud Virgil. Aen. 2, 763. ubi plura dabit Cerda, item Berneccer. ad Iuſtin. 3, 6, 4. et Irmiſchius ad Herodian. 1, 14, 5. et quos laudat.

Xanthus) Et fluvii et urbis cognominis multi fecerunt mentionem. Fluvius antea dictus eſt Σίρβης ſ. Σίρβις, teſte Strabone 14. p. 458. ſ. 665. quod Arabicum vocabulum cenſet Bochartus in Chanaan 1, 6. ſignificans ξανθός. Σίρβῳ pro vulgato Σίβρῳ commode huc referri poteſt ex Stephano ſ. v. Τερμίλη. Ita Xanthus urbs antea dicta eſt *Arna*, ut tradit Stephanus h. v. Xanthi nomen a Xantho conditore, dubia origine prolato, deducunt Stephanus h. v. Euſtathius ad Homer. Il. 2. extr.

et ad Dionyſ. v. 129. qui in priori etiam loco eam vim aquis tribuit, ut oves flavo colore inficiat, quod alias de Xantho Troiano iactatur. Urbem in mediterraneis ponit Ptolemaeus 5, 3. et ab oſtio fluvii 70 ſtadiis i. e. 9. M. P. removet Strabo c. l. Plinius 5, 28. ſ. 27. iuſto longius, 15. M. P. Hinc vero diſcitur, non ſatis accurate Stephanum et ex eo Euſtathium ad illam urbem fluvium emittere; illam vero praeteriiſſe verſus occaſum adparet ex Alexandri M. itinere apud Arrian. 1, 25. ſ. 1, 24, 7. Urbium Lyciae maximam dicit Strabo, et prope ponit Latonae templum, (Λητῷον) in ipſa urbe Sarpedonis commemorat Appian. de B. Civ. 4, 78. Reparaverat igitur damna, quae olim Perſarum expugnatione, (Herodot. 1, 176.) poſt Bruti in primis fecerat. (Dio 47, 34. Appian. de B. Civ. 4, 80.) Ex poſterioribus eius memoriam ſervarunt Hierocles p. 684. H. adpellatur *Ekſenide.*

Cragus) Gr. Κράγος, prave Κέραγος Schol. Villoiſ. ad Homer. Il. 15, 193. Veteres poetae penultimam corripiunt; at producunt Avienus v. 1014. et Priſcian. v. 801. Cum Noſtro Lyciae montem multi faciunt, qui 8 verticibus exſtabat, et Chimaera inclaruerat. (Strabo 14. p. 458. ſ. 665. et ex eo Euſtath. ad Dionyſ. v. 847.) Cariae promontorium eſt Scylaci p. 38. ſ. Hudſ. quod ex confinio utriusque regionis et longo montis tractu intelligi poteſt; et ſic Lyciae promontorium dicit Plinius 5, 28. ſ. 27. et paullo ante Tauri partem, ut Euſtathius c. l. qui nomen a Crago ibi mortuo et culto impoſitum fuiſſe tradit. Cum mons fuerit late extentus, non ſolum parte ſui promontorium in mare extruſit, ſed et 8 urbes, quas recenſet Ptolemaeus 5, 3. adpoſitas habere potuit. TZSCHVCKE. Duobus iugis in mare excurrit, Daedalis nempe et Telmeſſo. Hic mons Telmeſſus eſt is, quem alii promuntorium Cragi vocant, alii ἄκραν Τελμεσσίδα, vel Τελμεσσιάδα, [vid. nota proxima] ab urbe Telmeſſo, ſita ad radicem montis. Surgere autem incipit

ab urbe Xanthiorum, et in mare defcendit ad Telmeffum urbem. Supra hunc montem alius eft, Chimaera nempe. In medio horum eft ignivomus terrae hiatus et convallis Chimaerae, quae usque ad mare pertingit. [Cf. Strabo c. l.] VOSSIVS. Ita, recte quidem, fuftulit Salmafii ad Solinum p. m. 563. dubitationes de Crago monte et promontorio; at aliam ipfi moveat Scylax c. l. qui Cragi promontorium ponit in Caria, Telmeffum in Lycia, de qua diverfitate deinceps. Vicinus illi mons *Anticragus* dictus eft, ut ex Strabone difcitur. Hodiernum nomen fertur *Capo Serdeni* vel *Sette Capi.*

Telmeffos) De fcripturae multiplici variatione dictum eft in notis criticis p. 480 fqq. de confufione cum *Termeffo,* Pifidiae urbe, addi poteft Euftathius ad Dionyf. v. 859. Hic de fitu notandum, alios in Lycia cum Noftro ponere, alios in Caria, ut Ciceronem de divin. 1, 41. Stephan. h. v. qui tamen fimul monet, a Philone et Strabone Cariae dari, Clement. Alex. lib. 1. Strom. p. 334. Cum Noftro faciunt Strabo 14. p. 457. f. 665. Scylax p. 39. Hudf. Plin. 5, 28. f. 27. Solin. cap. 43. f. 40. Martian. Cap. 6. p. 220. Ptolem. 5, 3. Hierocles p. 684. Cf. etiam Perizon. ad Aelian. V. H. 12, 64. Caufa discrepantiae, ut iam aliquoties notatum eft, in confinio utriusque regionis quaeri debet. Hinc et Livius 37, 16. f. fcribit, Telmeffìcum finum uno latere Cariam, altero Lyciam contingere. Portum commemorant plures, in quibus Scylax et Strabo, in quo legitur Τελμεσσὶς ἄκρα λιμένα ἔχουσαν. An igitur portum voluit, aut debuit dicere Livius? An intelligendus eft Lyciae finus, qui a Cragi promontorio incipit, et Telmeffi portu claudebatur, uti quidem Salmafius ad Solin. p. m. 550. illum Livii finum intelligit; aut Telmeffi ille portum continebat et includebat, quia in finu plures effe poffunt portus; atque hoc magis accommodatum videtur. Auget Lucanus 8, 248. et *magnos finus Telmeffidos undae* commemorat.

In Strabone 14. p. 448. f. 651. videtur esse Glaucus, quem κόλπον εὐλίμενον vocat, et inde a Daedalis incipit. At fuit Cariae urbs *Telmissum* Halicarnasso cum 5 aliis ab Alex. M. contributa, in agro eius sita, 60 stadiis ab ipsa Halicarnasso remota, de qua cf. Plin. 5, 29. Suidas s. v. Τελμισσεῖς. Atque haec post adpellata est Ἀναστασιούπολις addito Ἁλικαρνάσσου, uti discitur ex Caroli a S. Paulo Geogr. Sacra (1754) p. 15. ubi tamen, quod et fit in altera apud Strabonem, Τελέμισσος scribitur. Posteriori nomine, quo prodit apud Hieroclem p. 689. ignotam sibi urbem esse fatetur Mannert p. 289. c. l. Nostra haec nobilitata fuit interpretationibus prodigiorum et haruspicum disciplina, de quo multi scripserunt, in iis Arrian. de exped. Alex. 2, 5, 4 sqq. Cicero de divin. 1, 41. et plures alii. Vid. Perizon. ad Aelian. V. H. 12, 64. Wesseling. ad Herodot. 1, 78. Davisius ad Ciceron. c. l. et quos illi nominant. Adtigit id iam Herodotus 1, 78. Hinc Plinius 30, 2. s. 1. eam *religiosissimam urbem* vocat. In bello Antiochico Eumenes eam a Romanis accepit, cuius regno sublato ad Lycios rediit, (Strabo c. l.) dum Lycia in formam provinciae redigeretur. Strabonis tempore πολίχνη erat, ut ille quidem vocat. Gentilia inde et cognata derivat Stephanus Τελμισσεὺς, (per ι editionum) Τελμίσσιος, Τελμισσὶς, (ἄκρα apud Strabon. c. l.) Τελμισσιας, (ἄκρα ex Artemidoro) quibus ex Livio addi potest Telmessicus sinus supra notatus. Locus, in quo olim stetit, nunc vocatur *Macri*.

CAP. XVI.

CARIA.

§. 1. *Caria)* Gr. Καρία. Incola *Car*, quod habent Nepos in Datame c. 1. Auſon. idyll. 12, 90. De adiectivis hinc ductis multa adtulit Stephanus, ex quo pleraque hauſit Euſtathius ad Homer. Il. 2, 867. p. m. 277. Nomen a *Care* conditore ducit Stephanus, quem auguria ex avibus inveniſſe addit Plinius 7, 57. ſ. 56. In conſtituendis finibus variatur. Scylax p. 39. Hudſ. a Maeandro fl. ad Cragum, promontorium extendit; Strabo 14. p. 448. ſ. 651. inde a Lycia primum ponit Daedala, (poſt Telmeſſum) finitque, ut ex narrationis ſerie adparet, in Iaſio ſinu; Ptolemaeus 5, 2. a Cauno incipit, quia poſt Caunum ponit Lyciam, et ultra Miletum et Heracleam ad Pyrrham usque profert, unde adeo quidam duplicem Cariam effinxerunt, cum id potius de variatis ſubinde terminis explicari debeat. Sic Hierocles p. 685 ſqq. Caunum Lyciae adſcribit, et Miletum cum Heraclea etiam in Cariae urbibus recenſet. Patarorum promontorio Lyciam a Caria disterminat Euſtathius ad Dionyſ. v. 129. In mediterraneis, ubi Phrygiam adtingit, non magis conſtiterunt termini, ut Geographi exponunt. Noſtrum ſecutus eſt Plin. 5, 29. Multa quae ad Carum originem et mores pertinent, adtulit Strabo 14. p. 454. ſ. 661 ſq. ex recentioribus Sevin in recherches ſur l'hiſtoire de Carie in Memoires de literature — de Paris T. 8. p. 113 ſqq. Cf. et deinceps. Quod βαρβαροφώνους adpellat Homerus Il. 2, 867. de eo prolixius disquirit Strabo c. l. Quidam etiam nomen a Κὰρ i. e. barbarus derivant, non renuente Strabone. Quod Herodotus 1, 171. narrat, Cares ipſi ſe indigenas iactarunt, Cretenſes vero tradiderant, *Lelegas* olim adpellatos Minoique ſubiectos inſulas habitaſſe, ex quibus a Dorienſibus et Ionibus eiecti in continentem conceſſerint, adſumto Carum nomine. Cf. et Strabo 12.

p. 394. f. 572. f. 14. p. 454. f. 661. et quae recte monuit Mannert Vol. 6. T. 3. p. 186. nempe Caribus, continentis incolis, Lelegas fe adiunxiffe, ex infulis profectos. Utrobque certe diftinguit Homer. Il. 10, 429. et Strabo 13. p. 420. f. 611. octo urbes ab iis in hac regione conditas fuiffe ex aliis refert. Cf. notae proximae. Accedunt *Caunii*, (Mannert Cauconii) quos Herodotus 1, 172. indigenas putat, cum ipfi fe ex Creta migraffe ferrent. (Herodot. c. l. et Strabo 14. p. 448. f. 652. in.) Ipfa regio a Lydis transiit ad Perfas, (Herodot. 1, 174.) quos Macedones exceperunt, (Arrian. de exped. Alex. 1, 20 fqq.) Alexandro mortuo ceffit Syriae regibus, qui cum ad Antiochum tenuiffent, huic ereptam Romani dederunt Eumeni Pergami regi, (Livius 37, 56.) donec ipfi eam fibi vindicarent, et imperatores eorum provinciam facerent. Nunc Natoliae pars eft.

indigenas) Graecis funt αὐτόχθονες, quales fe iactabant Athenienfes, γηγενεῖς, terrigenae, quo verbo ignotam, vel obfcuram originem indicabant. Cf. Heyne ad Apollodor. 2, 1, 3. Sic Cares fe αὐτόχθονας ἠπειρώτας dixiffe, refert Herodotus 1, 171. Cf. nota fuperior. *Indigenae* obponuntur *advectis* apud Tacit. in Agric. cap. 11. in. Vid. Longolius ad Taciti Germ. cap. 2. in. TZSCHVCKE. Magnum in iis apud antiquos erat momentum, ne cogerentur aliquam gentem agnofcere, cuius forent coloni, et cui propterea cogebantur praeftare varia reverentiae documenta, ut praefertim decimas omnium praedarum, prout Carthago praeftitit Tyro apud Iuftin. lib. 19. [18, 7, 7.] I. GRONOVIVS *MS.*

Pelafgos) Quae gens erratica per omnes Graeciae regiones, unde toties eorum meminit hic auctor. [veluti 1, 18, 2. 19, 2. 2, 2, 10.] Sed apud Herodotum et alios patet, in omnibus partibus per aliquot tempus hos Pelafgos confediffe et tandem fuiffe eiectos. I. GRONO-

vivs *MS.* De Pelaſgis et antiquis eorum ſedibus multa ex priſcis auctoribus adtulit Strabo 5. p. 152. ſ. 220. Cf. et Euſtathius ad Homer. Il. 2, 840. et quae ex recentioribus nuper de iis prolixe diſſeruit Hetzel in libro über Griechenlands älteſte Geſchichte, qui a *Peleg* Semitarum gente nomen ducit. Homerus in variis eos locis ponit. Potiores ſedes habuiſſe videntur in Theſſalia, cuius urbem Argos ea de cauſa Pelaſgicum vocat Homerus Il. 2, 681. ubi vid. Euſtathius, praeter Strabon. c. l. et Schol. Apollonii ad 1, 580. Hinc et Pelaſgia illius regio dicta eſt, ut tradit Stephanus, et ſatis nota eſt Pelaſgiotis. Inde forte in Peloponneſum tranſierunt, quae et olim Pelaſgis vocata eſt, ut notat Schol. Apollonii ad 1, 1024. eoque refert ad Homerum c. l. Euſtathius Pelaſgicum Argos in Euripidis Oreſte v. 1601. Cf. et Schol. Lycophron. v. 177. Hinc in alias terras migraſſe et colonias deduxiſſe videntur. Contra Dionyſ. Halic. 1, 17. antiquiſſimam illis ſedem adſignat in Peloponneſo, et hinc in Theſſaliam aliasque regiones ducit; cum alii ex Thracia arceſſant. De diſcrimine eorum et Graecorum vid. de la Nauze in Memoires de l'academie des inſcrr. — de Paris Tom. 23. p. 115 ſqq. Ex variis auctorum narrationibus tandem id certe efficitur, originem eſſe incertam, nec quidquam de ea ſe explorati habere ingenue fatetur ipſe Heynius in excurſu 4. ad Virgilii Aen. lib. 7. Ephorus, teſte Strabone c. l. Arcadas origine facit; contra Charax lib. 1. Chronicorum apud Stephan. ſ. v. Παῤῥασία Pelaſgum Argis in Arcadiam veniſſe ſcripſerat. Cf. et Schol. Euripid. ad Oreſt. v. 1646. Alii duos Pelaſgos gentis auctores commemorari putant, ut ſolet in rebus reconditis et remotis. Cf. Heyne ad Apollodor. 3, 8, 1. Ceterum de Carum a Pelaſgis origine nihil ab aliis traditur. At Lelegas commemorant plures, ut ſupra notatum eſt. Hinc ab auctoribus paſſim cum Caribus coniunguntur, (Virgil. Aen. 8, 725. Ovid. Metam. 9, 644.) et Καρικὸν ἔθνος vocat Schol. Homeri ad Il. 10, 429.

Cretas) Caufa ex fuperiori nota patet, quia Minoi olim paruiffe et infulas tenuiffe ferebantur.

genus) Pro *gens*, de quo in notis criticis egi p. 486.

armorum) Rebus bellicis maxime deditos fuiffe, documenta adferuntur ab Herodoto 1, 171. et Strabone 14. p. 455. f. 661. fcutorum anfae et figna, et galearum criftae, quae et Carica dicta fuiffe ex poetarum locis probat Strabo. Ad criftarum inventum adludit Ariftoph. in avib. v. 292. ὀμφάλους τῶν ἀσπίδων praeter λόφους illis tribuit Schol. Thucyd. ad 1, 8. *ocreas* et *criftas* Plinius 7, 57. f. 56. Sed de clypeis maxime plurima conlegit Fifcher. ad Anacreont. p. 403. Cum iis armis fepultos et inde agnitos fuiffe, narrat Schol. Thucydidis c. l. Quod nofter *pugnae amans genus* dicit, pro eo Theocritus 17, 89. dat φιλοπτόλεμοι.

bella — agerent) Haec locutio, quam hic follicitaverat Ciacconius, et infolentiorem olim exiftimaverant Lambinus ad Nepot. 23, 8, 3. et Cellarius ad Eutrop. 2, 10. f. 5. proba eft et a bonis auctoribus frequentata. Cf. Ovid. de A. A. 1, 182. Nepos 23, 8, 3. Curtius 4, 10, 29. Claudian. in Eutrop. 2, 325. Gratian. in Cyneg. v. 334. ut omittam alios doctorumque virorum iudicia, quos in notis criticis p. 488. recenfui. De discrimine inter *bellum agere* et *gerere* expofui ad Eutrop. 2, 9. p. 84. Recte vero *aliena bella mercede agere* dixit, ut contra alienae gentes Carum opera ufi bella gerebant. Et fic Iuftin. 25, 2, 9. *neque reges Orientis fine mercenario Gallorum exercitu ulla bella gefferunt.* Idem vero effe puto, quod Livius 4, 53. in. dixit: *Volfcis voluntariis mercede fecutis militiam.* Ceterum de re idem adfirmat Strabo 14. p. 456. f. 662. καθ' ὅλην ἐπλανήθησαν τὴν Ἑλλάδα μισθοῦ στρατεύοντες, quod de Gaefatis Gallo-

rum refert Plutarch. in Marcello c. 3. et Polyb. 2, 22. in. Κάρδακες, militum genus apud Perfas, inde derivat Euftathius ad Homer. Il. 2, 867. p. m. 279. De ipfis Cardacibus confuli poteft Bofius ad Nepot. Datam. 8, 2. Ob fervile ingenium, et quod propofita mercede vitam proiicerent, contemti in prima acie ad excipiendos hoftium impetus conlocabantur; unde fine dubio natum eft proverbium: *In Care periculum*, quod adtigerunt praeter alios Plato in Euthydemo p. 33. (Bip.) Cicero pro Flacco cap. 27. Hefychius h. v. Sed vid. Zenobius Cent. 3, 59. Paufanias apud Euftathium c. l. et ex recentioribus Erafmus adag. 1, 6, 14. Ἀτιμοτάτους hac de caufa habitos fuiffe adfirmat etiam Schol. Villoif. ad Homer. Il. 9, 378. I. Gronovius in nota MS. omnino monuerat, tamquam rem miram hoc Noftrum memoraffe, quod antiqui operam fuam in bello mercede locare non foliti fuiffent.

aliquot) Ut *Daedala.* Strabo 14. p. 448. f. 651. χωρίον vocat; Ptolemaeus 5, 3. τόπον; Plinius 5, 29. f. 28. *oppidum* facit. Idem cum Ptolemaeo recenfet hic oppida *Cyra, Calynda,* quae forte nofter caftella habuit. Ex periplo Efcur. addi poffunt *Callimache* et *Clydae,* haec in Ptolemaeo *Lydae* vel *Chydae.*

Crya) De fcriptura utriusque promontorii dictum in notis criticis p. 488 fqq. Oppidum vocatur *Crya* a Plinio 5, 29. f. 28. et Stephano, qui tamen in Lycia ponit. Nempe Cariae et Lyciae fines, ut fupra dictum, variant. Ptolemaeo 5, 3. eft Καρύα, in Lycia item. Quis promontorium hoc nomine adferat, novi neminem. Scylax p. 38. extr. Hudf. unum in hoc tractu commemorat Cragum. At fi Plinium adeas 5, 28. f. 27. praecedunt hoc ordine Daedala adeoque Telmeffos, ut in Mela. Strabo 14. p. 448. f. 651. item unum habet inter Daedala et Caunum, quod vocat Artemifium, ubi et Dianae fuit templum. Sed equidem pro certo minime adfirma-

verim, noſtrum eſſe Crya. Quod poſt vidi, Artemiſium, Cragi promontorium et Paedalium diverſis nominibus de eodem promontorio intelligit Mannert Vol. 6. P. 3. p. 194. qui et Παιδάλιον per αι ex periplo Eſcurial. excitavit, cuius ſcripturam expreſſi.

ſecundum) Strabo 14. p. 448. ſ. 651. πλησίον. Vid. ad 2, 1, 6.

Calbin) Gr. Κάλβις. A Strabone c. l. dicitur βαθὺς et ponitur prope Caunum. Et ſic Ptolemaeus 5. 2. non procul a Cauno eius oſtium commemorat. Plinius 5, 29. ſ. 28. hoc nomine fluvium ignorat, at pro eo hic ſubſtituit *Indum* in Cibyratarum iugis ortum, qui recipiat 60 fluvios perennes, torrentes amplius centum. Conſentit in nomine et origine Livius 38, 14. in. et nomen ab Indo, quem deiecerit elephantus, impoſitum refert. Eundem putant Harduinus ad Plinium et Mannert (Geographie) Vol. 6. P. 3. p. 198. hic quidem ita, ut verſus oſtia nomen mutarit, ille etiam Cariam inde 1 Maccab. 8, 8. *Indorum regionem* dici addit, quod nuper adſtruere ſtuduit Cludius in Repertorium für Bibl. und Morgenl. Literatur T. 11. p. 80. ita tamen melius, ut inter Cariam et Ciliciam ad Cibyratarum iuga remittat. Quod *Ninum* in Plinio volebat Hermolaus Barbarus, ex Livio convincitur, ad quem cf. Drakenborchius. Stephanus *Calbium* fontem Lyciae producit, ex quo Calbim ortum putant; de quo cf. Berkelius p. 437. Equidem propter ſuperiora incertum puto. Aliud nomen, *Mauſolus*, illi tribuit Voſſius ex Pſeudo-Plutarcho de flum. ſ. v. Indus, quem Indiae falſo dari putat, quod Caria in hoc nomine ſibi vindicet.

Caunus) Gr. Καῦνος. Nomen traxit a Cauno, qui, ut turpem Byblidis ſororis amorem fruſtraretur, laqueo vitam finivit, unde et Καύνιος ἔρως in prover-

bium abiit. Vid. Ovid. de A. A. 1, 283. et in primis Metam. 9, 452 fqq. Quod tradit Parthenius in Eroticis cap. 11. eius amoris caufa fugiens huc conceffit. Plura etiam de nomine dabunt Stephanus h. v. Antonin. Liber. cap. 30. Conon narrat. c. 2. Euftath. ad Dionyf. v. 533. Καρικὴν πόλιν vocat Scylax p. 38. Hudf. cum aliis, portumque etiam eius memorat, ut Strabo c. l. Litoralem urbem faciunt etiam alii. Plinius 5, 29. f. 28. *oppidum* vocat *liberum*, cum antea Rhodiis Antiocho devicto adtributum paruiffet, ut difcitur ex Polybio 30, 5 fqq. Appiano in Mithr. c. 23. Incola Καύνιος. Quod Καυναῖος addit Stephanus, ad Καῦναι Aeolidis urbem referendum cenfet Holften. pag. 166. cum Cafaubono ad Athenaeum 3, 3. contra tueri ftudet Berkelius p. 463. Latini *Cauneus*, et hinc *Cauncae ficus* paffim laudantur, quae et *Caricae* funt aliis i. e. ἰσχάδες, Gloffis ficcatae ficus, de aliis etiam. Sed cf. Gronovii diatr. in Statium c. 14. p. 76 fq. et Creenius in comment. philol. T. 3. c. 1. p. 35 fq. Notiffimae funt ex hiftoria Craffi ad Parthicam expeditionem ituri, et ominofa exclamatione pueri Caricas vendentis: *Cauneas*, quafi cave ne eas, de quo cf. Cicero de divin. 2, 40. Plin. 15, 21. f. 19. H. *Copi*, quod quidem nomen in tabula adpofuit Pococke.

valetudine) Peftilenti coelo effe dicuntur. Hos cum intuitus effet Stratonicus citharoedus, homo falibus plenus, illum ex Il. 6, [146.] verficulum in eos recenfuit: Tale quidem eft genus hominum, quale eft foliorum; livorem videlicet, quo omnes pallebant, fugillans. Caunii vero, cum hominem inceffiffent acrius, quod urbem ut morbidam carperet; ego, inquit, morbidam dicere aufim, ubi mortui ambulant, urbanius multo acriusque, quam prius, illudens. [Strabo 14. p. 448. f. 651.] VADIANVS. *Lienofi* omnes. Plinius lib. 11. cap. 37. [f. 47.] SCHOTTVS.

§. 2. *iacent)* De locorum humilium situ proprie dici videtur, de quo Oudendorp. ad Lucan. 2, 416. Drakenb. ad Liv. 33, 17, 8. et quos addunt. Latius deinde ad quemvis locorum situm profertur, uti fit saepius a Nepote, v. c. 17, 8, 6. 18, 3, 2. Et sic Noster 1, 1, 3. 4, 5. 19, 5. Exempla conlegerunt Vorstius de Latinitate falso suspecta cap. 13. f. Heumann. ad Lactantii sympos. p. 141. Staveren. ad Nepot. 13, 2, 2. Oudendorp. ad Lucan. 8, 164. A locis ad gentium sedes abit, de quo cf. Nepos 13, 2, 2. 14, 4. in. Sic Graeci omnino κεῖσθαι. De *Halicarnaso* post.

Rhodiorum) Sic transit hunc tractum, qui apud alios geographos et historicos solet notari nomine *Peraeae*, i. e. transmarinae terrae in continente, prout vocatur a Livio 32, 33, 6. [cf. cap. 32, 10. 33, 18, 20.] et huius ipsius terrae incolas innuit Cicero in Oratore c. 8. dicens: *eorum vicini Rhodii non ita lato interiecto mari.* I. GRONOVIUS *MS.* Περαία τῶν 'Ροδίων etiam apud alios auctores Graecos occurrit, veluti apud Strabon. 14. p. 448. f. 651. et alibi. *Physcum* in ea ponit p. 456. f. 663. terminumque eius versus Lyciam facit Daedala; ib. paullo post; et ab obposita parte Physcum ib. p. 466. f. 677. Ulterius terminos promovet Appianus, qui de B. Civ. 4, 72. *Loryma* in Peraea ponit, et Rhodiorum φρούριον vocat. Mela, si unice Peraeam intellexit, ad Halicarnason usque profert. Attamen non de ditione, sed de coloniis tantum loquitur, quia alias Caunum debuisset adiicere, ut superiora declarant; ex quibus etiam patet, vetustam hic omnino Rhodiorum ditionem fuisse, quam diserte notat Livius 32, 33, 6. Peraeam autem hanc a Diodoro Sic. 5, 60. Chersonesum vocari, recte ad Cellarii Geogr. ant. T. 2. p. 84. monuit Schwartzius.

Gelos) Nomen obscurum, de quo dictum est in notis criticis p. 494 sqq. Plinius 5, 29. f. 28. unum hic

portum commemorat *Cressam*; Ptolemaeo 5, 2. Κρεῖσσα, vel Κρῆσσας sec. cod. Palatin. Strabo 14. p. 448. s. 652. hic habet *Physcum* πολίχνην cum portu, cui statim subiicit *Loryma*; ex quo magis pertinere videtur ad sequentem portum et urbem. De *Tisanusa* dictum in notis criticis p. 497.

Larumna) Aliorum, in primis Graecorum, est Λώρυμα. Oppidum faciunt plures, ut Ptolem. 5, 2. Stephan. h. v. A Plinio 5, 29. s. 28. vocatur locus, a Strabone c. l. vocatur παραλία τραχεῖα. Ex hoc simul (lib. 14. p. 451. s. 655.) adparet, neutro genere efferri, ut τὰ Λώρυμα, Λωρύμων, etsi apud Senecam in Natur. Quaest. 3, 19. *Lorymam* legitur, ut in Livii MSS. quibusdam et prioribus edd. 37, 17, 8. ubi simul portus adversus Rhodum memoratur, accuratius tamen descriptus 45, 10, 4. ubi 20. paullo amplius M. P. a Rhodo removetur, et ex adverso ipsi urbi ponitur. Errat igitur Stephanus, qui Rhodi portum facit, ut docet ibi Berkelius. Videntur tamen *Loryma* et *Larymna* differre inter se, cum non solum aperte distinguat Plinius 5, 29. s. 28. et posterius in eodem loco, quo Mela hic, ponat, sed et Λάρυμα λιμὴν contra Symen insulam a Constantino Porphyrog. de Themat. 1, 14. proferatur, satis hinc remote, non item in Plinio. Parum autem, si compares, in scriptura sibi constant auctores, et si Graeca Strabonis et Ptolemaei sequaris, utique hic *Loryma* scribendum fuerit, et *Laryma* contra Symen locum suum sortiatur.

Pandion — emissus) Notabilis haec descriptio, cum potuisset una voce dicere *promontorium*. Sed promontorium supponit sinum, et inde portum, ut ibi florere possit navigatio, quod apparet in hoc loco non fuisse. I. GRONOVIUS *MS*. In Strabone 14. p. 451. s. 655. Loryma sequitur Κυνὸς σῆμα, in Ptolemaeo 5, 2. Ὄνου γνάθος ἄκρα, quae forte huc pertinent, etsi Mannert

p. 254. c. l. ad sequens *Aphrodisium* refert; nihil enim praeter ea, quae in notis criticis p. 499. memoravi, adferri possunt. Nec de *Tymnia, Bubassio* et ceteris ad *Cnidum* usque quod addam, habeo.

Cnidus) Gr. Κνίδος. Incola *Cnidius*. Conditorem eius Triopan vocat Pausan. 10, 11. in. a quo *Triopium* in Cnidia conditum ducit Diodor. 5, 61. quo nomine promontorium indicat Scylax pag. 39. Hudf. qui ipsam urbem Cnidum Ἑλληνίδα dicit, ut Plinius 5, 29. f. 28. *liberam*. De ipso Triopio plura conlegit Spanhem. ad Callimach. in Cerer. v. 31. A Cnido distinguit Diodorus c. l. contra Plinius c. l. Cnidum dictam antea tradit *Triopiam*, dein *Pegusam* et *Stadiam*, quae forte sic conciliantur, ut Cnidus Triopium exhauserit, nomenque in promontorio vicino servatum manserit. Cnidum enim priorem fuisse, ex notato Diodori loco discitur. De situ in nota proxima. Duos portus memorat Strabo 14. p. 451. f. 656. Inclaruit variis rebus, ut Veneris cultu, quae inde dicta est *Cnidia*, et in multis numis adposita conspicitur; cf. Pausan. 1, 1, 3. qui ab ipsis Cnidiis Εὔπλοιαν adpellatam esse addit; (scripsit de ea Bayerus in commentar. acad. scientiar. Petropolit. T. 4. p. 259 sqq. et plurima conlegit Prideaux ad marmora Oxon. n. 24. p. 91 sq. (ed. 1676.) porro victoria Cononis de classe Lacedaemoniorum; (Xenoph. hist. Gr. 4, 3, 10 sqq. Pausan. c. l. Nepos in Con. cap. 4, 4. et qui ibi adduntur;) tum natalibus virorum clarorum, in quibus Strabo c. l. ponit Eudoxum mathematicum, Agatharchidem historicum, qui rubri maris periplum scripsit, Theopompum, Artemidorum, Ctesiam. H. *Gnido*, ubi *Capo Crio* f. *Stadia*, uti vult Dapper des isles de l'Archipel p. 165. *Stadiam* iam olim adpellatam fuisse, ex Plinio discitur, docetque Wesseling. ad Hierocl. p. 687. qui eam hoc nomine post etiam in concilio Nicaeno 2. p. 52. occurrere notat.

cornu) Extremo prorſus angulo eius terrae, quae Cherſoneſus, vel paene inſula a ſitu vocatur. Auctor nomen huius regionis huc usque diſtulit, quum id monere debuiſſet poſt Caunum, quippe poſtquam egreditur. Sed illi haec occaſio viſa eſt commodior. I. GRONOVIVS *MS.* Plinius c. l. in promontorio ſitam fuiſſe dicit, quod *Triopium* vocant Scylax p. 39. Hudſ. et Schol. Theocriti ad 17, 68. Cf. ſupra. Scylax ἱερὸν addit, quia ibi Apollo templum habebat, ipſe inde *Triopius* cognominatus, (Herodot. 1, 144. et alii) etſi ſacra ibi etiam Nymphis et Neptuno agebantur. (Schol. Theocriti c. l. et quae habet Salmaſius in comment. ad inſcript. Herodis Attici p. 33 ſq.) Ad Apollinis templum, quinque Dorienſium urbes, a quibus templum exſtructum erat, conveniebant et praeter ſacra ludos faciebant aliaque negotia tractabant. (Schol. Theocriti c. l. Dionyſ. Halic. 4, 25. Stephanus h. v. et ad eum Holſten. p. 325.) Cnidum autem praeiacebat parva inſula, aggeribus continenti adnexa, quae urbem in duas quaſi partes dividebat, uti refert Strabo c. l. pontem habet pro aggeribus Pauſan. 5, 24. in.

Ceramicus) Herodoto 1, 174. Κεραμεικὸς κόλπος, etſi Codd. quidam ι praeferunt; Xenophonti in hiſt. Gr. 2, 1, 15. Κεράμειος, ſed et 1, 4, 8. Κεραμικὸς, uti etiam cum Noſtro effert Plinius 5, 29. et 5, 36. ſ. 31. A Scylace p. 39. Hudſ. Κεραμιακὸς vocatur. Quod per ει quidam ſcribunt, idem etiam notatur in Ceramico gemino Athenarum, cuius nomen pariter a Ceramo deſcendere tradit Pauſan. 1, 3. in. ad quem cf. Xylander. Cum Plinius 5, 29. a Cnido Doridis initium faciat, et poſt Cnidum a Mela Ceramicus ſinus ponatur, idem *Doridis ſinus* eſt in Plinio, inprimis cum Euthanas in eius urbibus recenſeat. TZSCHVCKE. Supponit tacite fuiſſe illic urbem *Ceramon,* utpote a qua hic ſinus fingitur vocatus eſſe, quod notari debet fieri ſaepius ab auctore. I. GRO-

NOVIVS *MS.* Poſt Cnidum a Strabone c. l. commemoratur Ceramus; in Doridis urbibus maritimis prodit apud Ptolemaeum 5, 2. quare erravit Plinius 5, 29. et forte aliam cum noſtra commiſcuit, dum longius hinc Ceramum mediterraneis adnumerat. Quod Pauſan. 6, 13, 2. Ceramum ἐν τῇ Θρᾳκίᾳ Καρίᾳ adtingit, de eo cf. notata ad 2, 2, 5. Plures, qui eius meminerunt, profert Weſſeling. ad Hierocl. p. 687. H. *Golfo di Stanco* ſ. *Cos.*

Euthanae) De hac urbe dictum in notis criticis p. 510. Addo formas gentilium, quas adfert Stephanus Εὐθηναῖος, Εὐθηνεὺς et Εὐθηνίτης. Mannert, Geogr. Vol. 6. T. 3. p. 237. Cerami portum fuiſſe ſuſpicatur.

§. 3. *Halicarnaſſos)* De ſcriptura vid. not. crit. p. 493. Inde deſcendunt Ἁλικαρνασσεὺς et Ἁλικαρνάσσιος, quorum prius amant numi. In Latinis occurrunt *Halicarnaſſeus* (Cic. de divinat. 2, 42.) et *Halicarnaſſenſis.* (Liv. 33, 20. f.) Priora nomina fuerunt *Iſthmus*, *Zephyrium* et *Zephyria*, (Stephanus) vel *Zephyra*, uti ex Strabone 14. p. 451. ſ. 656. in Stephano etiam malunt Salmaſius et Holſten. p. 26. Nomen poſtremum accepit ἀπὸ τοῦ ἀλὶ περιέχεσθαι, vel ἀπὸ τοῦ νάσασθαι Ἄνθην. (Stephanus, et quae ad eum notantur.) Anthen enim Troezenium vel conditorem, vel inſtauratorem faciunt Strabo et Stephanus, etſi ille etiam alios commemorari notat. Et ſic Pauſanias 2, 30, 8. Troezenios, poſteros Aetii, Anthae filii, memorat, Strabo 14. p. 449. ſ. 653. cum Aelio Dionyſio apud Euſtath. ad Homer. Il. 2, 869. p. m. 279. Dorienſes. Quod Mela Argivos nominat, ex Strabonis poſteriori loco poteſt confirmari, qui Dorienſes illos ſe deducendae coloniae ſocios Althaemeni Argivo adiunxiſſe tradit. Ab Anthe autem dicti etiam ſunt cives Ἀνθεάδαι. (Stephanus ſ. v. Ἀθῆναι.) Habitatur inter duos ſinus Ceramicum et Iaſium et ſex oppida ab Alexandro M. adtributa acceperat.

(Plin. 5, 29.) Poſt longam obſidionem eam expugnavit Alexander M. magnaque adfecit calamitate, ut praeter alios narrat in primis Arrianus de exp. Alex. 1, 21 ſqq. Inde vero exſiſtit dubitatio de 6. urbibus ab Alexandro illi contributis, quam et edidit Cellarius in Geogr. ant. 3, 3, 119. Sub Romanis libertate fruitam eſſe, docet vox αὐτόνομος in numis adpoſita. Urbs olim erat Cariae maxima et praecipua, regum, in iis Mauſoli, ſedes arcibusque praeſtantiſſimis inſtructa. (Diodor. 15, 90. 17, 23.) Strabo tamen modo unam arcem, modo duas commemorat 14. p. 451. ſ. 656. et ſq. Unam novit, quam Salmacidem nominat, Arrian. de exp. Alex. 1, 23, 3. ita dictam a noto fonte ex rupibus proſiliente. (Vitruv. 2, 8. Strabo c. l. Ovid. Metam. 15, 319.) Accedunt portus, quorum unus erat clauſus, alter circa inſulam ſecundum Scylacem c. l. Inſulam eam fuiſſe Arconneſum adparet ex Arriano c. l. Strabone 14. p. 451. ſ. 656. conlato Stephano h. v. In doctis civibus Strabo c. l. nominat Herodotum, celebrem illum hiſtoricum, Heraclitum poetam, et ſua aetate Dionyſium, hiſtoricum, cuius plerique libri etiam nunc exſtant. H. *Bodru* ſ. *Budron*, (Voyage de Spon et Wheler T. 1. p. 365.) quamvis ruinae ibi relictae potius ad Myndum pertinent; Halicarnaſſenſes *Okanſtenches* vocantur, uti vult Wheler voyage T. 1. p. 333.

Mauſoleum) Gr. Μαυσωλεῖον. Strabo lib. 14. c. l. Μαυσώλου τάφον vocat. Noſter *monumentum*, ut μνῆμα Lucianus in dialog. mortuor. 24, 1. poſt cap. 2. etiam τάφον. Nomen traxit a Mauſolo, potentiſſimo olim et opulentiſſimo Cariae rege, qualem ſe iactat apud Lucian. c. l. Vixit Olymp. 106, 2. ſ. a. Chr. N. 354. et Artemiſiam ſororem in matrimonio habuit. (Strabo c. l.) Si verum eſt, quod quidam tradunt, ut Gellius 10, 18. Valer. Max. 4, 6. ext. 1. — Artemiſiam oſſa cineremque mariti contuſa odoribusque miſtâ aquae indidiſſe et ebibiſſe, *cenotaphium* illud fuit. Celeberrimum autem illud

ſepulcrum deſcribunt, vel laudant plures, quos nominant Penzelius ad Strabon. Vol. 3. p. 1897. Hemſterhuſ. ad Lucian. c. l. magnitudinem eius operis et pulcritudinem diligenter in primis enarravit Plinius 36, 4. ſ. 5. cuius locum cum 37. MSS. conlatum inluſtravit Caylus ſur le tombeau de Mauſole in Memoires — de Paris Tom. 26. p. 323. Hinc cum Mela in 7. illis miraculis ponunt, in quorum recenſu ſuum etiam illi locum dedit Philo Byzantinus. Hinc et Romani magnifica monumenta eo nomine diſtinxerunt, ut diſerte notat Pauſanias 8, 16, 3. Patebat autem, teſte Plinio, ab auſtro et ſeptemtrione ſexagenos ternos pedes, toto circuitu pedes 411. et adtollebatur in altitudinem 25 cubitis, cinctum praeterea columnis 36. Cf. etiam Hyginus fab. 233. qui latius extendit, circuitum facit pedum 1340. altitudinem 80. Qui ex recentioribus de eo expoſuerunt, ſunt Avenarius in diſſ. de Artemiſia et Mauſoleo occaſione numi, Lipſ. 1714. 4. Caylus, quem antea indicavi, additis etiam figuris, Choiſeul Gouffier Reiſe durch Griechenland, ubi de eo memorabilem protulit coniecturam, quibus addi poſſunt alii in Meuſelii biblioth. hiſtor. Vol. 2. P. 1. p. 89. Quidam etiam numos iactant, in quibus Μαυσωλειον adpareat, ſed dubia fide. Cf. Eckhel doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 597. Hoc tamen mirum videatur in numis, quod contra ſcriptores Μαυσσολλου obtrudunt. Forte poſteriori aevo editi ſunt, etſi paſſim discrepantia numorum et librorum obſervatur.

monumentum) De ſepulcro dici, notum eſt. At non ſimpliciter, ſed quod in memoriam mortuorum adparatur et exſtruitur, quare et Cicero Tuſc. quaeſt. 1, 14. et Nepos in Dione 10. f. dixerunt *monumentum ſepulcri.*

illa) Alias in notanda progreſſione et proxima rerum ſerie *haec* poni ſolet.

litus) Quum ubique circa maria habeatur litus, ſatis poteſt colligi, non eſſe hic communem huius vocis uſum, ſed imitationem Gr. locutionis, qua αἰγιαλὸς ſaepe ponitur pro loco frequenter habitato circa longitudinem maris, adeo ut habeat ſingularem appellationem, uti haec *Leuca*, quam tamen eximit urbium numero, perinde ut in fine cap. 18. nominat *Rhoetea litora*, ſed in quibus tamen agnoſcat duas claras urbes. I. GRONOVIVS *MS.* In prioribus ſcholis explicaverat de amoeno tractu circa mare. Forte plenius dictum eſt hoc litus λευκὴ ἀκτὴ, quo nomine in Libya commemoratur a Ptolemaeo 4, 5. *Licopolim* urbem hic ſitam fuiſſe, cuius Plinius 5, 29. meminit, non temere exiſtimant Harduinus ad c. l. et Mannert p. 241. Alii ab Halicarnaſſo ad Myndum alia interponunt, ut *Termerium*, Myndiorum promontorium, (Strabo 14. p. 452. ſ. 657.) *Scopiam* promontorium. (Ptolem. 5, 2.)

Myndos) Strabo 14. p. 452. ſ. 658. Μύνδος λιμένα ἔχουσα. Urbis mentionem faciunt etiam Ptolem. 5, 2. Stephan. h. v. Arrian. de exped. 1, 20, 8 ſq. Eunapius in vitis philoſophor. p. m. 69. Plin. 5, 29. — Incola Myndius in Arriano, Stephano, aliisque et numis. Coloniam Troezeniorum facit Pauſan. 2, 30. f. Duplicem hoc nomine urbem in Caria commemorat Stephanus, ubi tamen Caſaub. pro Καρίας legendum cenſet Ἀρκαδίας in lectt. Theocrit. c. 3. p. 54. ex Schol. Theocriti ad 2, 29. Sed cf. quae in utramque partem disputant ad Stephanum Holſten. p. 214. et Berkelius p. 571. Vitioſe in Hierocle pag. 687. ſcribitur *Amyndos.* Situm iuxta mare indicat etiam portus a Strabone et Scylace p. 39. Hudſ. notatus. Ipſam regionem vocant Μυνδίαν, ut Polyb. 16, 15. Strabo c. l. Palladis cultum indicat cognomen Μυνδία apud Lycophron. v. 950. et 1261. Palladisque imago in Myndiorum numis adpoſita. Cf. Eckhel. num. vett. p. 209. et quae conlegit Raſche in Lex. num. Tom. 3.

P. 1. p. 1002. Parvum oppidum fuiſſe, ex eo adparet, quod Diogenes Cynicus cum acceſſiſſet, magnis eius portis inluſit; (Diogenes Laert. 6, 57.) bene tamen fuiſſe munitam, docet Alexandri M. expeditio, quod primo impetu illud capere non poterat, ſed infectis rebus abire cogebatur. (Arrian. c. l.) H. *Mendes* ſ. *Menteſe.*

Caryanda) Gr. Καρύανδα. Inſulam vocant Strabo 14. p. 452. ſ. 658. et Scylax p. 39. Hudſ. ubi ſic pro Κρύϊνδα reponit ad c. l. Voſſius, qui tamen mutata priſtina ſententia ad noſtrum locum vult Καλύνδα. At haec in Scylace eſt Κάλυμνα. Cf. Berkel. ad Stephan. p. 440. In inſulis cum oppido cognomini recenſet etiam Plin. 5, 36. ſ. 31. Urbem tamen in continentis Cariae litore poſitam fuiſſe, intelligitur ex Strabone. Et ſic Plinius 5, 29. aliis Cariae urbibus adiungit, Stephanus etiam ſimpliciter πόλιν et λιμένα dicit. Ita nempe pro λίμνην ibi repoſuit Berkelius ex Scylace, itaque etiam reponi vult in Strabone, cui adſentitur Cellarius in Geogr. ant. 3, 2, 25. Id quidem ex vicinia continentis explicari debet, ut in Iaſi ſitu et Leucadis. Cf. ad 2, 3, 10. Inclaruit autem urbs Scylace, quem ideo Καρυανδέα (hoc enim gentile uſurpatur) vocant Herodotus 4, 44. Strabo et Stephanus.

Neapolis) Neapolis in Caria etiam a Ptolemaeo 5, 2. notatur, ſed ex ſitu ad Maeandrum prope Orthoſiam in mediterraneis adparet, a noſtra plane eſſe diverſam. Eandem etiam adtingit Hierocles p. 688. ſed noſtram Plinius 5, 29. quare minus recte Ptolemaei Neapolim huc refert Harduinus. Mannert p. 248. et Melam et Plinium erraſſe cenſet, et Neapolim ad ipſam Myndum ita refert, ut obponatur Aſtypalaeae ſ. Palaeopoli. Certe Stephanus ſ. v. Μύνδος et Plinius c. l. *Palaemyndum* norunt.

Iaſio) Haec rurſus appellatio oſtendit ibi fuiſſe urbem *Iaſon*, quae interdum huic ſinui nomen dedit.

Sed cui cum appofita effet urbs *Bargylos*, interdum illa vicit, ut nomen fuum ifti finui daret, quod egregie apparet ex Livio 37, 17, 3. *in Bargyletico finu exfcenfionem ad Iafum fecerunt.* I. GRONOVIVS *MS.* Urbis eius crebra fit mentio, et Ἰασσὶς vocatur in orac. Sibyll. lib. 3. p. 398. De fcriptura conf. not. crit. p. 514. Incola Ἰασσεὺς in numis etiam, cum duplex *s* auctores plurimi frequentent. In Iafio finu ponit Plinius 5, 29. Stephanus urbem Cariae facit in infula eiusdem nominis; et fic Strabo 14. p. 453. f. 658. ἐπὶ νήσῳ, inquit, κεῖται προσκειμένη τῇ ἠπείρῳ, tribuique illi portum, agrum fterilem, quare incolae pifcofo maxime mari alantur et celebrem pifcium mercatum agant. Eius exftant h. ruinae, et locus vocatur *Askem Kalefi.* (voyage de Spon et Wheler T. 1. p. 561.) Sinum commemorant etiam alii, et Thucydides 8, 26. vocat Ἰασικὸν, vel ex Cod. regio Ἰασιακὸν, quale fupra in Ceramico adfuit, et apud Strabonem in his formis faepe notatur. Quod Ἰασσὶς dici in oraculis Sibyll. c. l. putat Holften. ad Stephan. p. 142. confutant adiuncta oppidorum multorum nomina. Scylax, Strabo, Ptolemaeus hoc et altero nomine ignorant; alii, quod ille Livii locus probat, a Bargylo nomen petunt, variata quidem forma; atque hanc adpellationem ufitatiorem fuiffe, adfirmat Polybius 16, 12, 1. ubi vocatur Βαργυλιητικὸς, et hinc in Livio c. l. *Bargylieticus.* Pro eo Stephanus f. v. Βάργυλα dicit Βαργυλικὸς, etfi Berkelius emendat Βαργυλιακὸς, uti legitur in Conftantino Porphyrog. de themat. 1, 14. ad quem id etiam monuit Bandurius.

Bafilicus) Hunc ex Mela fine dubio refert Plinius 5, 31. f. 29. ita ut in principio Ioniae ponat. Nexus in utroque docet, non procul a Mileto abfuiffe. Utrumque tamen lapfum effe, cum idem fit Iafius, iudicat Mannert p. 250. c. l. et Bargylieticus fubftituit hic Minervino del Meandro cap. 3. p. 49. Tum vero h. eft *Golfo di Milaffo.*

Bargylos) Varie in auctoribus fcriptum legitur. Stephanus h. v. dicit Βάργυλα οὐδετέρως, et poft Βαργυλίαν vocat, quod cum in continuo nexu offendat, nec femininum occurrat, Berkelius et Holftenius conftanter Βαργύλια fcribendum cenfent, quod probant alii in cafibus obliquis, qui neutro genere in plurali efferunt. Sic Strabo 13. p. 420. f. 611. 14. p. 452. f. 658. Polyb. 17, 2. et alibi. Et fic *Bargyliis* apud Liv. 34, 32, 5. unde etiam 33, 18, 18. *Bargylias*, etfi retinuit Drakenborchius, ab Urfino emendatur. Hinc etiam in Strabone 14. c. l. Ptolemaeo 5, 2. in Βαργυλία retrahi accentus debet. Inde vero ducitur Βαργυλιάτης fec. Stephanum; auctores tamen praeferunt cum numis Βαργυλιήτης, ut Polyb. 16, 12, 3. Plutarch. in Flaminino cap. 12. in. — De infcriptionibus addi poteft Gruter. p. 660. n. 8. Apud Ciceron. ad diverf. 13, 56. *Bargyletae* legitur, pro quo *Bargyliatae* reponendum cenfet Berkelius ad Steph. p. 211. alii refutato eo ex forma ufitata et nativa Ionica melius *Bargylietae*. Cf. Duker. ad Liv. c. l. Gavel in obfervatt. mifcell. nov. Tom. 4. p. 446. et quae de diverfis formis notavit Holften. ad Stephan. p. 63. De finu antea dictum eft. Urbs ipfa, quod Cares tradunt, ab Achille condita, auctore Bellerophonte nomen accepit a Bargylo, qui a Pegafo ictus interiit. (Stephanus h. v. qui et *Andanum* dictam addit, etfi Berkelius ad pofteriora tempora refert.) Hodie in ruinis iacet.

CAP. XVII.

IONIA.

§. 1. *Ionia)* Gr. plerumque Ἰωνία, Strabo 9. p. 279. ſ. 404. etiam Ἰωνίς. Nomen ducunt ab Ione, Xuthi filio Herodot. 7, 94. 8, 44. Strabo 9. p. 264. ſ. 383. Pauſan. 7, 1, 2. quem Apollinis filium facit Stephan. ſ. v. Ἰωνία; a Iavane, Iapheti filio derivat Ioſephus antiqu. Iud. 1, 6. ſ. 7. cui et recentiores fere adſentiuntur. Sed cf. Bochartus in Phaleg 3, 3. Potter Gr. Archaeologie (ed. Rambach.) T. 1. p. 7 ſq. et qui memorantur. Quae auctores tradunt in ſummam contracta haec ſunt: Ion cum multa egregie apud Aegialenſes (Athenienſes priſco nomine) inſtituiſſet, imperium obtinuit, et regioni nomen abs ſe impoſuit, cum antea diceretur Aegialea. (ει.) Poſt aucta hominum multitudine colonia in Peloponneſi eam partem deducta eſt, quae Achajae nomine innotuit, et tunc a Pelaſgis litoralibus incolebatur, (Αἰγιαλεῖς) et a colonis novis Ionia vocabatur. Heraclidarum incurſu Iones expulſi in Atticam reverſi ſunt, denique ducibus Codri filiis in Aſiam migrarunt et iuxta Cariam conſederunt, ubi Ionia noſtra indicatur. Cf. interpretes Velleji ad 1, 4. et omnino, qui de his auctorum loca ſiſtit, Vindingius in Hellene p. 150 ſq. 439 ſq. (Gronov. theſ. Vol. 11.) Alia, quae ad Geographiam pertinent, in ipſa capitis explicatione adferentur, vel nota ſunt, vel aliena nimis. Fines, a Mela conſtitutos in conſpectu ſunt, artiores facit Ptolem. 5, 2. qui et Miletum in Caria ponit, prout iſta variat temporum ratio. Ioniae enim diſerte tribuit Herodotus etiam 1, 142. Nempe illum tractum, olim a Caribus habitatum, poſt Iones occuparunt. (Strabo 12. p. 597. ſ. 577.) Incolae Ἴωνες, unde alia deſcendunt a Stephano recenſita. Separatim tamen Ἰόνιον per ο de mari poſitum dedit, quare et poetae antepenultimam corripiunt. Cf. ad 2, 3, 3.

Regionis amoenitatem et falubritatem infigniter laudat Herodot. 1, 142. 149. H. pars eft provinciae *Anadoli* f. *Natoliae.* Quidam adpellant *Surchan.*

ambagibus) Defcriptionem huius regionis totam petit ex fitu huius litoris, quippe quod frequentiore fractura ex finuum numero incurvat et flectitur, ut nunc promineat, nunc introrfus recedat litus fuum incurvans, pluresque habeat finus, quam ulla alia regio. Unde Plinius dicit 6, 31. f. 29. *Ionia numerofiore ambitu litorum flectitur.* I. GRONOVIVS *MS.* Notanda elegans elocutio pro vulgari ambages habet, facit.

Pofideo) Proprie notat Neptuni templum contracta voce pro *Pofidonium.* [Cf. Salmaf. ad Solin. p. m. 47.] Procul dubio ibi fuit Neptuni templum quomodo 1, 19, 4. *in promontorio fert Neptuni fanum,* et 2, 3, 9. *in ipfo Taenaro Neptuni templum,* ut plerumque promontoria a Graecis confecrata fuerunt Neptuno, nifi fingularis caufa averteret ad alios Deos. I. GRONOVIVS *MS.* De fcriptura nihil addo notis criticis p. 516 fq. Plinius 5, 31. f. 29. in ipfa Ionia conlocat, quam ab Iafio finu incipit. Ut Nofter, ita etiam Strabo lib. 14. in. ubi vocat Ποσείδιον τὸ Μιλησίων. H. *Capo di Melaffo.*

Branchidae) Nomen a *Braneo* vel *Brancho,* quem alii faciunt filium, alii amafium Apollinis, unde hoc denominativum fictum eft. Uti videtur, aliquis ex pofteritate Branchi illud oraculum ibi ftatuit, cuius praecipua mentio apud Statium Theb. 8, 198. Sed erat hic in vicinia locus appellatus *Didymon,* unde producta eft altera adpellatio, et quidem ferior, ut adparet ex verbis auctoris. Et ita nominat etiam Herodotus 1, 157. ubi docet, multas divitias eo quoque mififfe Croefum. I. GRONOVIVS *MS.* De Brancho copiofe in primis expofuit Lutatius ad Stat. c. l. ex Varronis libris rerum divinarum, et ex Lactantio

Boccatius de Genealog. Deor. 5, 10. Cf. inde Rhodiginus in lectt. ant. 4, 23. p. 215. Filium plerique Apollinis faciunt, de cuius partu mira narraverat Varro; amafium eius Strabo 14. p. 436. f. 634. Terentian. Maurus pag. 84. b. ed. Parif. 1551. Vaticinandi arte inftructus cum fubito poftea evanuiffet, templum nactus eft, quod *Branchiadon* f. *Branchiadion*, uti Lutatium c. l. emendat Barthius, nominatum eft. Inde *patrio aequalis honori Branchus* Statius Theb. 3, 478. cf. 8, 198. Succeffit ei in cura et praefectura oraculi Evangelus et hinc apud Milefios fuit ἀρχὴ γένους Εὐαγγελιδῶν, uti eft in Cononis narrat. 44. Branchum ex Machaei pofteris tantum oraculo praefuiffe, fcribit Strabo 9. p. 290. f. 421. Oraculum ipfum a multis celebratur. Vaticinia edidit mulier χρησμῳδὸς, tefte Iamblicho de myfter. 3, 11. pag. 74. Ex Branchi carminibus unum verfum fervavit Clemens Alex. Strom. 5. p. 570. ed. Sylb. Plures tamen de Apolline in Branchidis referunt, cuius etiam ibi aeneum fimulacrum fuiffe, a Xerxe abreptum, a Seleuco Milefiis remiffum, tradit Paufan. 8, 46, 2. Hinc θεὸς ὁ ἐν Βραγχίδῃσι apud Herodot. 1, 157. et ἱρὸν ἐν Βραγχίδῃσι 5, 36. Croefi tempore in Graeciae oraculis valuiffe, conftat ex eodem 1, 46. Plinius 5, 31. f. 29. Melam fecutus ita habet: *oraculum Branchidarum adpellatum, nunc Didymei Apollinis.* Strabo autem 14. p. 436. f. 634. μαντεῖον vocat τοῦ Διδυμέως Ἀπόλλωνος τὸ ἐν Βραγχίδαις. Et fic omnes confentiunt in plurali, et quod Iamblichus apud Stobaeum fent. 79. p. 471. ἐν Βραγχίδῃ θεὸς habet, ea de caufa corruptum cenfet Weffeling. ad Herodot. 1, 92. Si auctore Voffio, dictus eft Apollo Βραγχίδης f. Βραγχιάδης, etiam Mela ab ufu antiquitatis deflexit. At ita nusquam adpellatur, nec ab facerdote et praefecto oraculi fic recte adpellari potuiffe videtur. Imnio fi a Brancho nomen deducamus exfiftat potius *Branchius*, uti pro Βάκχις in Orphei hymno 53, 7. malebat Thryllitius. Minus etiam id tribui poffit Branchi pofteris et genti, ad

quam ab eius auctore facerdotium tamquam hereditarium transiit, ut in aliis folebat, quod exemplis probat Spanhem. ad Callimach. in Pall. v. 34. Succurritur autem Melae, si Branchidas oppidum, vel locum fuiffe putemus, quod non folum admittunt multa loca, fed et poftulant. Ita enim Branchidas Milefiorum dicit Herodotus 1, 92. τῆς Μιλησίας. Ita Paufanias 7, 5, 2. Βραγχίδαι τῆς Μιλησίας, idemque 5, 7, 3. κατὰ Βραγχίδας Alpheum ex terra emergere refert. Porro Seleucus ἐν Βραγχίδαις oraculum confuluiffe refert Diodor. Sic. 19, 90. pro quo Appian. in Syr. c. 56. fcribit, refponfum tuliffe ἐν Διδυμείῳ, vel, ut Schweighaeufer. edidit, ἐν Διδυμέως fc. μαντείῳ. Tum uti ἐν Βραγχίδαις dicitur, ita etiam de eodem oraculo ἐν Διδύμοις, ut illud de Apolline Herodotus 1, 157. hoc Paufanias 2, 10, 4. 7, 2, 4. in quo et alterum legitur 8, 46, 2. Sed et aperte Βραγχίδαι de facerdotibus ufurpatur apud Strabon. 14. p. 436. f. 634. Suidam h. v. Poftero autem tempore locus ille et oraculum dictum eft *Didyma*, Branchidis templo prodito cum Xerxe fugientibus. (Strabo c. l. item 11. p. 356. f. 518.) At remanferat Branchidarum fama, quare ipfi paffim Didymis habitare dicuntur, veluti in Suida h. v. Cononis narrat. 33. ubi de Branchus ab Apolline ἐπίπνους μαντικῆς γεγονὼς ἐν Διδύμοις, τῷ χωρίῳ, vaticinatus effe narratur. Proprie tamen prius, a Mela relatum valet. Vates autem ex aquis vaporem hauriebant. (Iamblichus de myfter. Aeg. 3, 11. in. cf. poftea.) Plura de Brancho et Branchidarum oraculis dabunt Boulenger de oraculis et vatibus c. 9. et Olearius ad Philoftrat. 4, 1. p. 140.

Didymei) Nomen a *Didyma* ductum, de quibus haec Stephanus: Δίδυμα οὐδετέρως τόπος καὶ μαντεῖον Μιλήτου, ἀφιερωμένον Διῒ καὶ Ἀπόλλωνι. Sic Conon c. l. χωρίον vocat, et templum Apollinis et oraculum Didymis fuiffe refert Paufan. 7, 2, 4. Atque hinc paffim apud aucores ἐν Διδύμοις τοῖς Μιλησίων dicitur, veluti

Pauſan. 2, 10, 4. 5, 13, 6. quod antea in Βραγχίδαι notavi. Notatum etiam, hoc nomen ſucceſſiſſe, ut ex Noſtro repetit Plin. 5, 31. ſ. 29. Antiquum templum cum a Xerxe igni deletum eſſet, novum idque ampliſſimum Mileſii exſtruxerunt, unde *Didyma* nomen illi impoſitum fuiſſe videtur, et hinc *Apollo Didymeus* quaſi bis natus. Alii tamen aliter ſentiunt, et ſic Lucianus de aſtrol. cap. 23. a ſignis Geminorum in coelo repetit, de quo vid. Miſcell. obſerv. Tom. 6. p. 483 ſq. a gemina luce, quam et ſoli et lunae praebet Macrob. Saturn. 1, 17. ſ. Ipſum templum Didymeon vocat Curtius 7, 5, 28. ubi de ſcriptura per *ae* et *e* diſputant interpretes. Didymaeum enim editur etiam in Plinio 34, 19. ſ. 8. et Stephanus cum Etymologo p. 272. Διδυμαῖος et Διδυμεὺς tantum notant. Sunt tamen formae locorum ſimiles, in quibus valet etiam ει, et Διδύμεια Mileti in agonibus memorant marm. Oxon. n. 3. p. 71. (ed. 1676.) In multis nummis legitur Διδυμεια et Διδυμευς Μιλησιων. Antiquitatem templi Ionum migrationem excedere adfirmat Pauſan. 7, 2, 4. Oracula autem, ut Delphis, edebantur voce, quod refert Origenes contra Celſum lib. 1. ſ. p. 384. (ed. 1733.) vatesque baculum tenebat. (Iamblichus de myſter. Aegypt. 3, 11. ubi plura etiam de ritu proferuntur.) Conticuiſſe autem cum aliis ſub adventum Chriſti, refert Nazianzenus in carmine ad Nemeſium fin. Omnium autem oraculorum poſt Delphicum fuit celeberrimum, (Conon. narrat. 33.) illique Apollini aras ſtatuit Demodamus, Seleuci et Antiochi regum dux, ut narrat Plin. 6, 18. ſ. 16. et ex eo Martian. Cap. 6. p. 223. et Solin. c. 52. ſ. 49. Idem vero Apollo dictus etiam eſt *Phileſius*, ut ex Plinio 34, 19. ſ. 8. diſcitur; nempe ab oſculo Branchi, de quo cf. Barthius ad Statii Theb. 8, 198. De amabili tamen Solis luce explicat Macrob. Saturn. 1, 17. Vid. etiam Larcher ad Herodot. 6, 19. ubi multa leges de hoc templo.

Miletum) Gr. Μίλητος; Μείλητος tamen legitur in marmorr. Oxon. n. 3. p. 71. (ed. 1776.) s. n. 34. p. 71. (ed. 1763.) et in numis quibusdam Μειλησιων, quod gentile, alias Μιλήσιος inde ducitur. Olim dicta est haec urbs Λελεγηΐς (Stephan. s. v. Μίλητος Plin. 5, 31. s. 29.) s. Λελεγὶς (Eustathius ad Dionys. v. 456. et 825.) ab expulsis priscis incolis Lelegibus, quibus addit Caras et Mygdonas Aelian. in Var. hist. 8, 5. Caras multi priscos incolas faciunt, in quibus Conon narrat. cap. 2. Pherecydes apud Strabon. lib. 14. in. Tum Πιτυοῦσσα, (Stephanus et Plinius c. c. l. l. Schol. Apollonii ad 1, 186.) vel quod ibi primum pinus prodierit, (Stephanus) vel ob largum earum arborum proventum. (Idem et Schol. Aristoph. ad Plut. v. 586.) Porro *Anactoria* s. *Anactorium*, (Stephanus, Plinius, Schol. Apollonii et Aristophanis) ab Anactore s. potius, Anacte, quod ad Stephanum pag. 560. monuit deditque Berkelius, et probant Pausan. 1, 35, 5. 7, 2, 3. et Eustathius ad Homer. Il. 1, 7. p. m. 16. Deinde *Asteria*, (Schol. Apollonii c. l.) ab Asterio, quem Anactis filium faciunt. Denique *Miletus* a Mileto, qui ex Creta profugus urbem eam condidit, ut plurimi narrant. Cf. Pausan. 7, 2, 3. Apollodor. 3, 1, 2. Antoninus Metamorph. cap. 30. Ovid. Metam. 9, 447. Schol. Apollonii c. l. aliique. Ex Aristocrito tamen aliam causam nominis refert Schol. Apoll. quia mater Miletum infantem ex Apolline susceptum ἐν μίλακι reposuerit. Duplicem tamen urbem facit Strabo 14. p. m. 436. s. 634. conl. 12. p. 394. s. 573. veterem, quam ad mare condiderint Cretenses, auctore Sarpedone, impositoque nomine a Mileto, Cretae urbe. Cf. etiam Schol. Apoll. c. l. Alteram Strabo exstruxisse narrat Neleum, (Νηλέα, al. Νειλέα) quem Codri filium quidam faciunt, (Herodot. 9, 97. Pausan. 7, 2. in.) Eustathius etiam ad Dionys. v. 823. Pylium virum, qui ex Homero (Odyss. 3, 4.) notus est. Alii tantum, priscis incolis eiectis, Miletum ab eo occupatam fuisse tradunt, quod et verius esse videtur

et de nova colonia intelligendum. Cf. Herodot. 9, 97. Paufan. c. l. Conon narrat. 2. Schol. Apollonii ad 1, 1076. Aelian. V. H. 8, 5. et quae ibi notavit Perizonius, et in Hellene p. 451. (in Gronovii thef. Vol. 11.) Vindingius. Quatuor eius portus fatisque amplos memorat Strabo c. l. Multis rebus inclaruit, maxime coloniarum multitudine, fic ut Plinius fuper 80 urbium per cuncta maria genitricem vocet, etfi Seneca in confol. ad Helviam cap. 6. 75 (al. 70.) habet. Effudit enim colonos in totum Euxinum Pontum, Propontidem et alias terras, (Strabo c. l.) de quibus vid. Spanhem. de ufu — num. T. 1. p. 575. et in Singulari libello de Mileto eiusque incolis (1790.) Rambachius. Accedunt cives clari, quorum aliquos Nofter producit. Laudatur porro ovium lanaeque praeftantia, ad quam adludit Martialis 8, 28, 10. Sed plura dabunt Meurfius ad Apollon. Dyfcol. cap. 20. et in primis Fifcherus in indice Palaephati f. v. Μίλητος. Quod multi in Caria ponunt, ut Scylax p. 39. Hudf. Stephanus, Ptolemaeus 5, 2. Hierocles p. 687. et fere recentiores, in iis maxime Scholiaftae, et quos indicat Muncker. ad Hygin. fab. 14. ex antiqua Carum fede intelligi poteft. Neque enim inde duplicem Cariam fingere liceat, unam inter Ioniam et Lyciam, alteram Ioniae circa Miletum, quod a Ryckio monitus fecit Muncker. c. l. Pofteriori tamen tempore Cariae adfcriptam fuiffe, ut alias Ioniae urbes Afiae proconfulari, adparet ex Hierocle. In calamitatibus eius refert Strabo c. l. expugnationem a Perfis factam (Herodot. 6, 18.) alteram ab Alexandro M. (Arrian. de exp. 1, 19. f. 20.) Alias converfiones ex auctoribus proponit Vindingius in Hellene c. l. Ipfi Milefii olim valebant robore et fortitudine, unde etiam ἄλκιμοι dicti funt. Cf. Ariftoph. in Pluto v. 1005. et 1076. et Schol. ad v. 1003. ubi multa adtulit. Poft luxu, qui et in proverbium abiit, disfoluti, elanguerunt; ut ex Ariftotele refert Euftath. ad Homer. Il. 24, 444. p. 1494. 6. Hodie ruinis demerfa iacet, atque locum vocari putant

Palatſha. Cf. Dapper p. m. 256. Wheler voyage pag. 274 ſqq. Chandler Reiſe in Klein-Aſien p. 206. qui duo poſteriores urbis etiam dederunt deſcriptionem. At iam dubitationes movit Cellarius in Geogr. ant. 3, 3, 103. veterum Geographorum iudiciis excitatus. Nempe 80. ſtadiis auſtrum verſus a Maeandro iacebat, teſte Strabone c. l. quippe qui cum Ptolemaeo c. l. duas urbes inter Maeandri oſtia interponit Heracleam et Pyrrham, ſic ut ab Heraclea ad Pyrrham navigatio maritima eſſet 100 ſtadiorum, paullo amplius a Mileto Heracleam, ſi ſinus intrentur, contra 30. quot terreſtri itinere, a Pyrrha ad Maeandri oſtia 50. quae breviſſima via inita efficiunt 180 ſtadia, vel, ſi 30 ſtadia recto curſu ab Heraclea ad Pyrrham poſueris, tantum 110 ſtadia, conſentiente in hoc Plinio 5, 31. ſ. 29. etſi ibi vulgo 10 tantum leguntur. Tabula Peuting. 9. E. habet 56. M. P. ſ. 448 ſtadia a Mileto ad Minden i. e. Maeandrum numero aperte falſo, aut corrupto. Ex Strabonis ſubputatione igitur Pyrrhae urbi, non Mileto, rudera contra Sponium adtribuenda cenſet Whelerus, quia 2 horis traiecto Maeandro ad Palatſchiam profectus erat. Mannert tamen Vol. 6. P. 3. p. 264. ad Myuntem et nomen Palatſha et rudera refert. Tum vero Pyrrha ſibi vindicat theatri ruinas, quas deſcribit Chandler c. l. et ſplendidum opus Antiquities of Ionia P. 2. cap. 5. n. 46. 47. exhibet.

principem) Plinius 5, 31. ſ. 29. et ex eo Solin. cap. 43. ſ. 40. et Martian. Cap. 6. p. 221. *Ioniae caput* vocant; πρώτην πόλιν ex Panionii urbibus Herodot. 1, 142. πόλιν ἀρίστην καὶ ἐνδοξοτάτην Strabo 14. p. 436. ſ. 634. Quod addit noſter, ſpectat *Panionium, quondam* devaſtationes poſteras, de quibus antea dixi.

Thaletis) Gr. Θαλῆς. Eius vita, ſtudia et doctrinae peti debent ex Diogene Laertio 1, 1. et ex iis, qui noſtra aetate hiſtoriam philoſophiae compoſuerunt, veluti

Brucker Tom. 1. p. 458. Tiedemann in libro Griechenlands erste Philosophen. Strabo c. l. de eo sic: ὁ πρῶτος φυσιολογίας ἄρξας ἐν τοῖς Ἕλλησι καὶ μαθηματικῆς. De priori parte idem adfirmat Cicero de nat. Deor. 1, 10. Laudatur autem eius studium rerum divinarum et humanarum, commendatio astronomiae Graecis facta, quam ab Aegyptiis acceptam retulerat, unde et *astrologum* illum antiquo usu vocat Mela. Sic coelum in 5 zonas divisit, conversiones solis notavit, ursae minoris sidus designavit, gnomonem invenit, etsi in hoc dissentiunt auctores. Sed haec, quae huc maxime valent, et alia exposite persequuntur antea laudati scriptores, quibus addo Canaye in Memoires — de Paris T. 14. p. 1 sq. (ed. Hag.)

Timothei) Κιθαρῳδὸν vocat Stephanus s. v. Μίλητος, et carmina eius prolixa notat; in διθυραμβοποιοῖς ponit Diodor. 14, 46. f. clarum in arte tibiarum fert Quinctilianus 2, 3, 3. additque *duplices ab iis, quos alius instituisset, solitum exigere mercedes, quam si rudes traderentur.* Floruit autem Philippi et Euripidis temporibus, et multa in musicis innovavit, citharam pro 7 chordis 11. intendit, (Pausan. 3, 12, 8. etsi alii minorem habent numerum, de quo Plin. 7, 57. s. 56. et ad illum notata) et molliorem sonantioremque reddere studuit. Hinc eius καινοτομία notatur a Plutarcho in libello, an seni gerenda sit respublica p. m. 175. (ed. Lips.) et a Lacedaemoniis chordas additas fuisse narrat Dio Chrysost. Tom. 2. p. m. 28. (ed. Reisk.) Memorabile etiam in eum a Spartanis decretum editum exstat, quod servavit Boethius de musica cap. 1. et ex codd. Oxonn. cum commentario evulgavit Oxonii 1777. 8. vir doctus, ex Cantabrig. codice inlustratum Gronovius Vol. 5. thesauri inseruit. De eius operibus consuli potest Suidas h. v. versus aliquos ex eius carminibus repetiit Athenaeus. Plura de eo dabunt Pinedo ad Stephan. pag. 275 sqq. Martini in storia della Musica T. 2. p. 283. et Forkel in Gesch. der

Mufik T. 1. p. 299 fq. Fuit et alius Timotheus, aetate pofterior, tibia clarus, qui Thebis vixit.

Anaximander) Difcipulus Thaletis, quem deinceps magiftro fubiungere poterat. De Diis et mundo quaefiiffe, notum eft ex Cicerone de nat. Deor. 1, 10. Adtigit etiam aftronomiam, quod docet Plutarch. de placitis philofoph. 2, 20. 21, 25. eamque ad Geographiam transtuliffe videtur. Eum enim primum ferunt, qui orbis terrarum fitum in tabula pingere fuftinuit. (Agathemer. 1, 1. Strabo 1. p. 5. f. 7. et ad eum Penzel Vol. 1. p. 36.) Eius etiam ope leges naturae et motus intelligere et indicare docuit, cuius inluftre exemplum de terrae motu adfert Plinius 2, 81. f. 89. ubi itidem *phyficum* folemni forte nomine adpellat. Talis enim eft, qui mundi opera et principia naturae perfpicit. Cf. Gellius 1, 9. Primus idem etiam fuiffe dicitur, qui contra morem faeculi philofophiae naturalis praecepta, quae tradebat, fcripto confignavit. Sed de hoc et aliis expofuit praeter Diogenem Laert. lib. 2. in. ex recentioribus Bruckerus in hiftoria philof. T. 1. p. 478 fq. et T. 6. p. 217 fq. Canaye p. 31 fqq. c. l.

aliorumque) Strabo c. l. addit Anaximenem, Anaximandri difcipulum, Hecataeum hiftoricum, et ipfius aetate Aefchinem oratorem, Pompeio moleftum et in exilium ideo miffum. Strabonem repetit Euftath. ad Homer. Il. 2, 647. p. m. 236. Plinius 5, 31. f. 29. Milefium etiam facit *Cadmum, qui primus profam orationem condere inftituit;* et fic ex eo repetit Solinus cap. 43. f. 40. Alibi tamen Plinius. (7, 57. f. 56.) Pherecydi tribuit.

Hippum) Vid. not. crit. p. 520 fqq. de ignota hac urbe, quam depravato nomine *Heracleam* effe cenfet Mannert p. 260. c. l. Ita vero prima et ultima litera falvae evaferint. Poffit ad *Pyrrham* revocari, quae propius abeft a Maeandri exitu.

Maeandri) Gr. Μαίανδρος, quam terminationem Gr. retinuit Hyginus in prooemio p. 7. ed. Staver. et ſic *Meandrus* dixit Aethicus in Coſmogr. p. 720. (ed. Gronov.) uti (per ε) editur etiam in Hierocle p. 659. Fluvius eſt celeberrimus. De eius fontibus, curſu et exitu conſulendi ſunt Strabo 12. p. 397. ſ. 577. Livius 38, 13, 7. Plin. 5, 31. ſ. 29. Brevius alii deſcribunt, aut paſſim memorant. Plinius e lacu in Alacrene monte cum Solino c. 43. ſ. 40. et Martiano Cap. 6. p. 221. ducit, de quo nomine prolixe disputat Salmaſ. in Solin. p. m. 586. Alii, in quibus Livius, fontes eius oſtendunt in arce Celaenarum, quae fuit Phrygiae urbs primaria, ita tamen, ut varie locum deſignent. Sic Κελαινῶν λόφον dicit Strabo, urbemque cognominem adponit, ex qua Antiochus Soter incolas Apameam deduxit, adſentiente Livio. Xenophon de exp. Cyri 1, 2, 7. prope Celaenas ἐκ τῶν βασιλείων oriri ſcribit. Pococke Tom. 3. p. 116. *Dinglar* hodie adpellari ait. Teſtem fontis αὐτόπτην habemus Maximum Tyrium, qui 8. ſ. 38, 8. Celaenarum hic etiam mentionem facit, et ex eodem fonte Maeandrum et Marſyam excitat, qui cum ante urbem terram ſubierit, iterum in ipſa urbe ſe extollens duobus illis fluviis et aquam et nomina distribuit. Strabo utrumque fluvium ex uno lacu educit. Hinc vero *Marſyas* Celaenaeus vocatur a Martiale 10, 62, 9. Livius vero Marſyam haud procul a Maeandri fontibus oriri narrat. Sed vid. Schwartzius ad Cellarii Geogr. ant. T. 2. p. 136. ubi disſenſiónes illas auctorum conciliare ſtudet. Recepto Marſya auctus, quem tamen in campis conſumi refert Max. Tyrius, Phrygiam petit, ex qua in Cariam latiori ambitu, (vid. ſupra ad v. Miletus) fertur, quam a Lydia disterminat, (Strabo, Quintus Calaber 1, 283. —) et flexuoſo curſu in mare excurrit, receptis antea variis fluviis, veluti *Marſya, Obrima* et *Orga*. (Plinius 5, 29. Strabo.) Quod Pauſanias 2, 7, 8. ſcribit, Marſyae tibias in Maeandrum ex Marſya fuiſſe devectas, et hinc in Aſopum, ex quo in Sicyonios agros (in Peloponneſo) eiectas,

ipſe antea cap. 5, 2. ſic explicat, ut Maeander ſubter mare depreſſus alveum eo agat et Aſopum progignat. De eius curſu Plinius haec habet: *ita ſinuoſis flexibus, ut ſaepe credatur reverti;* quae argute excoluit Ovid. Metam. 8, 162 ſqq. eiusque imitator Seneca in Herc. fur. 683. Hinc *bicornius* vocatur ab Aethico p. 720. (ed. Gron.) *quaſi ſint duo redigentes ſe in unum.* Sed cui flexus non tanti dicti? Vid. quos nominant productis etiam aliqui auctorum verbis Oberlin. ad Vibium p. 144. Bochart. in Phaleg 2, 12. Hofmannus ad oracula Sibyll. p. 518 ſq. et nuper Barbié in magazin encyclopedique année 2. T. 4. n. 13. p. 74. Hinc σκολιότητες omnes Μαίανδροι vocabantur, (Strabo c. l. Cf. Virgil. Aen. 5, 251.) et Seneca epiſt. 104. m. poetarum omnium exercitationem et ludum cum eo comparat. Cf. etiam Cicero in Piſon. c. 22. et Eraſmus in adag. 4, 10, 58. Flexuoſum autem eius curſum vagumque deſcripſerunt, vel in tabula propoſitum exhibuerunt Wheler, le Bruyn, Chandler. Hodiernum nomen fertur *Meinder, Minder,* Turcis *Bojuck Minder.* Quidam *Madre* volunt, ut Ferrarius in Lex. Geogr. h. v. auctores Anglicani hiſtoriae univerſalis T. 2. p. 304. *Minde* adpellatur iam in tab. Peuting. 9. E. Alii prisco nomine adferunt, ut Pococke T. 3. p. 50. 115 ſq. Lucas voyage dans la Grèce — T. 1. ch. 33. p. 307.

Latmum) Commemorant plures, quidam etiam in Caria ponunt, ut Antigonus in hiſt. mirabil. cap. 18. ex Ariſtotele, Aelian. hiſt. animal. 5, 14. Cicero quaeſt. Tuſcul. 1, 38. Plin. 8. f. qui alibi, prout varios auctores reddit, ad Ioniam cum Noſtro revocat. Nempe Mileſium agrum Cariae a multis tribui, ſupra monui. Tamquam memorabile iidem auctores praeter Ciceronem narrant, ſcorpios ibi eſſe, qui peregrinos nihil, aut mediocriter laedant, indigenas interimant. Cf. etiam Apollonius Dyſcolos hiſt. comment. cap. 11.

Sinum inde Latmium dictum, notat Strabo 14. p. 437. f. 635. Effunditur in eum Maeander inter Miletum et Prienen. (Solin. cap. 40. f. 43.) Adiacebat urbs olim Latmos dicta, post Heraclea sub Latmo. (Strabo, Ptolem. 5, 2. Plinius 5, 31. f. 29. Schol. Apollonii ad 4, 57.) An idem, quod putavit Hecataeus, sit Homeri Il. 2, 868. Φθειρῶν ὄρος, disputat Strabo. De eodem intellexit etiam Schol. Homeri cum Apollonio in Lex. Homer. p. 688. Prolixius illum descripsit Pococke T. 3. p. 86. hodiernum nomen Ferrarius in Lex. Geogr. adiecit *monte di Palatia.*

Endymionis) Fabulam plures commemorarunt, vel adtigerunt. Ex recentioribus neminem melius excoluisse, quam Tassonem in celebri carmine *Secchia rapita*, iudicat Penzel. ad Strabon. Vol. 3. p. 188. Somnus eius in Latmo abiit in proverbium de otiosis somnoque quasi saginatis. Vid. Erasmus in adag. 1, 6, 63. Pulcritudo passim ad insigniendos formosos iuvenes transfertur, veluti apud Iuvenal. 10, 318. Eius adytum in illo monte adtingit Pausan. 5, 1, 4. et iuxta in spelunca sepulcrum Strabo 14. p. 437. f. 636. quale etiam Olympiae fuisse docet Pausan. 6, 20, 6. A Latmo autem *Latmius puer* dicitur a Statio silvar. 3, 4, 40. Ipsam fabulam varie intellectam fuisse, adparet ex Schol. Apollonii ad 4, 57 sq. Quod igitur volunt plerique, contemplandis sideribus operam dedit, quare noctu invigilavit, interdiu plerumque dormiit, (auctor anonymus de incredibil. cap. 12.) quod ad lunae contemplationem propius accommodat Plinius 2, 5. f. 9. et inde Lunae amorem explicat. Cf. ibi Harduin. et quos nominat, Heyne in opusc. academ. Vol. 2. pag. 347. notatique ad Fulgentii Mythol. 2, 19. et Iuvenal. c. l. De somno, quia cursum lunae invenerit, per 30 annos eum dormisse commentos esse quosdam, refert Fulgent. c. l.

§. 2. *Prienen)* Gr. Πριήνη. Ioniae urbem dicit etiam Stephanus, etsi et hic olim Cares habitarunt, quibus exactis coloni haec loca tenuerunt, ut refert Pausanias 7, 2, 7. In Caria autem ex antiqua ratione cum Myunte ponit Herodot. 1, 142. ex posterioribus Ptolemaeus 5, 2. hic etiam in mediterraneis eius urbibus. Conditores admixtis Thebanis Ionas facit Philota et Aegypto ducibus Pausanias c. l. Sed Aepytum ibi legendum esse, recte monuit Kuhnius p. 526. quod probant Strabo 14. p. 436 f. 633. et Eustath. ad Dionys. v. 823. De nominis corruptione vid. Heyne ad Apollodor. 2, 8, 5. Ita tamen utrumque tempore distinguit Strabo, ut Aepytus praecesserit, post Philotas, quippe Boeotius, *Cadmen* eam adpellaverit, quod de Cadme etiam refert Eustathius c. l. Hinc et Cadmios adpellatos fuisse Prienenses ex Hellanico adfirmat Hesychius Tom. 2. p. 99. et Thebanorum coloniam dicit Diogen. Laert. 1, 5, 2. n. 83. Numi etiam quidem κτίστην faciunt Herculem, quippe qui domo Boeotus fuit. Cf. Rasche Lex. num. T. 4. P. I. p. 55. et Eckhel in doctr. num. P. I. Vol. 2. p. 536. A Myrina tamen Amazone originem repetit Diodor. 3, 55. Quae si vera sunt, ad primam urbis fundationem pertinent, illa ad instaurationem et coloniam, qua deducta Cares expulsi sunt, uti et refert Pausanias c. l. Portus illi tribuit 2 Scylax p. 38. Hudf. quorum unus fuit clausus. Hinc etiam Herodotus 6, 8. Prienensium naves commemorat. Post tamen Maeander 40 stadiis longo aggere mediterraneam fecit, qualem etiam declarat Ptolemaeus 5, 2. Cf. de hac conversione Pausan. 8, 24, 5. Strabo 12. extr. Nobilitavit eam Bias alumnus, ex 7 sapientium numero, unde Πριηνέα ἄνδρα vocat Herodotus 1, 170. et praeter Strabonem 14. p. 438. f. 636. adfirmat Diogenes c. l. Quod ex Pachymere discitur T. 1. p. 320. stetit adhuc an. 1280. Incola teste Stephano dicitur Πριηνεὺς et Πριήνιος. Prior forma magis frequentatur ab auctoribus et numis.

Latinis est *Prienensis* ex etymologiae ratione. *Prienaeus* tamen occurrit in Sidonio Apollin. Carmin. 15, 48. Nunc in ruinas delapsa iacet, et locus adpellatur *Samson-Kalesi.*

Gaesi) Quod ex situ inter Prienen e Miletum intelligitur, idem est, quem Archestratus t Neanthes apud Athenaeum 7, 17. p. 311. vocant *Gsonem* s. *Gaesonidem* lacum, mari iunctum, Ephor fluvium, qui in illum lacum influat. Gaesonem iux Mycalen locum indicat Herodotus 9, 97. Plinius 5 31. s. 29. vocat *Gessum*, amnem in ora, quae *Trolia* adpellatur. Cf. etiam Strabo 14. p. 438. s. 636. et Ptolem. 5, 2. An hodie sit *Kali-Beck-Osmak*, (no *Osmal*) quem describit Chandler p. 205. de eo dubi Mannert p. 266. c. l. cum eius ostium Mela in ostendat, in qua nemo invenerit. At compara periora, ex quibus Mela regitur.

Panionium) ime describitur ab Herodoto 1, 148. his verbis: Πιώνιόν ἐστι Μυκάλης χῶρος ἱρὸς, πρὸς ἄρκτον τετραένος κοινῇ ἐξαραιρημένος ὑπὸ Ἰώνων Ποσειδέωνι Ἑλικῳ. Eius mentionem faciunt multi. Conlecti ad Malen, montem, ex 17 urbibus Iones sacrificium Nuno Heliconio celebrabant; urbes illas recenset Herot. 1, 143. quae fuerunt *Miletus*, prima earum, *s*, *Priene*, *Ephesus*, *Colophon*, *Lebedos*, *Teos*, *Clmenae*, *Phocaea*, *Samus*, *Chius* et *Erythrae*, in qui etiam consentit Strabo lib. 14. in. et Aelian. V. H. 5. s. ita ut Ephesiis auctoribus postea adiuncta fue Smyrna, uti etiam tradit Pausan. 7, 5. in. Dios 15, 49. in loco quidem consentit, sed 9. tantum es agnoscit. Stephanus vocat τέμενος καὶ πόλιν ἐν ῇ παραλίᾳ τῶν Ἐφεσίων καὶ Σαμίων, ex quo locus ille in urbem postea transiisse videtur. Sacrificio praefuerunt Prienenses. (Strabo 14. p. 440. s. 639. conl. lib. 8.

p. 265. f. 384.) Heliconii Neptuni cum Strabone alii etiam hic meminerunt. Cognominatus autem is eſt, ab Helice, Achaiae urbe, ubi templum habuit, quod iam ex Homero diſcitur Il. 8, 201 ſq. Quidam adeo putarunt, ad Panionia illa adludi Il. 20, 403. ut tradit Strabo 8. p. 265. ſ. 384. ubi tamen addit, alios intelligere de eodem ſacrificio, quod poſtea Prienenſes obtulerint. Certe Iones Achaiam olim incoluiſſe, ſatis conſtat. De ſua etiam aetate Strabo c. l. refert, Ionas Neptunum colere, et ibi in eius templo Panionia celebrare. Mactabatur vero taurus, et perlitatum credebatur, ſi taurus ille mugiiſſet. (Homer. Il. 20, 404. Strabo 8. p. 265. ſ. 384.) Conſultaſſe etiam de rebus publicis adparet ut ex aliis, ſic ex Herodoto 1, 141. In numis praeterea legitur *κοινον Πανιωνιον*, *κοινον ιγ* ſ. *γι πολεων*, *Πανιονιου*, de quibus cf. Spanhem. de uſu — num. diſſ. 9. p. 644. Raſche in Lex. num. T. 3. P. 2. p. 477. et Eckhel in doctr. num. T. 1. Vol. 2. p. 508. Similes conventus commemorantur *Πανελλήνια*, *Παναθήναια*, *Παμβοιώτια*. (Euſtath. ad Homer. Il. 2, 503. p. m. 203. Meurſius in Graecia feriata, his vocc.) In hiſtoria R. notae ſunt *feriae Latinae*. Hodie locum quaerunt, ubi vicus eſt *Changlee*. (Angl. Pococke T. 3. pag. 79.)

Phygela) De duplici ſcriptura dixi in notis crit. p. 525. *Πολίχνιον* vocat cum templo Munychiae Dianae Strabo 14. p. 440. ſ. 639. *πόλιν περὶ τὴν Ἔφεσον* auctor Etymol. p. 695. Gentile eſt ex altera ſcriptura *Πυγελεύς*. (Stephanus h. v. Xenophon hiſt. Gr. 1, 2, 2.)

Epheſus) Gr. *Ἔφεσος*, unde deſcendunt *Ἐφέσιος*, in Gr. et Lat. *Ἐφεσίτης* et *Ἐφεσεύς*. Olim, quod tradit Strabo 14. p. 440. ſ. 640. tenuerunt Cares et Leleges, quibus Pauſan. 7, 2, 4. addit Lydos. Deducta poſt colonia Androclus, Codri filius, eos, qui ſuperio-

rem urbis partem incolebant, expulit, areae ſacrae accolas, foedere icto, tutos reliquit, et montana circum loca occupavit. Croeſi tempore poſteri in campeſtria deſcenderunt, et circa templum conſederunt. (Strabo, Pauſanias c. c. l. l.) Poſt Alexandrum Lyſimachus cum urbem, qualis fuit Strabonis tempore, moenibus cingere vellet, nec ſponte ſolo cederent incolae, deiectis imbribus cloacisque obſtructis, eos migrare coegit, (Strabo) novisque incolis, Lebediis et Colophoniis, lacunam explevit. (Pauſan. 1, 9, 8.) Varia eius nomina recenſet Plinius 5, 31. ſ. 29. Sunt autem haec: 1) *Alopes*, cum apud Troiam pugnatum eſt. (Hygin. fab. 14.) 2) *Ortygia*, (Stephanus) quo nomine lucum prope Epheſum, ubi Latona partus ediderit, commemorat Strabo 14. p. 440. ſ. 640. Cf. etiam Euſtathius ad Dionyſ. v. 823. et quos addit Holſten. ad Stephan. p. 123. 3) *Morges*; 4) *Smyrna*, *cognomine Trachea*; de quo nomine cf. Strabo 14. p. 438. ſ. 633. Stephanus, Euſtath. ad Dionyſ. v. 828. 5) *Samornion*; (Stephan. *Samorna*, Heſychius *Samornia*) 6) *Ptelea*. (Stephanus, Euſtathius.) Plura de iis dabunt Holſten. ad Steph. c. l. et Salmaſ. ad Solin. p. m. 568 ſqq. Fuerunt haec fere urbis partium nomina. Epheſi nomen ab Epheſo, templi conditore ducit Pauſanias 7, 2, 4. ab Amazone Heraclides Ponticus de politiis ſ. v. Ἔφεσος, ubi et alia etymologia additur. Cf. Berkelius ad Stephan. pag. 366. ab Epheſo, muliere, Euſtathius ad Dionyſ. v. 828. Conditores feruntur varii; a Strabone 14. in. et aliis Androclus, quod de colonia intelligendum eſſe, ſuperiora declarant; *Amazonum opus* vocat Plinius c. l. et ex eo *Amazonum fabricam* Solinus c. 40. ſ. 43. Cf. Iuſtin. 2, 4, 15. Oroſius 1, 15. Refutat tamen Pauſan. 7, 2, 4. et *Epheſum*, certe nominis auctorem, producit; *Androniſcum* dat Syncellus p. 144. ſ. 181. Per adulationem numi Auguſtum κτίστην vocant. Vid. Eckhel de doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 514. An Troiani

belli tempore ſteterit, dubium facit Strabo 13. p. 427. ſ. 620. In Lydia ponit Herodotus 1, 142. forte quia Lydorum olim fuit, atque hi Carum conſanguinei, qui antea ſimul Epheſum tenuerant. Vid. ſupra, ubi etiam de urbis mutationibus aliqua notavi. Sed agrum Epheſium, Ἐφεσίαν, late olim ad Tmolum usque porrectum patuiſſe, adeo ut partem Maeoniae ſ. Lydiae complecteretur, confirmat Strabo 13. p. 427. ſ. 620. Docet etiam πεδίον Καΰστριον, de quo paullo inferius dicetur. Qualis ſub Romanis erat, talem in primis inſtruxerat Lyſimachus; et nomen *Arſinoe*, quod ab uxore impoſuerat, illo mortuo *poſt* abolitum eſt. Vid. Strabo 14. p. 440. ſ. 640. Pauſan. 1, 9, 8. Stephanus h. v. Terrae motu concuſſam adiuvit Imper. Claudius. (Malalas in Chronogr. lib. 10. p. 104. Ven.) Situs ad mare diſcitur ex portu, quem plures commemorant. Ἐμπόριον μέγιστον Aſiae intra Taurum ſua aetate fuiſſe, adfirmat Strabo 14. p. 441. ſ. 641. Inclaruit autem omnino multis rebus, quare *lumen Aſiae* vocat Plinius c. l. Stephanus πόλιν ἐπιφανεστάτην, et Duris Elaites in epigr. apud Stephanum Ἰάδων πολλὸν ἀοιοδάτην. Idem teſtantur multi numi ſub Caeſaribus cuſi, in quibus varie praecipua eius dignitas et principatus confirmatur, v. c. Εφεσιων πρωτων Ασιας, μονων πρωτων Ασιας, Α. Ασιας, quod idem vult. Vid. Raſche in Lex. num. T. 2. P. 1. p. 667. et Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 512. de ipſo illo elogio Spanhem. de uſu — num. Tom. 1. p. 636 ſq. Tulit porro claros cives in iis Heraclitum et Hermodorum, philoſophos, Hipponactem, poetam, Parrhaſium et Apellem, pictores, Alexandrum cognomine Lychnum, oratorem, hiſtoricum et poetam, quos commemorat Strabo 14. p. 441. ſ. 642. Maxime tamen inclaruit Dianae templo, de quo deinceps, et apud Chriſtianos epiſtola Pauli. Nunc pagus eſt, quem Turci adpellant *Ajaſolouk*, (Pococke T. 3. p. 67. ubi et ſqq. multa de hac urbe, Tournefort voyage T. 3. p. 391.

ed. 1727.) Itali *Efeſo*. De antiquae urbis veſtigiis prolixius expoſuerunt Tournefort, Pococke aliique, quos indicant auctores Angli hiſt. univerſ. Tom. 6. pag. 233. n. 239.

templum) Nobiliſſimum, maximum, celeberrimum pulcerrimumque, ut vocat Ampelius cap. 8. *περιώσιον ἀνδράσι θαῦμα* (Dionyſ. v. 829.) *τοῦ οὔτι θεώτερον ὄψεται ἠώς, οὐδ' ἀφνειότερον*, (Callimach. in Dian. v. 249.) et plura eiusmodi. Hinc in 7 orbis miraculis ponunt Philo Byzant. c. 6. auctor anonym. de incredibil. cap. 2. in. Galei opuſc. p. 85. Hygin. fab. 223. aliique ibi a Munckero notati. Conditores feruntur varii. In antiquiſſimis adparent Amazones, (Ampelius, Avien. in perieg. v. 992. ſecutus Dionyſ. v. 828. —) quibus accedit Noſter, et Hyginus fab. 223. et 225. qui ex Amazonibus *Otriram* (*Otreren* ut 112. ex Gr. Ὀτρήρην) nominat; *Hippo* apud Callimach. in Dian. v. 239. Plura ſubpeditabunt, Spanhem. ad Callimach. c. l. Staveren. ad Hygin. c. l. et qui de Amazonibus ſcripſere, Petit p. 382. et Guyon p. 136 ſqq. Alii tantum de ſimulacro Dianae intelligunt, quod ſub fagino trunco ab iis dedicatum eſt ſecundum Callimach. v. 239. etſi *νηὸν* in eodem nexu ponit Dionyſ. v. 827. Quod quidam probante hic Voſſio ex libris mſcrr. *βωμὸν* praeferendum cenſent propter adiuncta admitti vox poteſt, utrumque tamen omnino componi, ſi *νηὸν*, qualis tunc et in illo loco eſſe potuit, cogitemus. Sed in utramque partem haec quaeſtio verſatur. Apud Tacitum enim Annal. 3, 61. ipſi Epheſii narrant, Liberum patrem, (igitur ante Herculem,) ſupplicibus Amazonum, quae aram inſederant, ignoviſſe. Cf. Pauſan. 7, 2, 4. Idem hic 4, 31, 6. dedicationem fani et ſimulacri ab Amazonibus factam ad famam reiicit, et alibi 7, 2, 4. verum templi conditorem producit Creſum, indigenam. Vid. quae disputat Spanhem. ad Callimach. in Dian. v. 238. Cteſiphonti ſ. *Chreſiphonti*, architecto

eiusque filio *Metageni* hoc opus tribuit Vitruvius in praef. lib. 7. p. 125. et alibi, ille a Strabone 14. p. 440. f. 640. vocatur *Cherſiphron*, in MSStis etiam *Archiphron*, a Plinio 7, 38. f. 37. *Cteſiphon*, et 36, 21. f. 14. *Cherſiphron*, quod ob libros Graecos minus in his vitiofos praeferendum cenſet Turnebus in adverf. 11, 2. p. 319. Amplificavit poſt alius, ut addit Strabo c. l. Demetrium dicit ipſius Dianae ſervum et Peonium Epheſium Vitruvius c. l. Quod narrat Syncellus p. 142. f. 178. primum incenderunt Amazones, iterum conflagravit Platonis aetate. (p. 206. f. 258.) Alii tamen eius facinoris auctorem ferunt Heroſtratum, qui ſic nominis ſui memoriam perpetuam facere voluerit. At bene conſuluerant Epheſii, decreto memoriam teterrimi hominis abolendo, niſi Theopompus vulgaſſet, ut ſcribit Valer. Max. 4, 18. ext. 5. Tantum Lygdamin vocat Heſychius, quod tamen ex Callimacho in Dian. v. 251. de minis et conatu intelligit Alberti Tom. 2. p. 502. Factum id autem eſt anno 1. Olymp. 106. a. Chr. 355. in eadem nocte, qua natus eſt Alex. M. (Plutarchus in vita Alex. cap. 3.) Succeſſit novum templum priori praeſtantius, multis item ſumtibus perfectum, cui operi praefuit Chiromocrates (Strabo 14. p. 441. f. 441.) vel Dinocrates, ut quidam libri volunt, vero quidem ſimilius, quod eundem Alexandriam exſtruxiſſe, addit Strabo, atque hunc auctores ita nominant. Vid. Plinius 7, 38. f. 37. et ibi Harduinus. Septies autem reſtitutum fuiſſe, refert Plin. 16, 79. f. 40. Prius templum, quod ex architecti nomine adparet, deſcripſit Plinius 36, 21. f. 14. longum fuit 425 pedes, latum 220. habuitque columnas 127, altas 60 pedes. Olim et Strabonis aetate aſyli ius habuit, quod confirmant etiam numi, etſi illud ſubinde limitibus eſt mutatum. Sacerdotes fuerunt Eunuchi, quos adpellarunt Megalobyzos, magno honore praediti adiutique in obeundo munere a virginibus. Ita Strabo. Aliis tamen ſunt Megabyzi, ut Plinio 35, 36. f. 10. et 40. f. 11. Xenophonti de exped.

Cyri 5, 3, 7. qui explicat Ἀρτέμιδος Ἐφεσίας νεωκόρον. — Qui plura de his desiderat, consulat Harduin. ad Plin. c. l. Burmann. ad Quinctil. 5, 12. p. 456. Perizon. ad Aelian. V. H. 2, 2. et in primis Hemsterhus. ad Luciani Timon. cap. 22. et quos memorat ad Hesychium T. 2. p. 552. Alberti. Quod de virginibus addit Strabo, egregius in hanc rem locus exstat apud Plutarchum in libello, a seni sit gerenda respublica pag. 176. ed. Lips. unde adparet, eandem fuisse earum disciplinam et rationem, quae in virginibus Vestalibus usum obtinuit. Ipsa autem Diana in plurimis Ephesiorum numis conspicitur; νεωκορος etiam legitur. Cf. Rasche in Lex. num. T. 3. P. 1. p. 1194. et quos laudat, itemque Bernard ad Thom. Magistr. s. v. ζάκορος p. 404. et Eckhel. in doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 520. Templi formam quadrato oblongo, qualem rudera et ruina exhibent, repraesentarunt Sponius in itin. Tom. 2. p. 109. Pococke Tom. 3. p. m. 75 sq. Caylus sur la Diana d'Ephesus et sur son temple in Memoires de litterature — de Paris Tom. 30. p. 428 sqq. Tournefort voyage T. 3. p. m. 393 sqq. auctor libri antiquities of Ionia P. 2. c. 5. n. 39 — 45. aliique. Rudera ex itineribus descripsit Dapper p. 244. c. l. Contra nullum fere hodie templi vestigium reperiri nuper testatus est Sauveboeuf (Reisen) T. 2. p. 194. De Diana Ephesia multi exposuerunt, quos enumerare non adtinet. Vid. Wolfii curae ad actor. 19, 27. et Allg. Welt-Geschichte T. 6. p. 235. not. Spoliatum autem est templum et incensum a Scythis, Gothorum populis sub Gallieno. (Trebellius Pollio in vita Gallienor. cap. 6.)

Caystros) Gr. Κάϋστρος. Latini *Caystrus* vel etiam, ut hic *Caystros*, in quibus Ovid. Metam. 5, 386. An etiam *Cayster* vocetur, quod adferunt Cellarius in Geogr. ant. 3, 3, 94. Gesnerus in thesauro L. L. h. v. et Mannert p. 305. c. l. de plerisque auctoribus Latinis adfirmat, certo id exemplo non confirmatur; in Ovidio

enim c. l. meliores libri, teste Heinsio, praeferunt *Caystros*. Pro Κάϋστρος Homerus dixit Καΰστριος, de quo vid. ibi Eustathius. Alias etiam ex periphrasi Καΰστριος ποταμὸς occurrit. (Herodot. 5, 100. Schol. ad Aristoph. Acharn. v. 68.) Nomen derivatur a Caystro Penthesileae et Amazonis filio, (Eustath. ad Homer. c. l. Etymol. M. h. a.) vel quia vicinam habeat regionem κατακεκαυμένην, ut tradit Stephan. h. v. ad quem de illa regione cf. Berkel. p. 495. Originem eius ducit Plinius 5, 31. s. 29. ex Cilbianis iugis, quorum situs constitui potest ex Cilbianis agris supra Ephesum. (Plinius 33, 37. s. 7.) Hinc Vitruvius 7, 8. commemorat *agros Ephesiorum Cilbianos;* Strabo 14. p. 432. s. 629. prope Tmolum versus Orientem conlocat. Hinc Nicander in Theric. v. 634. s. fontes eius designat prope Tmolum et Parthenium montem, Scholiastae Lydiae promontorium, quod posterius tamen offendit. Sic non male quidem Lydiae fluvium dicit Schol. Aristoph. c. l. sed male idem ad Miletum translocat, uti sec. numeros adpositos ad Phrygiam fontes reiicit. Per Hypaepa decurrit, (Vibius h. v.) quod erat oppidum Lydiae prope Tmolum (Strabo 13. p. 431. s. 627. Ovid. Metam. 11, 152.) et prope Ephesum in mare exoneratur, unde Ephesi portus ob limum a Caystro advectum vadosus erat factus, (Strabo 14. p. 441. s. 641.) et Plinius 5, 31. s. 29. Ephesum *Caystro adlui* scribit. Cf. et Herodot. 5, 100. Recte igitur Caystrum a Nostro deinceps positum esse notat hic Vossius, et *Ortygium* a Propertio 3, 21, 15. vocari, quia Ephesus antea adpellata fuerit Ortygia. Cf. quae disseruerunt ad Propertium Broukhus. et Burmannus. Proprie autem Ortygia lucus fuit prope Ephesum, per quem fluebat Cenchrius, (*i*) ut adfirmat Strabo 14. p. 440. s. 639. confirmantibus id Pausania 7, 5, 5. et Tacito Annal. 3, 61. qui in Caystrum influit. (Tournefort T. 3. p. m. 390.) Hypaepa Ptolemaeus 5, 2. ut numeri suadent, propius adponit Hermo fluvio. Dirimit, opinor, illam dubitationem tabula Peu-

tinger. 9. E. in qua Ypepa (ſic) inter duos fluvios Hermon et Caſtur (i. e. Cayſtrum) ponuntur, hic autem prope Epheſum in mare emittitur. A Cayſtro dicitur campus ſ. ager Cayſtrius Gr. πεδίον Καύστριον ſ. Καϋστρηνὸν. Vid. Euſtathius de ſcriptura ad Dionyſ. v. 837. et Homer. Il. 2, 461. et quae notantur ad Strab. 13. p. 430. ſ. 626. Ἐφεσίας πεδίον vocat Stephanus, quod ad Sipyli agros extendit Diodor. Sic. 14, 80. in. ab altera parte verſus Cymen 14, 79. Cayſtri autem illam planitiem, per quam ipſe labitur, adtigerunt etiam recentiores, in iis Pococke T. 3. p. m. 67. ſ. 9. Nobilitatur porro fluvius, cygnorum commorationibus, Homeri etiam tempore. Vid. Homer. Il. 2, 459. Virgil. Georg. 1, 383. Ovid. Metamorph. 2, 252. 5, 386. — Inde *Cayſtrius ales* de cygno apud Ovid. Triſt. 5, 1, 11. Cf. etiam Cellar. in Geogr. ant. 3, 3, 94. Graeci h. vocant *Kara-ſu* i. e. aquam nigram, Turci *Kutſchuk Minder* i. e. Maeandrum minorem, quia ut teſtantur Pococke c. l. et Tournefort T. 3. p. m. 389. flexuoſus et ipſe eſt, ut Maeander. De eius curſu conſuli poteſt etiam Spon in voyage Tom. 3. p. 250. Oloribus, *Koukou* dictis, etiam nunc obſideri, adfirmat Villoiſon in prolegom. ad Homer. p. 54.

Lebedos) Λέβεδος. Tenuerunt olim Cares, quibus expulſis Andraemon, Codri filius, Ionum dux, occupavit. (Pauſan. 7, 3, 2.) At Strabo 14. in. narrat, Androcopum (o) ſive, uti libri etiam volunt, Andropompum Lebedum condidiſſe, loco quodam, Artide, occupato, f. Aſpide inſula, poſt Arconneſo, in vicinia. (Strabo 13. p. 443. ſ. 643. Stephan. ſ. v. Ἀσπίς.) Deſtruxit poſtea Lyſimachus, eiusque incolas Epheſum traduxit, (Pauſan. 1, 9, 8. et 7, 3, 2.) Paullo tamen aliter de illa converſione exponit Strabo 14. p. 443. ſ. 643. qui praeterea addit, poſt ab Attalo cives Myonneſum inter Teon et Lebedon deductos deinde Lebedon rediiſſe. Neque tamen ſic ad priſtinum vigorem emergere potuit. Certe

Horatius 1. epist. 11, 7. *Scis*, inquit, *Lebedos quam sit Gabiis desertior atque Fidenis vicis.* Numeratur in 12. urbibus Panionii, (Herodot. 1, 142. et alii) omninoque floruit, solemnesque excepit conventus et annua certamina in honorem Bacchi. (Strabo 14. p. 442. s. 643.) At ordinem turbat Mela, qui hic est: *Ephesus*, *Colophon*, *Lebedos*, *Teos* — ut adparet ex Strabone c. l. et Ptolemaeo 5, 2. tab. Peutinger. Geogr. Ravenn. 5, 8. et 9. — nisi Melam forte defendendum putes in mutata Colophonis sede, de qua infra. Aliorum tamen eumque probabiliorem ordinem, relicto Mela, tenet etiam Plinius. Lebediorum cum vicinis de Camandodo (ω) controversiam productus Hipponactis versus diremit. (Sext. Empir. 1, 13, 275. et 293.) Civis *Lebedius*, quod etiam testantur numi, etsi rariores. H. *Lebeditzi - Chisar*, ut adfirmat Leunclavius in Ferrarii Lexico Geogr. h. v. Sed quod scribit Chandler (Reisen in Klein-Asien) p. 144. locus plane desertus est et sine incolis.

Clariique Apollinis) Nomen traxit a Claro, vel luco, vel fano, vel etiam oppido, inter quae dubius pendet Cellarius in Geogr. ant. 3, 3, 92. Antiquiores fere prope Colophonem ἄλσος τοῦ Κλαρίου Ἀπόλλωνος memorant, ut Strabo 14. p. 442. s. 642. — et eius ἱερὸν ibi Scylax p. 38. Hudf. Plerique simpliciter Claron, feminino genere, efferunt, et πολίχνην vocat Nicander in Theriac. extr. vel πόλιν posteriores in primis Scholiastae, (cf. ad Apollon. 1, 308.) etsi in nemoribus recenset Vibius p. m. 25. Eustathius ad Dionys. v. 442. νεώριον τῆς Κολοφῶνος dicit, nomenque petit ἀπὸ τοῦ κλήρου ἤτοι τοῦ λάχους, cui alias duas caussas addit Schol. Apollonii c. l. vel a Manto, Tiresiae filia et nato ibi ab eius lacrymis fonte, vel a Claro heroe. Ex aliis addit, sortitionem a Neptuno et Marte ibi factam. Cf. et Spanhem. ad Callimach. in Apoll. v. 70. Oraculi igitur celebritas eo adtraxerat colonos, ut urbs inde nasceretur. Magis tamen

praedicatur lucus et fanum cum oraculo. Vid. Croix ad Vibium p. 265. (ed. Oberl.) qui multa de Claro conlegit. Maxime huc valet Paufanias 7, 3, 1. ubi narrat, Cares ifta loca olim tenuiffe, poft Cretas e Graecia colonos advenifle Rhacio duce; poft Thebani cum Manto, quos iufferat oraculum Delphicum coloniam capeffere, ad Claron adpulfi et a Rhacio in focietatem recepti funt. Quam autem ambigue de Claro auctores omnino locuti fint, expofuit Salmaf. ad Solin. p. m. 604. qui cum Martiano Cap. lib. 6. p. 221. in urbe Colophone ponit, a qua tamen feiungit Plinius 5, 31. f. 29. parum tamen fibi conftans, quod 2, 106. f. 103. Colophone Clarii Apollinis fpecum effe fcribit. Nempe olim, opinor, a vicina urbe haec dicta funt, antequam ipfe locus in urbem excrefceret, vel quia in Colophoniorum agro Clarus erat fita. Hinc et Antimachus a Cicerone in Bruto cap. 51. Clarius poeta adpellatur, qui aliis eft Colophonius. Idem in Nicandro obfervatur. Vid. Spanhem. ad Callimach. in Apoll. v. 70. Neque alius in Colophoniorum numis Apollo adparere videtur. Fuit praeterea ibi fons, quem refpicit Anacreon 15, 5. et Colophonis fontem ab Clemente Alex. [in admon. ad gentes p. m. 9.] dici putat Salmaf. ad Solin. p. m. 604. Poterat Taciti locum Annal. 2, 54. huc transferre, ubi in oraculi eius fpecu arcanus fons commemoratur. Adtigit eum etiam Plinius 2, 106. f. 103. Vates eius aquam bibebant, unde repleti numine vaticinia edebant. (Iamblich. de myfter. Aegypt. 3, 11.) Quod Strabo 14. p. 442. f. 642. fcribit, ἄλσος τοῦ Κλαρίου Ἀπόλλωνος, ἐν ᾧ μαντεῖον ἦν ποτε παλαιὸν, coarguitur ex Tacito c. l. qui illud a Caefare Germanico confultum fuiffe refert. Cf. etiam 12, 22. et Ovid. faftor. 1, 20. Et fic fub imperatoribus numi Clarium Apollinem fiftunt. (Rafche in Lex. num. T. 1. P. 2. p. 569. et T. 1. P. 1. p. 95.) Ritum vaticinantium et adparatum defcribit Tacitus Ann. 2, 54. *Non femina illic*, inquit, *ut apud Delphos, fed certis e familiis et ferme Mileto accitus*

ſacerdos, numerum modo conſultantium et nomina audit: tum in ſpecum degreſſus, hauſta fontis arcani aqua, ignarus plerumque literarum et carminum, edit reſponſa verſibus compoſitis ſuper rebus, quas quis mente concepit. Plura de hoc oraculo collecta dabit van Dale de oraculis diſſ. 1. p. 133. Clarii etiam Iovis oraculum ex aliis refert Euſtathius c. l. De adiectivo notandum, quod in nummis Κλαρηνων etiam legitur. H. *Zillé*, tenuis pagus. (Chandler p. 148 ſqq. c. l.)

Manto) *Sata Tireſia, venturi praeſcia Manto*, Ovid. Metam. 6, 157. et ſic alii Tireſiae filiam vocant. Unus, quod ſciam, Diodor. Sic. 4, 66. in eadem hiſtoria Daphnen Tireſiae filiam inducit, quod perperam ab eius codicibus factum monuit Barth. ad Statii Theb. 4, 464. Hiſtoriam prolixius narrat Pauſan. 7, 3, 1. Cum Therſander et Argivi Thebas cepiſſent, inter captivos ad Apollinem Delphos abducta eſt Manto, tamquam optima praeda Apollini conſecranda. Cf. etiam Schol. Apollon. ad 1, 308. Apollodor. 3, 7, 4. Diodor. c. l. Captivi ex monito oraculi, ut coloniam quaererent, in Aſiam traiecerunt, et ad Clarum adpulſi ſunt. Cretes, qui tunc Rhacio duce illa loca occuparant, armati accurrunt, et ad Rhacium eos ducunt. Qui cum ex Mantus oratione adventus cauſam cognoviſſet, eam uxorem duxit, comites ſocios ſibi adiunxit. Cf. Pauſan. 9, 33. in. ubi eadem refert, ſed de oraculo nihil; immo in priori loco eorum adventu Clarum iam fuiſſe, innuit. Haec ad explicandam *fugam* pertinent. Manto autem ipſi originem oraculi etiam alios tribuiſſe, intelligitur ex Schol. Apoll. c. l. qui praeterea fontem ſupra notatum ex eius lacrymis ortum tradit. De Tireſia locus claſſicus exſtat apud Apollodor. 3, 6, 7. Cf. etiam Spanhem. ad Callim. in Pallad. 121 ſq. Barthius ad Statii Theb. 2, 95. et alibi, Burmann. ad Ovid. Metam. 3, 322. quos iam laudavit Heyne ad Apollodor. c. l. Narrationem de Tireſia habes etiam apud

Hygin. fab. 75. Nota autem ſunt omnino ſolertia eius in auguriis et vaticinationibus, longa vita, caecitas — quae perſequi non eſt huius loci.

Epigonos) Sunt filii 7 ducum, qui olim Theſei tempore grave bellum contra Thebanos commoverant, in quo quidem omnes, praeter Adraſtum, cum ingenti militum ſtrage perierunt. Atque ita explicant vocem auctores, ut Apollodor. 3, 7, 2. οἱ τῶν ἀπολομένων παῖδες. Cf. etiam Diodor. 4, 66. in. Hygin. fab. 70. 71. Haec quidem adpellatio, *Epigoni*, ſolemnis eſt, quam et ex Latinis retinuerunt aliqui, in iis Cic. de off. 1, 31. et ad milites quosdam in Alexandri M. exercitu transtulit Iuſtin. 12, 4, 11. Alia de adpellationis illius variatione dedit Muncker. ad Hygin. fab. 71. ipſa nomina ducum Pauſan. 10, 10, 2. Apollodor. 3, 7, 2. — etſi in his disſentiunt, ut diligenter notavit Heyne ad Apollodorum c. l. De ipſo bello conſuli poteſt Diodor. Sic. 4, 66. Apollodor. c. l. et Pauſanias 9, 5. et 9. qui tamen alios auctores ſecutus eſt. Materiem etiam ſubminiſtravit poetis, quam carminibus tractarent, uti adparet ex Cic. c. l. et Tuſcul. qu. 2, 25. aliisque ab Heynio notatis.

Colophon) Gr. Κολοφὼν vel etiam Κολοφῶν. De conditore deinceps. Olim locum tenuerunt Cares, quibus expulſis ſucceſſerunt Cretes, Rhacio duce, de quo Pauſan. 7, 3, 1. Poſt Lyſimachus incolas cum Lebediis, everſis eorum urbibus, Epheſum deduxit. (Pauſan. 1, 9, 8.) Poſt aut inſtaurata eſt urbs, aut Notium, portus antea Colophoniorum, in novam urbem accrevit, quod ex Livio probabilius eſſe videtur, qui 37, 26, 5. Notium, Colophonium oppidum, a vetere Colophone duo ferme M. P. abeſſe ſcribit, et 38, 39, 8. victo Antiocho, Colophoniis, qui in Notio habitabant, immunitatem conceſſam. Cf. etiam Polyb. 22, 27. Reliqua, quae ad urbis veteris et Colophoniorum hiſtoriam pertinent, expoſuerunt

Vinding. in Hellene p. 447. (in Gronov. thef. Vol. 11.) et Waffe ad Thucyd. 3, 34. — In maritimis igitur urbibus alteram recenfent Ptolem. 5, 2. aliique, qui etiam huic fitui apta addunt, veluti adpellere Colophona aliaque a navigatione petita. Nauticas etiam Colophoniorum copias magnas olim fuiffe, refert Strabo 14. pag. 442. f. 643. Qui igitur Colophonem in mediterraneis ponunt, ut Scylax p. 37. Hudf. meliori adiutus diftinctione, Plinius 5, 31. f. 29. (promifcue ex aliis fua excerpens) — veterem urbem intelligunt, quae diruta incolarum partem Notium emifit. (Thucyd. 7, 14. in.) De utroque prolixam disputationem inftituit Schneider ad Xenoph. hift. Gr. 1, 2, 4. Sive igitur ipfum Notium fucceffit Colophoni veteri, five prope nova Colophon exftructa eft, ita tamen poft opibus invaluit, ut Antiocho poffet refiftere. (Liv. 37, 26. m.) Cum Mela aperte, indicato conditore, veterem recenfeat, cum nova ad mare fita commifcet, tum vero etiam poft Lebedon ponit, fecus atque alii faciunt. (Vid. Strabon. 14. p. 442. f. 643. Scylax c. l. inverfa hic progreffione, ut Ptolem. 5, 2. tabula Peutinger. 9. E.) Varie autem urbs inclaruit. Nati enim in ea funt Mimnermus, elegiarum fcriptor, Xenophanes, phyficus, fillorum auctor, Polymnaftus, muficus. (Strabo c. l.) Quidam etiam Homerum eius civem fecerunt. (Idem et Cicero de Archia cap. 8. Antimachus et Nicander apud auctorem Homeri vitae in. in Galei opufc. mythol. pag. 283.) Sed pofteriores hi duo patriae amore ducti, quippe ipfi Colophonii, ut pluribus docet Schellenberg. in praefat. ad Antimachi reliquias p. 5 fqq. Excelluit porro urbs equitatu, ita ut eius ope bella impedita et difficilia dirimerentur, unde proverbium enatum eft, τὸν Κολοφῶνα ἐπέθηκεν. (Strabo c. l. aliique paroemiographi, et ex recentioribus Erafmus adagior. 2, 3, 45.) Id vero Plinius 8, 61. f. 40. cohortibus canum tribuit, quae primae in acie dimicaverint; quare etiam huc canem referunt, in numis adpofitum. Vid. Rafche in Lex. num.

T. 1. P. 2. p. 697. Celebratur porro *Colophonia refina* Diofcorid. 1, 93. Scribon. 206. Plin. 26, 38. f. 8. Incola *Colophonius*, unde Colophoniacus defcendit, de Homero apud Virgil. in Ciri v. 65. Hodie urbs ruinis diruta iacet. Quod tamen tradunt auctores Anglicani hift. univerf. T. 6. p. 231. quibusdam eft *Altobofco* vel etiam *Belvedere*.

filius) Mimnermus tefte Strabone 14. p. 435. f. 633. Andraemonem Pylium conditorem iactaverat cum aliis.

filius) Manto quidem innubam dicit Statius Theb. 4, 464. nempe dum Tirefias vivebat. Poft enim ab Alcmaeone, furiis agitato, compreffa, liberos genuit duo Amphilochum et Tifiphonam; Mopfum demum, cum in Afiam adveniffet, ex Rhacio, de quo fupra dictum eft. (Paufan. 7, 3, 1.) Apollinem tamen plerique patrem faciunt. Alius Mopfus Ampyci et Chloridis filius occurrit in Hygino fab. 14. qui in Argonautis numeratur, cum nofter Troiani belli tempore vixerit. Vid. Strabo 14. p. 442. f. 642. Barth. ad Statii Theb. 3, 521. Valef. ad Ammian. 14, 8. et in primis Burmann. in catalogo Argon. praefixo Valerii Flacci editioni h. v.

§. 3. *At promontorium)* Quaeritur, quod promontorium innuat. Cum in anguftis cervicibus conlocet, fuccurrit *Argennum*, quod inter Erythras et Clazomenas oftendit Ptolemaeus 5, 2. et luculentius defignat Strabo 14. p. 443. f. 644. qui Erythraeae promontorium vocat, antea autem Erythraeos intra ipfum ifthmum habitare dicit, in ipfo ifthmo ab utraque parte Teios et Clazomenios. Tum poft Argennum Strabo (14. p. 443. f. 645.) ponit ἄκραν μέλαιναν, quae ex Mimante vicino monte excurrere videtur, ut Argennon proxime abeffe fcribit a Pofidio Chiorum. Tum vero eft prius Plinii 5, 31. f. 29.

promontorium Corynaeum, Mimantis promontorium, et hodie vocatur *Kara-Burun* f. ut effert Pococke Tom. 3. p. 50. *Carabournou.*

Smyrnaeum) Tacite fic innuit, fuiffe ibi Smyrnam. I. GRONOVIVS *MS.* 1. Uti facit in aliis. Cf. fupra ad 1, 12, 5. de Antiochia. De *Smyrna* potiora haec: Gr. Σμύρνα, vel etiam paffim Ζμύρνα in codicibus, numis et lapidibus. De numis vid. Rafche in Lex. num. T. 4. P. 2. p. 1266 fqq. de infcriptt. marmor Oxon. n. 96. pag. 120. (ed. 1763.) de MSStis Lipfius et Ernefti ad Tacit. Ann. 4, 56. et quos hic producit, quibus adde Garaton. ad Cicer. pro Balbo cap. 11. qui adferere ftudet. Utra fcriptura probanda, disputatum iam eft olim, et hinc utramque invaluiffe adparet ex Sexto Empirico adverf. Mathem. 1, 9. in. fegm. 169. etfi per Z damnat Herodianus apud Hermann. de emendanda Gr. Grammat. ratione p. 305. Furti etiam Σ incufat Z apud Lucian. in iudicio vocalium cap. 9. Incola *Smyrnaeus.* Alia poft. Conditorem urbis facit *Tantalum* Stephanus, *Thefea* Ifidor. Originn. 15, 1. Ariftides T. 1. p. 270. ed. Iebb. et quae habet Meurf. in Thef. c. 1. *Cymaeos* Herodot. in vita Homeri c. 2. *Tantalum, Thefea,* vel *unam Amazonum* ipfi Smyrnaei apud Tacit. Annal. 4, 56. *Amazonem* Plinius 5, 31. f. 29. *Colophonem* Herodot. 1, 16. (κτίζειν) quod ex lib. 1, 150. fic intelligendum eft, ut exactis Aeoliis, prifcis incolis, Colophonii Smyrnam fuis incolis occuparint; (Paufan. 7, 5. in.) unde patet, Aeolios, quales fuerunt Cymaei, antea tenuiffe, quare etiam omnino *Aeolios* conditores vocat Velleius 1, 4, 4. Primum nomen fuit *Naulochus,* alterum *Smyrna,* ab Amazone *Smyrne,* (Stephanus) quam alii vel conditorem urbis, (vid. antea) vel auctorem nominis dicunt. (Strabo 14. in. Euftath. ad Dionyf. v. 828.) *Myrinam* addit Eufeb. in can. Chron. pag. 155. ubi cf. Scaliger. Haec de antiqua Smyrna, quae a Lydis diruta per 400. annos κωμηδὸν

tantum habitata fuit. (Strabo 14. p. 444. f. 645 fq.) Reftituit Alexander M. (Plin. 5, 31. f. 29. Paufan. c. l.) de quo tamen ex itinere eius non temere dubitat Mannert V. 6. P. 3. p. 334. vel, uti vult Strabo c. l. Antigonus ac poftea Lyfimachus, 20 tamen ftadiis a vetere. Poft terrae motu concuffam adiuvit Claudius. (Malalas in Chronogr. 10. p. 104. Ven.) Tres illas aetates urbis perfequitur Ariftides T. 1. p. 229. ed. Iebb. ex quo difcitur, primam ftetiffe in Sipylo monte, alteram fub Sipylo. Portum habuit aliaque memorabilia. (Strabo 14. p. 444. f. 646.) Incolae civem iactarunt Homerum, ut refert Strabo aliique multi, numis etiam celebrarunt; (Rafche in Lex. num. T. 4. P. 2. p. 1265. et Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 4. p. 341 fq.) et monumentis fervarunt, quae funt Ὁμήρειον, porticus quadrata cum templo Homeri et fimulacro. (Strabo c. l. et quae conlegit Cuperus de apotheofi Homeri p. 13. (ed. 1683.) Quae Homeri memoria ad noftram aetatem propagata eft. (Sauveboeuf Reifen T. 2. p. 197.) Acceffit Ariftidis aetate ad urbis dignitatem Aefculapii templum et cultus. (Cf. Iebb. in vita Ariftidis ad an. u. 918. §. 9. praefixa editioni, Paufan. 2, 26, 7. et 7, 5, 4.) Olim etiam 12. Ioniae urbibus, ex quibus Panionium conftabat, adiuncta eft. (Herodot. 1, 143. Paufan. 7, 5, 1. Strabo 14. p. 436. f. 633.) Maxime laudatur in marmorr. Oxon. adpend. n. 5. p. 296. his verbis: η πρωτη της Ἀσιας καλλει και μεγεϑει και λαμπροτατη και μητροπολις και γ. νεωκορος των Σεβαστων (cf. etiam de numis Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 559.) — κοσμος της Ιωνιας. Plurima etiam in eius laudem data opera effudit Ariftides in orat. in Smyrnam T. 1. p. 229 fqq. ed. Iebb. Sic Smyrnaei in numis faepe vocantur πρωτοι Ασιας, fc. minoris. Praeterlabens fluvius, Meles, etiam Homeri natalibus celebratus eft, quod docuerunt Harduinus ad Plin. 5, 31. f. 29. aliique, et Wernsdorf. ad Himerium orat. 11, 2. p. 576. Inde Homerus etiam Μελησιγενὴς adpellatur; (Herodot.

in vita cap. 3.) antrum praeterea ad eius fontes commemoratur, in quo carmina ſua ſcripſit. (Pauſan. 7, 5, 6. Cf. etiam Cellarius in Geogr. ant. 3, 3, 81.) Denique *Smyrnaeus* inde innotuit *ſinus*, quem Σμυρναίων κόλπον vocat Strabo 14. p. 444. ſ. 645. Stephanus Σμυρναϊκὸν, quam adiectivi formam etiam ibi p. 501. ex Luciano de imaginn. in. notat Holſten. cui addi poteſt Ariſtides T. 1. pag. 229 ſqq. ubi Σμυρναϊκὸς λόγος proſtat. Extendit illum Mela ad urbem usque Leucam; at Strabo alium ſinum ſubiungit, ad quem vetus Smyrna condita fuerat, cui etiam Leucam adponit. Cum nomen ſubprimat, non poteſt alium intelligere, quam *Hermeum*, (ει) in cuius receſſu Cymaei Smyrnam exſtruxerant, uti Herodotus ille in vita Homeri c. 2. refert, quae ſic apte componuntur. Si recentiorum, veluti Pocockii, tabulas conſideres, recte in Hermeo ſinu ponitur Smyrna. Tum vero, quem poſtea vocat Smyrnaeum, ille potius eſt ſinus h. *Vourla*, ad Clazomenas veteres, quas *Vourla* nunc putant, (Tournefort voyage Tom. 3. p. m. 377.) et ubi vetus Smyrna ſtetit, eodem teſte Anglorum eſt *Peeg's hole*. Vid. T. 3. p. 51. et 59 ſq. Hermeo certe conterminus eſt Smyrnaeus verſus ſeptemtrionem. Ipſa urbs, cui nos antiquum nomen tribuimus, a Turcis vocatur *Iſmir*, cuius rudera, quae tamen pauca ſupereſſe adhuc teſtatus eſt nuper Sauveboeuf Reiſen T. 2. p. 197. copioſius deſcripſerunt Pococke Tom. 3. p. 55 ſqq. Tournefort Tom. 3. p. 380 ſqq. Tavernier voyage (1724.) T. 1. p. 101 ſq. et Chandler Reiſe p. 86 ſqq.

cervicibus) I. e. ubi primum ex ora procurrit, tenui iſthmo incipit, et tandem dilatatur. Sic 1, 19, 2. *in cervice paene inſulae.* I. GRONOVIVS *MS.* 1. Sic vocat tranſitum, qui relinquitur venientibus ex continente in hanc paene inſulam, ut tenuis illic ſit terrae iſthmus, non ſecus ac cervix in corpore humano. I. GRONOVIVS *MS.* 2. Significatio et uſus vocis ex locis parallelis bene poteſt

intelligi. Quod enim Noſter 2, 3, 7. dicit: *Iſthmos anguſto tramite Helladi Peloponneſon adnectit*, ſic reddit Plinius 4, 5. ſ. 4. *anguſta cervice Peloponneſum continet Hellas.* Ceterum ſimilis huic locus eſt 2, 3, 3. *tenui tramite in latus effunditur;* contra 2, 1, 5. *Tum terra longe diſtenta excedens tenui radice litori adnectitur.* Poſt ſimpliciter vocat *anguſtias*. Graeci ſic ponunt etiam αὐχὴν, ut Xenoph. de expedit. 6, 4, 2. Strabo 12. p. 577. in. ſ. 545. Cf. Weſſeling. ad Herodot. 1, 72. in. 4, 85.

faciem) De inanimis amat Noſter hoc verbum ad formam eorum et ſpeciem notandam, vel inluſtrandam. Sic 2, 1, 5. *terra — facie poſiti enſis adlecta eſt;* 2, 2, 8. *iugo facie vallis includitur;* 2, 3, 9. *ſpecus* alteri *facie et fabula ſimilis;* 3, 3, 4. *facie amnium ſpargitur* i. e. inſtar, ut de Sardiniae ſitu Salluſt. in fragm. hiſtor. lib. 2. in. *facie veſtigii humani prominet.* Exempla ex aliis auctoribus conlecta dedit Cortius ad Salluſt. Iug. 78, 3. Catil. 31. in. multa etiam Geſner. in theſ. L. L. Expoſuit autem iam olim de vi et uſu illo verbi Gellius 13, 29. quo indicat rerum habitum. Quare etiam paſſim cum *ſpecies* in libris commutatur, uti docet Burmann. ad Propert. 4, 2, 31. Et ſic quidam voluerat in Frontino 2, 12, 1.

Teos) Gr. ἡ Τέως. Incola, teſte Stephano, Τέϊος, Τεῖος et Ionice Τήϊος, quod uſitatiſſimum eſt, a numis etiam frequentatum, et a Latinis ſervatum, in quorum verſibus dactylum efficit. Condidit urbem Athamas, unde eam Ἀθαμαντίδα vocavit Anacreon; (Strabo 14. in. et ex eo Stephanus, qui etiam nominis cauſam adiunxit.) Pauſanias tamen 7, 3, 3. Athamantem Orchomeniorum eo coloniam deduxiſſe, et Cares ibi cum Graecis permiſtos conſediſſe, refert. Succeſſerunt poſt alii coloni, de quibus, diverſe quidem, tradunt Strabo et Pauſanias. Fuit in Ioniae 12. urbibus, (Herodot. 1, 142.) etſi Lydiae, ut

Colophonem, Ephefum, tribuit Herodotus c. l. quia olim fuerat Lydorum. In paene infula cum Noftro ponit etiam Strabo 14. p. 443. f. 644. et cum Scylace p. 37. Hudf. portum habuiffe refert, fimulque alium adiungit 30 ftadiis ab urbe remotum, quem vocat Χεῤῥαιΐδαι, de quo omnino confulendus eft Pococke T. 3. p. 62. not. 12. Forte hic idem eft, quem ab incolis *Geraeflicum* vocari fcribit Livius 37, 27. f. — quippe ab tergo urbis fitum. Plinius in Ioniae urbium recenfu noftram omifit, at infulis adnumeravit, (5, 38. f. 31.) etfi in Ioniae defcriptione 5, 31. f. 29. facta pro *iuxta eas* Pintianus emendandum putat *iuxta Teos*, quia praetermittere ibi non potuerit. Negligenter quidem egit, attamen omnino non omifit. Prius etiam in Velleio 1, 4, 3. notatur, ubi confulendi interpretes. Claros habuit cives, in quibus maxime Anacreontem, quem Teium memoravit iam Herodotus 3, 121. Plurima alia veterum loca conlegit Fifcherus in proleg. ad edit. p. 59 fqq. Apelliconem addit Strabo 13. p. 419. f. 609. et 14. p. 443. f. 644. et in pofteriori loco etiam Hecataeum, hiftoricum; Protagoram philofophum, et Scythinum poetam Stephanus. H. prope *Segigiek* (Angl.) parvam urbem ruinae confpiciuntur, quibus nomen dant *Bodrun*. Vid. Pococke c. l.

Clazomenae) Gr. Κλαζομεναὶ, recentioribus etiam, ut Hierocli p. m. 660. in notitia ecclef. p. 27. Κλαζομενή. Plurali tamen efferunt etiam Latini. Incola *Clazomenius* in utraque lingua; in numis etiam Κλαζομηνιων, rarius Κλαζομηνων, quae certe adfert Rafche in Lex. num. T. 1. P. 2. p. 604 fq. Condidit urbem Paralus (Strabo 14. in.) vel Parphorus, Colophoniorum dux. (Paufan. 7, 3, 5.) Quod prius *Gryniam*, quae erat urbs Aeolidis, dictam fuiffe fcribit, Rafche in Lex. num. T. 1. P 2. p. 601. unde Grynaeus Apollo nomen tulerit, ex Stephano certe probari non poteft, in quo fecure fecutus eft Ortelium in thef. Geogr. h. v. Nec, quod vult Ser-

vius ad Virgil. Aen. 4, 345. Apollinem in Grynaeo luco prope Clazomenas cultum fuiſſe, indicat Horatius Sermon. 1, 7, 5. Idem error manavit ad auctores hiſt. univerſ. Tom. 6. p. 229. At refert Strabo 14. p. 444. ſ. 645. priſtinam ſedem fuiſſe in loco, quem *Chytrium* vocat. Idem et alii innuunt, etſi mutato leviter nomine, uti docent ad Strabonem Caſaubonus et Penzelius, hic T. 3. pag. 1892. ex priori quidem. Secutae tamen ſunt aliae mutationes. Nempe incolae Perſarum metu territi in inſulam aliquam ſeceſſerunt, (Pauſan. 7, 3, 5.) in qua belli Peloponneſiaci tempore fuiſſe, ex Thucydide 8, 14. adparet. Cum continenti eam coniungere aggere facto tentavit Alexander, (Pauſanias c. l.) quod et factum videtur, quia auctores in continenti ponunt. Quae quidem explicari debent ex Strabonis narratione de priſca urbis ſede, et ſitis ante Clazomenas 8 minutis inſulis, quam bene adiuvat Pococke T. 3. p. m. 59 ſq. Portum urbis commemorat Scylax c. l. et 12. Ioniae urbibus in Lydia quidem, de quo ſupra, adnumerat cum aliis Herodotus 1, 142. et 2, 178. Victo Antiocho magno, Syriae rege, immunitatem incolis conceſſerunt Romani et Drymuſam inſulam, (Liv. 38, 39, 9.) quam hodie Turci vocant *Kiuslin.* (Pococke T. 3. p. m. 61.) Poſt Auguſtus inſtauraſſe aut auxiſſe videtur, quia κτιστης in numis quibusdam vocatur. (Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 510.) Tulit clarum civem Anaxagoram, phyſicum. (Strabo c. l.) In nomine hodierno variatur. Dapper (Aſien p. 262.) ex recentioribus adfert *Grine*, *Furla*, *Relisman.* Pro *Vourla* (ſic) tamen pugnat Pococke T. 3. p. m. 59. ubi plura de ſitu urbis leguntur. Hodie in ruinis iacet, et pauca rudera invenit Chandler, Reiſe p. 123. Plura de urbe illa dabunt Morelli in ſpecim. rei num. p. 201. et Bandurius T. 1. numiſm. p. 133. Ceterum hunc Melae de utriusque urbis ſitu locum Strabo 14. p. 443. ſ. 644. ita inluſtrat: *τὸ νότιον τοῦ ἰσθμοῦ πλευρὸν ἔχουσι Τήϊοι, τὸ δὲ πρόσβορον Κλαζομένιοι.*

terga agunt) Ut ſupra 1, 15, 2. de Tauro: *qua dorſum agit.* De ſenſu huius loci dictum eſt in notis criticis p. 532. et poſt p. 533. de Coryna.

Hermus) Gr. Ἕρμος. De eo conſulendi maxime Strabo 13. p. 430. ſ. 626. et Plinius 5, 31. ſ. 29. Oritur in monte ſacro Dindymenae Cybeles; (Strabo et Herodot. 1, 80.) iuxta Doryleum, Phrygiae civitatem (Plin.) *multosque conligit fluvios, inter quos Phrygem, qui nomine genti dato, a Caria eam disterminat; Hyllum et Cryon et ipſos Phrygiae, Myſiae, Lydiae amnibus repletos.* (Plinius.) Addunt alii *Pactolum*, ut Herodot. 5, 101. Ptolem. 5, 2. etſi cum eo contra male Hermum confundi ſcribit Vibius p. 20. Idem Lydiae fluvium dicit cum Nonno Dionyſ. 12, 124. eo nempe ſenſu, quo ſupra dixi. Tranſibat Sardianum agrum, ubi Pactolo augebatur, (Herodot. 5, 101. Strabo) et inde per continuos campos ad mare fluebat. (Strabo) Notus in primis Hermi campus, qui quam late patuerit, adparet ex iis, quae notaverunt Salmaſius ad Solin. p. m. 606. et Berkelius ad Stephan. p. 352. De Smyrnaeo campo quod contra Plinium nititur Salmaſius, Hermum per illum fluere diſerte adfirmat Strabo 13. p. 427. ſ. 621. et hinc ipſi Smyrnae tribuitur fluvius, ut et numi teſtantur, de quibus cf. Raſche in Lex. num. T. 2. P. 2. p. 241. In mare excurrebat prope Phocaeam in ſinum Smyrnaeum. (Herodot. 1, 80. et Strabo.) Δονακώδης vocatur a Nonno c. l. πολυηχής a Quinto Cal. 1, 294. *aurifer* etiam paſſim a poetis praedicatur, etſi id ex commiſtione cum Pactolo fieri putat Dausqueius ad Sil. Ital. 1, 159. qui tamen refutatur a Drakenborchio ad c. l. et Heynio ad Virgil. Georg. 2, 137. H. *Sarabat*, et, ut notat Oberlin. ad Vibium p. 120. ab antiquo oppido Cadis *fluvius Kedus*.

Leuca) Straboni 14. p. 444. ſ. 646. Λεῦκαι, ubi vocat πολίχνιον. In Plinio 5, 31. ſ. 29. eſt *Leuce oppi-*

dum. Innotuit in bello contra Ariftonicum, qui Pergamum, P. R. hereditate ab Attalo relictam, armis fibi vindicabat. Quia Hermus iuxta Phocaeam in mare elabitur, Leucam illi praeponendam fuiffe monet hic Voffius. H. ut putat Mannert Geographie Tom. 6. P. 3. p. 338. *Fokia nova.*

Phocaea) Gr. Φώκαια, ufitatiori quidem forma. Nempe quod notat Euftath. ad Dionyf. v. 437. Φώκη etiam dicta videtur, ut Νίκη, Νίκαια. Sed de his expofitum eft in notis crit. p. 537 fq. Gentilia inde notat Stephanus Φωκαεὺς, Φωκαιεὺς et Φωκαΐτης. Priores duae formae non in auctoribus folum occurrunt, fed et in numis adparent. Sic per αι frequentatur ab Herodoto, in Strabone 3. p. 124. f. 179. per α legitur eodem modo, quo Νικαιεὺς et Νικαεὺς a Νίκαια ducitur. De numis cf. Rafche T. 3. P. 2. p. 1225 fqq. et Eckhel P. 1. Vol. 2. p. 533 fq. An vero etiam Φωκεὺς recte dicatur, de hoc contendunt. Stephanus hanc formam non adtigit. At Scholiaftes Thucydidis ad 1, 13. f. haec habet: Φωκεῖς οἱ τῆς Ἑλλάδος ἀπὸ Φωκίδος πόλεως· Φωκαεῖς οἱ τῆς Ἰωνίας ἀπὸ Φωκαίας πόλεως. Et fic Euftathius ad Dionyf. v. 437. Librariis igitur tribuendum eft, cum Φωκεῖς etiam de Phocaeenfibus occurrit, ut in Herodoto 4, 138. Diodor. 5, 13. et in aliis multis, ubi meliores codices veriora ftatuunt. Sic foli librarii ex ipfa Euftathii praeceptione incufari debent, qui ad Dionyf. v. 70. Φωκεῖς de Maffiliae conditoribus obtrudunt, uti etiam recte cenfet Salmaf. in Solin. p. m. 66. et auctores veteres comprobant. Sed plura de his formis earumque confufione monuerunt Dukerus et Gottleber. ad Thucyd. 1, 13. Weffel. ad Diodor. 5, 13. 13, 100. Salmaf. c. l. Staveren. ad Hygin. fab. 14. p. 43. Cf. etiam infra ad Melam 2, 5, 3. Latini dicunt *Phocaeus*, ut Mela c. l. vel *Phocaeenfis*, ut Plin. 3, 4. f. 3. in eodem nexu. Nomen Heraclides Ponticus de politiis Graecorum h. v.

ducit vel a *Phoco*, vel a *phoca marina.* Posterius solum novit Stephanus addita explicatione, quod conditores phocae multae secutae fuerint, unde et phocae in numis adpositae videntur. Vid. Rasche et Eckhel c. c. l. l. Ipsum autem conditorem Strabo facit lib. 14. in. Atheniensium ducem Philogenem, cui Pausanias 7, 3. f. addit Damonem Atheniensem, utrumque Atheniensem, sociis Phocensibus. In Lydia, ut de aliis supra monui, ponit Herodot. 1, 142. sed et idem cum aliis in 12. antiquis Ioniae urbibus recenset. Quod Noster Ioniae ultimam dicit, consentientes habet Strabonem lib. 13. in. et 14. in. ut contra idem Aeolias urbes ad Hermi ostia profert 13. p. 402. s. 584. Plinium 5, 31. s. 29. aliosque. Luculentam et disertam situs descriptionem exhibet Livius 37, 31. f. Portum urbis notavit Scylax p. 37. Huds. duos Livius c. l. In sinu locat Strabo 14. p. 445. s. 647. quem Hermeum esse supra dixi. *Extra* igitur in Nostro non sinum spectat, sed *paene insulam*, et obponitur verbis praecedentibus: *In ipsa paene insula* — Ipsi Phocaeenses Graecorum primi longis navibus usi sunt, et primi Persas fugientes navibus viam in Hadriam, Tyrrheniam, Iberiam atque Tartessum patefecerunt. (Herodot. 1, 163.) Massiliam praeterea condiderunt, (Mela 2, 5, 3. et ibi notata) colonos in Cyrnum s. Corsicam deduxerunt, et inde Rhegium traiecerunt. (Herodot. 1, 165 sq.) In bello contra Antiochum, etsi deditam, non captam, Romani tamen milites spoliarunt. (Liv. 37, 32, 12 sqq.) Plura ad historiam urbis expromserunt Vinding. in Hellene pag. 449. (Gronov. thes. Vol. 11.) et Dapper in Klein-Asien p. 258 sq. — ad situm Chandler Reise p. 109. a quo locus, ubi olim stetit, adpellatur *Palaeophoggia*, ab aliis omnino *Fokia.*

CAP. XVIII.

AEOLIS.

§. 1. *Aeolis)* Gr. Αἰολὶς, quam formam retinuit Noſter, et cum eo Plinius 5, 32. ſ. 30. Amat etiam Livius, ut ad 37, 8, 5. docuit Drakenborchius. Altera enim Latinorum forma eſt Aeolia, qua et uſus eſt Plin. 5, 31. ſ. 29. Inde Αἰολεῖς, Latinis *Aeoles* et, ſicut hic, *Aeolii*, latiſſimae ſignificationis populi. Nomen traxiſſe feruntur ab Aeolo, Theſſaliae vel regionum vicinarum rege, (Apollodor. 1, 7, 3.) de cuius origine incerta cf. Euſtath. ad Dionyſ. v. 820. Vinding. p. 339. c. l. ubi et alia de vocis etymo habebis, et Staveren. ad Hygin. fab. 186. p. 309. Primam illis ſedem adſignat Conon in narrat. 27. inter Aſopum et Enipeum, Peloponneſi fluvios, unde latius extra iſthmum etiam diſperſi ſunt, de quo in primis conſuli debet Strabo 8. pag. 229. ſ. 333. Theſſaliam etiam olim Aeolida dictam fuiſſe refert Diodor. Sic. 4, 67. quo valet Herodotus 7, 95. qui Aeolios olim a Graecis Pelaſgos vocatos eſſe adfirmat, quorum priſcae ſedes in Theſſalia fuiſſe videntur, de quo dixi ad 1, 16. in. Tum vero, quod et ſuperiora confirmant, Aeolii ex Theſſalia in Peloponneſum et inde in alias regiones migraſſe videntur, in primis cum idem Apollodorus 1, 7, 5. ſcribat, Endymionem eos in Elidem deduxiſſe. Ex Graecia effuderunt ſe in Aſiam, longiſſimeque acti erroribus inluſtres obtinuerunt locos claraſque condiderunt urbes, ut Smyrnam, Myrinam, Mitylenen. (Vellei. 1, 4, 4.) Undecim antiquas foedere coniunctas Aeolenſes urbes, (nam Smyrna poſt inde exemta eſt, ut etiam monet Pauſanias 7, 5, 1.) recenſet in hoc tractu Herodotus 1, 149. ad quas tamen non pertinuiſſe dicit alias Aeolicas in Ida; alias in inſulis, maxime in Leſbo, ponit. Cf. hic omnino Strabo 13. in. et p. 428. ſ. 622. et quae ex aliis congeſſit Vindingius in Hellene p. 429 ſq.

Ex his adparet, quam late olim patuerit Aeolis, quippe quae etiam Troada et Myſiam ſit complexa. Atque eo ſenſu ſumit Mela, terminosque ſtatuit, ſecutus forte Ephorum, qui teſte Strabone 13. pag. 401. ſ. 583. ab Abydo ad Cymen usque Aeolida extendit. Proprie autem, ut diſerte refert Pauſanias 3, 2. in. de ſuo tempore, Aeolis inter Ioniam et Myſos concluſa fuit. Et ſic Scylax pag. 36. Hudſ. poſt Troada ponit Aeoliam; at in ſequ. miſcet et Lydiae antiquo ſenſu plerasque urbes adſcribit. Ptolemaeus Graecus 5, 2. Aeolida ſic ab hac parte deſcribit, ut terminos ſtatuat Caenen promontorium et Hermum ultra Phocaeam. H. pars provinciae *Anadoli.*

facta) Nominata, ut 2, 1, 8. *deinde, aliter eum* (Danubium) *adpellantibus incolis, fit Iſter.*

Myſia) Gr. Μυσία. Dionyſ. v. 805. Μυσὶς αἶα. Myſiae, Phrygiae, Bithyniae et vicinarum regionum termini etiam antiquitus ſic turbati confuſique erant, ut ipſe Strabo 12. p. 383. ſ. 564. eos difficile diſtingui poſſe pronuntiet. Duplicem tamen facit 12. p. 393. ſ. 571. unam Bithyniae vicinam, alteram circa Caicum. Ptolemaeus 5, 2. in. minoris Myſiae meminit, in qua Cyzicum, Parion, Lampſacum ponit, quas urbes Mela cap. 19. ad Bithyniam reiicit. Quas vero hic Mela in Aeolide recenſet, praeter Abydum, eas Ptolemaeus ponit aut in Helleſponto, aut in Phrygia maiori, praeter Aſſon in Troade ſ. Phrygia minori. Longum vero eſt, conlecta depromere. Cauſas adfert Strabo 12. p. 389. ſ. 565. Nempe Phryges olim iſta occupaverunt loca, Myſi poſt Troiae excidium, deinde Lydi poſt Aeolenſes et 4 aetatibus poſt (v. lib. 13. in.) Iones, quibus deinde ſucceſſerunt Perſae, Macedones, Romani, quorum priores nominum etiam mutationem adtulerunt. Nec magis certa ſunt et comprobata, quae de priſcis Myſorum ſedibus adventuque in haec loca traduntur. A Caribus originem olim

ductam fuiſſe patet ex Herodoto 1, 171. Ante Troica tempora in ſuſcepta bellica expeditione cum Teucris in Europam transgreſſi Thraciam ſubegerunt, expulſis incolis, qui contra in Aſiam migrarunt et a ſedibus ad Strymonem fl. Strymonii, poſt Bithyni adpellati ſunt; (id. 7, 20. et 75.) Homerus igitur Myſos in Aſia novit et in Europa. (Il. 2, 858. et 13, 5.) Tum vero Troianis erant conterimini. Poſt everſam igitur Troiam ulterius progreſſi ſunt verſus Ioniam, ut ſupra Strabo indicavit. Alibi tamen idem (7. p. 204. ſ. 295. et 12. p. 373. ſ. 541.) refert, alios a Myſis Europaeis alios deduxiſſe. Cf. et Plin. 5, 41. ſ. 42. Duplicem enim fuiſſe Myſiam Europaeam et Aſiaticam, et eodem nomine ab auctoribus Graecis commemorari, ſatis eſt notum. Vid. Euſtath. ad Dionyſ. v. 809. Schol. Apollonii ad 1, 1116. et quos producit Staverenus ad Hygini poet. aſtron. 2, 14. p. 450. Europae illa, quam Noſter Thracia complexus eſt; nam Thraces etiam poſt Myſi dicti ſunt ſec. Strabon. 12. p. 373. ſ. 542. Latinis adpellatur Moeſia, (Plin. 3, 29. ſ. 26.) etſi ſaepe viciſſim Moeſiam et Myſiam auctores confundunt, poſteriores maxime et librarii. Sic Servius ad Virgil. Georg. 1, 102. Sed cf. Muncker. ad Hygin. fab. 14, 99. Mercerus et Vinding. ad Dictyn Cretenſ. 2, 1. Sylburg. et Verheyk. ad Sext. Ruf. cap. 3.

Troas) Gr. Τρωάς. Stephanus adfert *Τρωϊάς, ἡ χώρα τοῦ Ἰλίου, ἣ ἐκαλεῖτο Τευκρὶς, καὶ Δαρδανία, καὶ Ξάνθη*, ubi vero interpretes malunt Τρωάς. Repetit tamen ſ. v. *Τροία*, ubi et pro *Ἰλίου* melius ſcribit *Ἀσίας*, et alia nomina addit. *Troia* vox Latinis eſt uſitatior; ſed auctores fere de urbe ponunt Ilio, quod et monuit Servius ad Virgil. Aen. 1. in. Sic Homer. Il. 1, 129. 4, 33. promiſcue dixit *πόλιν Τροίην* et *Ἰλίου πτολίεθρον ἐξαλαπάξαι.* Sed de Ilio poſt. Ipſa Troas regio latiori ſenſu, ſi eius partes et ditiones ſimul complectaris, a Caico patuit ad Aeſepum, (Strabo lib. 13. in.) iuſto tamen latius, ut

docet Mannert Vol. 6. P. 3. p. 430. angustiori a Mysia maiori ad Aesepum. (Schol. Apollon. ad 1, 1115.) Cf. de finibus Schlichthorst in Geogr. Homeri p. 132. Latissimo sensu Homerus Troianos vocat, qui ex reliqua Asia Troianis auxilio venerant; (Il. 4, 437 sq.) quod unice ad bellum illud valet. Sic Strabo de terminis turbatis et postea contractis valde queritur, cuius culpam devolvit in Aeolios maxime, qui totam eam regionem occuparint, ex quo tempore Troas vario sensu sit dicta et intellecta. De Aeoliorum autem occupatione post Ilii eversionem cf. Herodot. 5, 94. 122. et in primis Pausan. 1, 35, 3. 8, 12. f. ubi sua aetate eos Ilium tenuisse adfirmat. Deducuntur vero inde gentilia, *Tros*, *Troius*, *Troicus* — quae persequitur Stephanus. Latini usitate *Troianus*. Homerus Τρῶες modo latius de belli sociis, (Il. 4, 433 sq. conf. Il. 2, 803 sq. et Strabo 12. p. 395. f. 594.) modo proprie et stricte. (Il. 2, 816.) Latissime Troiani passim Phryges adpellantur, de quo cf. ad 1, 19, 4. Ceterum ipsius Troadis antiquae et hodiernae situm, formam et conditionem comparavit tabulisque inlustravit Woodius in adpendice ad ipsius librum: Ueber das Original-Genie des Homer p. 83 sqq. (ed. 1778.) Quae cernitur magna rerum conversio, terrae motibus ille tribuit. Conferri etiam praeterea debent, qui de Troiae situ disquisiverunt Lechevalier eiusque interpretes, Bryant aliique, quos in praefatione indicat Lenzius. (Die Ebene von Troia, 1798.)

Myrinam) Gr. Μυρίνα f. Μύρινα passim. Poetae penultimam producunt, ut Homer. Il. 2, 814. (ubi alterum υ recte sustulit Heyne, praeeunte etiam Strabone 12. p. 394. f. 573. contra ac vult Eustathius probante ad eum Polito T. 2. p. 760.) Apollon. Rhod. 1, 604. epigramma apud Gruter. p. 383. n. 7. consentientibus nummis. Commemorantur autem plures, non duae, ut putat Salmas. in Solin. p. m. 607. huius nominis urbes, in

Aeolide, in Lemno insula, (Stephanus h. v. Plin. 4, 23. s. 12. —) in Creta, (Plin. 4, 20. s. 12.) in Thracia, (Agathias in.) in Mysia, s. Lydia, (Scylax pag. 36.) in Troade, (Tzetzes ad Lycophron. v. 243.) quae ultima ex superioribus componuntur. Nostram Aeolidi diserte dant Herodot. 1, 149. Strabo 13. p. 427. s. 622. Plin. 6, 32. s. 30. Ptolem. 5, 2. Stephanus et praeter alios Agathias, qui ibi natus erat. Atque hinc etiam in epigrammate apud Gruterum pro Ἄργολις, ubi nulla fuit Myrina, leg. est Αἰολίς. An eadem dicta fuerit *Smyrna*, de eo quaesitum est. De recentioribus concedit Salmasius ad Solin. p. m. 607. et hinc passim etiam Agathiam Smyrnaeum vocari. Cf. et Scaliger ad Euseb. p. 54. Renuunt tamen alii, ut Petavius in miscellan. exercitt. Iuliano subiunctis p. 383. Vinding. in Hellene p. 433. Holsten. ad Stephan. p. 215. Adsunt etiam recentiorum testimonia, in Geogr. Ravenn. 2, 18. 5, 9. (etsi hic corrupte *Myrenna*) in tab. Peuting. 9. E. (*Marinna*) quare librariorum errore illud obtrusum videatur. Obstant tamen Syncellus p. 144. Ven. qui a nonnullis *Smyrnam* vocari adfirmat. Cf. etiam Wesseling. ad Hierocl. p. 661. At ipsam se *Sebastopolim* vocasse tradit Plin. 5, 32. s. 30. Gentile Μυρίναῖος, quod et probant numi, etsi aliqui Μυρειναιων ferunt. Conditorem noster indicat *Myrinum*, ceteri fere *Myrinam*, Amazonem, ut Strabo lib. 11. p. 348. s. 505. lib. 12. p. 394. s. 573. lib. 13. p. 428. s. 623. Diodor. Sic. 3, 55. ubi omnino multa de eo conlecta invenies. An in numis eius effigies adposita cernatur, quaeritur, et alii verius ad Apollinem referunt. Vid. Rasche in Lex. num. pag. 1007. et 1010. c. l. et Petit traité des Amazones, chap. 33. p. 430 sqq. Alii tamen aliam *Myrinam* conditorem narrant, Crethei filiam, Thoantis uxorem, ut Schol. Apollonii ad 1, 604. auctor Etymol. M. h. v. qui et aliam etymologiam adposuit. De Myrina femina autem varias opiniones proposuit Staveren. ad Hygin. fab. 183. p. 322. Urbis situm optime

descripsit Agathias, eius alumnus, init. ad ostia Pythici amnis, qui ex Lydia profluens se in sinum Elaiticum exonerat. *Pythicus* autem fl. est *Caicus* vel corrupte prolatus, vel sic vere cognominatus ab Apolline, qui *Grynii*, in Myrinae vicinia, fanum habebat et oraculum vetus. Portum memorant Scylax c. l. et Strabo 13. p. 427. s. 622. Terrae motu cum aliis Asiae urbibus conlapsam adiuvit Tiberius, (Tacitus Annal. 2, 47. Syncellus in Chron. p. 254. Ven.) post Traianus. (Orosius 7, 12.) Instauratam etiam fuisse, posteriorum auctorum de ea narrationes probant. Quod vero *primam urbium* vocat Mela, id antiquissimam eius originem spectare putat Cellarius in Geogr. ant. 3, 3, 70. Certe ad ordinem situs referri non posse videtur, cum a Phocaea Cymen primam esse satis constat. Vestigia eius h. non reperiuntur. Pocockius in tabula Asiae minoris adposuit prisco nomini *Saadali*.

Oenomao) De quo rursus memorabit lib. 2. c. 3. [§. 4.] ubi etiam notavit locum, ubi regnavit. Nolebat filiam [Hippodamiam] nuptum dare, nisi illi, qui aurigando ipsum vicisset, quod fecit Pelops, Tantali filius, corrupto eius auriga, ut everteret currum. I. GRONOVIVS *MS.* Celebres sunt illae nuptiae, omninoque tota haec narratio, etsi, quod solet, varie refertur. Vid. praeter eos, quos laudat Heyne ad Apollodor. 2, 4, 2. Hyginus fab. 84. Eustathius ad Homer. Il. 2, 104. p. m. 139. Salvagnius ad Ovidii Ibin v. 367. f. et qui prolixiorem descriptionem ex MS. Paris. descriptam dedit Bandurius in comment. in antiqu. Constantinopol. lib. 3. p. 496. Ven. Poetae, quod par erat, non solum carminibus celebrarunt, ut Pindarus Olymp. 1. Ovidius c. l. sed et in scena produxerunt, ut Sophocles, Euripides ex Graecis, ex Latinis Attius. Vid. Burmann. ad Ovid. Trist. 2, 385.

reversus) Nempe Pelops Pisam, Peloponnesi urbem, regiam Oenomai sedem, venit, eamque, victo

illo et ex aegritudine mortuo, vel occiſo, tenuit. (Pauſan. 5, 1, 5. Diodor. Sic. 4, 73.) An vero victo Oenomao reverſus ſit in Aſiam, et urbem exſtruxerit, dubium videri poteſt. Pelops enim eiectus eſt ex Phrygia (a quo *Pelopeïa arva* apud Ovid. Metam. 8, 622. de Phrygia dicuntur,) ab Ilo vi et armis (Pauſan. 2, 22, 4.) et victo mortuoque Oenomao in Peloponneſo conſedit, (Diodor. Sic. c. l.) ubi etiam ipſe obiit. Narrat enim Pauſanias 5, 13, 3. cum vates monuiſſent, non poſſe ante Troiam expugnari, quam praeter alia unum etiam ex Pelopis oſſibus adportatum eſſet, Piſa id petiiſſe. Cf. etiam 6, 22. in. At ſi urbem ſtatuiſſe velis, impoſuiſſe etiam illi debet nomen, quod quale id fuerit, nusquam inveni. Munſterus quidem ad h. l. *Pelopeiam* vocat, ſed ſimpliciter et nullo auctore adiutus. Poſſit videri *Pelopia*, vicus Lydiae iuxta Phrygiam apud Stephanum.

Cyme) Gr. Κύμη, quam formam etiam Latini auctores ſervant, vel ex melioribus MSStis pro *Cyma*, *Cymae* repoſuerunt interpretes. Cf. quae diſputarunt Dukerus et Drakenb. ad Liv. 37, 1. f. et Cellarius in Geogr. ant. 3. 3, 71. Sic etiam ſcribitur in tab. Peutinger. 9. E. a Geogr. Ravenn. 2, 18. 5, 9. eademque ratione libri ſaepe efferunt magnae Graeciae urbem, quae *Cumae* vocatur uſitate, de quo multa Drakenb. ad Sil. Ital. 8, 533. *Amazonium* etiam vocatam eſſe, tradit Stephanus ſ. v. Κύμη. Praeterea cognomen tulit Φρικωνὶς vel Φρικωνῖτις, uti docent Herodotus 1, 149. et Strabo lib. 13. in. qui et cauſam addit, quia veteres urbis conditores vel coloni a Phricio Locridis monte, priori ſede, huc venerant. Cf. et de nomine Herodot. in vita Homeri cap. 38. et ibi Weſſel. Tzetzes ad Heſiodi opp. in. p. m. 2. Recte igitur reprehenditur, quod diverſa haec nomina urbium putat. In conditore diſſentiunt. Cymen vocat Noſter cum Stephano; certe hic ἀπὸ ponit. Diodor. Sic. 3, 55. *Myrinam*, nomen ab Amazonum duce impoſitum refert,

ut omnino ab Amazone Strabo 12. p. 379. f. 550. lib. 13. p. 428. f. 623. Alii poſt bellum Troianum a Graecis a Locride profectis conditam ſcribunt, ut Strabo 13. p. 427. f. 621. inque ducibus nominat in. Clevam et Malaum. Herodotus in vita Homeri cap. 2. Theſſalos prodit, duce Theſſalo, Eumeli filio, qui in Troiano bello Theſſalis praefuit. (Homer. Il. 2, 714.) Sed ſi Cyme iam ante bellum Troianum ſtetit, κτίζειν, ut ſaepe in aliis, de colonia debet intelligi, vel duae omnino fuerunt Cymae, *Amazonium* (Stephanus) et *Phriconitis*, uti etiam putat Petit des Amazones p. 440. Accedat ad antiquitatem urbis ultra Troiana tempora remotam, ſi verum ſit, quod conſtare pronuntiat Salmaſ. in Solin. p. m. 52. Cumas Campaniae, illius coloniam, Aeneae tempore iam ſtetiſſe. Sed dubium id faciunt ea, quae monuerunt viri docti ad Vellei. 1 4. in. In Aeolide cum aliis ponit Herodot. 5, 123. 7, 104. Lydiae, ut Myrinam, adſcribit Scylax p. 37. Huiſ. de quo ſupra. Portum idem commemorat aliique, Strabo 13. p. 428. f. 622. Aeoliarum urbium et maximam et optimam, et una cum Leſbo reliquarum metropolin praedicat. Croeſus cum reliquis ſibi ſubegiſſe videtur. (Herodot. 1, 6. 28.) Sub Perſis tyrannos habuit. (Herodot. 5, 38.) Democratiam poſt invectam ſuſtulit Thraſymachus. (Ariſtoteles Polit. 5, 5.) Victo Antiocho, impetravit a Romanis immunitatem. (Livius 38, 39, 8.) Nocturno terrae motu conlapſam refovit Tiberius, (Tacit. Annal. 2, 47.) et hinc in ſervatis ad ſuam aetatem urbibus ponit Plin. 5, 32. f. 30. In claris civibus eminent Ephorus, Iſocratis diſcipulus, (Strabo 13. p. 428. f. 623.) et Heſiodus; (ipſe in Opp. v. 636. Strabo c. l. et Stephanus) de Homero dubium; (Strabo c. l.) etſi omnino incolae ſtoliditatis incuſabantur, (Stephanus) quod exemplis declarat Strabo c. l. Incola Κυμαῖος, a Cumis Italiae contra Κυμεὺς, monente Stephano; etſi in numis prius promiſcue obſervatur, ut docent libri numarii. Quare etiam de illo diſcrimine dubitant viri docti, ut Cluver. in

Ital. ant. 4, 2. Stephanumque ineptire putat Holsten. p. 178. cum et auctores Graeci sine discrimine utrumque ponant, ut Latini *Cumanus* et *Cumaeus.* Hoc quidem de Italiae urbe occurrit in Livio 38, 39, 8. *Cymaeus fundus* in Cicerone pro Flacco cap. 20. et sic Strabo de ea Κύμαιος lib. 1. p. 15. s. 22. lib. 5. p. 167. s. 242. Cf. de *Cymaeus* viri docti ad Valer. Flacc. 1, 5. Ulitius ad Gratii Cyneg. v. 35. ubi plurima habebis exposita. Frequentius etiam inde in veterum locis reperiri, quam Cumanus, statuit Burmann. ad Propert. 2, 2. f. Nempe, quod vel Lexica docent, reperitur etiam *Cumanus* de Italica urbe, an et de Aeolica, dubito. Urbs a quibusdam h. creditur esse *Foia nuova*, de quo supra in Ionia. Pococke in tabula Asiae minoris adposuit *Calate,* Mannert Vol 6. P. 3. p. 390. pagum nunc ibi esse *Sanderi* dubia sententia notat.

Caicus) Gr. Κάϊκος, penultima longa. Olim dictus *Adurus*, post *Astraeus*, denique *Caicus*, ut tradit Pseudo-Plutarchus de fluviis h. v. Idem Mysiae vocat fluvium, ut Virgil. Georg. 4, 370. Ovid. *l.* A. 3, 196. *Mysum Caicum*, et ex Mysia deducit Plin 5, 32. s. 30. Et sic Herodotus 6, 28. τοῦ Καΐκου πεδίο' Mysis tribuit, quod quidem paullo remotius a mari, quia Pausanias 5, 24, 1. scribit, Elaitas inde digressos Aeoidem in ora maritima tenuisse. Proprie fontes habuit in *Teuthrania*, quae supra Aeolida et partem Troadis in mediterraneo sita erat, antiquitus a Mysis possessa, ut accuratius designat Plinius 5, 33. s. 30. Hinc *Teuthrantius Caicus* apud Ovid. Metam. 2, 243. Teuthras autem Mysis olim imperavit, unde Pindarus Olymp. 9, 108. Τεύθραντος πεδίον, monente ibi Scholiaste, pro Mysia posuit; Pausanias 8, 4, 6. Teuthrantem imperio illum campum tenuisse adfirmat. Cf. etiam de illo Strabo 13. p. 425. s. 615. et Plutarch. c. l. qui vicinum fluvio adpositum fuisse dicit Teuthrantem montem. In Phrygia maiori fontes ponit

Ptolem. 5, 2. nempe in Aeolidis confinio. Non procul a fontibus excipiebat *Myſium* ex Temno ortum, (Strabo 13. p. 424. ſ. 616.) quem tamen mutato nomine eundem putat Ovid. Metam. 15, 277. quod etiam ſtatuit Mannert Vol. 6. P. 3. p. 397. Decurrebat inter Elaeam et Pitanen, (Noſter et Plin. 5, 32. ſ. 30.) ita ut a Pitane abeſſet 30 ſtadiis, ab Elaea 12. (Strabo 13. p. 423. ſ. 615.) et tandem in Elaiticum ſinum effunderetur. (Strabo c. l.) H. *Mandragorai.*

Elaeam) Gr. Ἐλαία. Olim dicta *Cidaenis*, teſte Stephano. Conditorem nacta eſt Mneſthea et Athenienſes, qui illum ad Troiam ſecuti erant, ut ex Homero Il. 2, 552. probatur. Ita referunt Strabo 13. p. 428. ſ. 622. (Stephanus) Mneſthei etiam nomen adpoſito capite praeferunt numi quidam. (Raſche Lex. num. Tom. 2. P. 1. p. 551. Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 494.) Urbis autem nomen ab Amazone petit Euſtath. ad Dionyſ. v. 828. quod ſi valeat, illud de Mneſtheo ad coloniam revocandum ſit, quod tamen dictorum auctoritas vix patiatur. In Aeoliis urbibus, quibus adnumerant alii, omiſit Herodot. 1, 149. Attalicorum regum portus ibi fuit et navale. (Strabo c. l. et p. 423. ſ. 615.) Hinc Ptolemaeus Latinus 5, 2. ad *Elaea* addit *Pergamorum navalia.* Aberat tamen a Pergamo 120 ſtadiis, (Strabo in poſter. loco) vel 16 M. P. (tabula Peuting. 9. D.) Hinc et Ariſtides T. 1. p. 348. Iebb. ſcribit, ſe Elaeae requieviſſe, et poſtero die inde Pergamum veniſſe. Sub Traiano terrae motu concuſſa eſt. (Syncell. pag. 276. Ven.) Ducitur ab Elaea Ἐλαΐτις regio (Strabo 13. p. 423. ſ. 616.) et Ἐλαϊτικὸς κόλπος, in quem paullo ante Caicum effluere notavi. Gentile Ἐλαιίτης apud Stephanum, ubi tamen Holſten. p. 108. ex MS. regio producit Ἐλαΐτης, quod et comprobant multi numi. Et ſic ex auctoribus Pauſan. 5, 24, 1. Nomen hodiernum, ſi qua urbis exſtant veſtigia, fide certa repetere nequeo.

Pitanen) Gr. Πιτάνη. Aeolidi tribuunt auctores sat multi, unde et *Aeoliam Pitanen* vocat, penultima correpta, Ovid. Metam. 7, 357. Latina terminatione Oros. 6, 2. *Pitanam* dixit. Quod in Lydia recenset Scylax p. 37. Hudf. de eo iam supra aliquoties est dictum. Conditorem Myrinam, Amazonem, auctorem nominis Amazonum ducem, Pitanen, obfert Diodor. Sic. 3, 55. Portum unum novit Scylax c. l. duos Strabo 13. p. 422. f. 614. qui et iuxta demittit Evenum fluvium. Ptolemaeus Latinus 5, 2. Pytanen fl. circa urbem fluere scribit. Plinius 5, 32. f. 30. urbi subiungit *Canaium* amnem, forte a vicino oppido *Canae*, quae tunc iam interciderat. Sub Traiano eadem ex terrae motu gravem experta est calamitatem. (Orosius 7, 12.) Gentile in Stephano Πιταναῖος, quod ita probant numi, ut addant Πιτανέων. Quod habet Stephanus Πιτάναι et inde Πιτανάτης s. v. Βοῖον, pertinet ad Laconicae urbem, quae ab aliis vocatur etiam Πιτάνη, ut adparet ex Pausania 3, 14, 2. Sed cf. notata ad Hesych. T. 2. p. 966. et de cognominibus aliis Spanhem. ad Callimach. in Dian. v. 132. Recentius nomen ignoro.

tulit) Sic Eustath. ad Homer. Il. 1, 594. p. m. 119. de Lemno: ἤνεγκέ ποτε χαλκεῖς ἄνδρας. Sed cf. ad 3, 6, 4.

Arcesilan) De forma dictum est in notis criticis p. 541. Civem etiam facit Strabo 13. p. 422. f. 614. et hinc Πιταναῖος dicitur a Diog. Laert. 4, 6. f. 28. et Pausan. 8, 49. in. Male autem hic Pitanen Laconicae cum nostra miscet Solinus cap. 13. f. 7. et ex illa ortum scribit Arcesilan, castigatus ideo a Salmasio p. m. 98.

nihil adfirmantis) Posterioris, cum prior Academia Platonis fuerit, quae certas et firmas statuebat sententias, haec de omnibus dubie et ambigue disputabat.

Ὁ τῆς μέσης Ἀκαδημίας κατάρξας ὁ πρῶτος — Diogen. Laert. c. l. et fequ. et ibi Menagius. Sextus Empir. in Pyrrhon. hypotyp. 1, 33. f. 232. τῆς μέσης Ἀκαδημίας προστάτης καὶ ἀρχηγός. Et fic Lactant. 3, 4, 11. *Academiae conditorem* vocat et 3, 6. *ignorantiae magiſtrum.* Sed cf. Cicero in academ. quaeft. 4, 5. de oratore 3, 18. Suidas in ἔπεχε, Diogenes c. l. aliique. Ex recentioribus in primis confulendus Brucker. in hift. philof. T. 1. p. 746 fqq.

§. 2. *Cana)* In numero parum fibi conftant auctores, ut ex notis crit. patet p. 542 fq. Strabo 13. p. 423. f. 615. fic: Κάναι, πολίχνιον Εὐβοϊκὸν ἢ Λοκρῶν τῶν ἐκ Κύνου κατὰ τὰ ἄκρα τοῦ Λέσβου τὰ νοτιώτατα, κείμενον ἐν τῇ Καναίᾳ, quae defcripfit Stephanus, ita tamen, ut aliena admifceret, de quibus v. ibi Berkelius p. 442. Proxime poft Strabo montem memorat, qui fua aetate Κάνη et Κάναι vocabatur. Κάνης ὄρος novit hic etiam Herodotus 7, 42. Καινὴ ἄκρα eft in Ptol. 5, 2. pro Κάνη. Hinc Καναῖα de regione (Strabo c. l.) et Καναῖος Ζεὺς, de quo Berkel. et Holften. ad Stephan. pag. 443. et 158. Urbs aetate Plinii interciderat. (5, 32. f. 30.)

pronus) Per fequentia optime explicat, quid intelligat per rariffimam hanc fignificationem. Nempe ad cuius interiora non tam facile quis procedat navigando, ut folet in aliis finubus fieri. Ad fuperficiem aquae planam transfert id, quod folet confiderari in locis elevatioribus, ut illi contrarium fit *ſupinus* perinde ferme, ut Ennius apud Gellium 6, 6. dicit *portum praepetem.* I. GRONOVIUS *MS.* In Gellio edito Gronovius explicat: ad quem facilis et faufta navigatio; quo ducit ipfe Gellius. *Pronus* per vim infitam ad omnia transfertur, quae tota uno impetu inclinantur, aut feruntur. Ipfam accommodationem eiusque veram rationem nexus regit. Hic de

flexu dicitur, qui fit uno totoque impetu; contra eſt mollis, *curvatura molliter circumacta*, ut dicit Vitruv. 10, 17. Sic ad loca transfertur, per quae expedita patet et ſine remoratione et ambagibus via, veluti apud Ovid. epiſt. 18, 121. *ad te via prona videtur; a te cum redeo, clivus inertis aquae.* Intelligitur autem hic ſinus *Adramyttenus*, de quo in primis adeundus eſt Strabo 13. p. 416. ſ. 605. p. 417. ſ. 616. Noſter a Cana ad Aſſon, Strabo a Cana ad Lectum promontorium ad ima montis Idae extendit.

Molliter) Senſim, paullatim, leniter. Sic Virgil. eclog. 9, 8. *qua ſe ſubducere colles incipiunt mollique iugum demittere clivo;* ubi praeceps obponi poſſit. Sic faſtigium et alia multa, quae a Lexicis ſubminiſtrantur.

ima) Quia mons duos habebat pedes, teſte Strabone, [lib. 13. p. 401. ſ. 583.] unum verſus Cyzicum, alterum ad meridiem verſus promontorium Lectum; et inde poſterum hunc intelligit Mela per vocem *ima.* I. GRONOVIVS *MS.* Nempe ab hac parte incipit Ida mons, efficitque promontorium Lectum, vel, ſi contra tendas, in eo deſinit.

adſperſus) Apte ad notandam disiectarum urbium multitudinem, unde etiam *Sporades* dictae ſunt notae illae inſulae.

Ciſthena) Gr. Κισθήνη. Strabo 13. p. 417. ſ. 606. Κισθήνη πόλις ἔρημος, ἔχουσα λιμένα. Plinii aetate (v. 5, 32. ſ. 30.) interciderat, nec adtigit Ptolem. 5, 2. Mela igitur vetuſtiores Strabone ſecutus eſt, aut eius tenuitatem, ad quam ſuo tempore deiecta erat, adſpernari noluit.

gremio) Eſt illud, quod intra iſthmi anguſtias iacet. SOONVS. Corporis humani partes per comparatio-

nem ad formas ſitueque locorum transferri, notum eſt. Sic vero *gremium* etiam a Noſtro adhibetur 1, 2, 2. 2, 3, 4. 3, 3, 4.

Thebe) Herodot. 7, 42. Θήβης πεδίον, ut alii in notis crit. p. 546 ſq. producti. Patebat inter Carinam urbem et Adramyttium, (Herodot. c. l.) inter Antandrum et Adramyttium. (Xenoph. de exped. Cyri 7, 8, 4.) Alii contermina omnino loca indicant, ut Aſtyren, Plin. 5, 32. ſ. 30. conl. Xenoph. in hiſt. Gr. 4, 1. f. Adramyttium, Liv. 37, 19. f. qui *opulentum agrum* vocat, in quo conſentientem habet Strabonem 13. p. 421. ſ. 612. Sed quod addit *carmine Homeri nobilitatum*, disputationes id movit, cum campi illius nusquam Homerus meminerit, ſed unice Thebes Il. 1, 366. 6, 397. — quare etiam in Livio quidam vulgatam lectionem, codice praeterea adiuti, immutant. Livium tamen Voſſius ad noſtrum locum vindicat, quia Il. 6, 397. Homerus addiderit ὑπὸ Πλάκῳ ὑλήεσσῃ. Addi poteſt Strabo, qui 13. p. 404. ſ. 588. adfirmat, Theben et Thebes campum promiſcue, ut alia, dici. Accedit, quod Achilles Theben urbem evertit, (Il. 2, 691.) et, ſi vel inſtaurata fuit, deſerta tamen iacuit Strabonis aetate (lib. 13. p. 421. ſ. 612.) et Plinii plane interciderat, (5, 32. ſ. 30.) facile evenit, ut alii, antiquitatis ſtudioſi, modo Theben commemorent, modo eius campum. Quod Theben hanc Ciliciae dat Stephanus, ductum eſt ex Homero Il. 6, 397. et ad priſcam Cilicum ſedem et ditionem pertinet. At cum in poſteriori Cilicia ponit Curtius 3, 4, 10. graviter ille errat, etſi tueri illum tentant Raderus ad c. l. et Salmaſius in Solin. p. m. 545. Cf. etiam Turneb. adverſar. 13, 15. Luculentius vero temereque errare videntur, qui Theben et Adramyttium eandem urbem ferunt, ut auctor Etymol. M. h. v. Didymus ille ad Homer. Il. 1, 366. Diaconus ad Heſiodi ſcut. v. 49. Euſtath. ad Il. 2, 691. pag. 243. f. (ubi Ἀδραμυττηνὴ Θήβη) cum auctores

utramque diſtinguant, Strabo etiam lib. 13. pag. 421. ſ. 612. utramque 80 ſtadiorum ſpatio ſeiungat. Certe nullo indicio editur, Thebes incolas Adramyttium deductos fuiſſe. Tum recentiores idem de Thebe et Lyrneſſo referunt, ut Hierocles p. 661. not. eccleſ. p. 27.

Adramyttion) De variata ſcriptura nihil iis addo, quae proſtant in not. crit. p. 548. niſi inſolitas terminationes, Ἀδραμύττα apud Theophr. in hiſt. plant. 8, 4. in. et *Adramytteos* apud Plin. 5, 32. ſ. 30. Urbis conditorem Adramytten, Croeſi fratrem, faciunt Stephanus et alii; Euſtathius ad Homer. Il. 6, 397. p. m. 512, 21. Adramyſtin, Pelaſgum, unde primum Adramyſtia dicta fuerit, poſt leniori ſono inflexa a poſterioribus. Cognomines alios indicabunt Vinding. in Hellene p. 435. Berkel. ad Stephan. p. 35. itemque Holſten. p. 8. Lydos commemorat Strabo 13. p. 422. ſ. 613. de quo cf. a Stephano monita. Antiquius tamen nomen *Pedaſus* adfert Plinius 5, 32. ſ. 30. quod et antiquiores conditores innuat. Succeſſerunt praeterea coloni, in his Athenienſes, (Strabo 13. p. 417. ſ. 606.) Delii ab Athenienſibus ſuis ſedibus expulſi. (Thucyd. 8, 108. Pauſan. 4, 27, 5.) In Phrygia maiori ponit Ptolemaeus 5, 2. Strabo 13. p. 422. ſ. 613. Lydis conditoribus tribuit, poſt Myſis. De priori adſentitur Scylax p. 36. Hudſ. de poſteriori Stephanus, de quibus ſupra dixi. Portum eius et navale memorat Strabo c. l. Civem tulit Xenoclem oratorem, (Strabo 13. pag. 422. ſ. 614.) quem inde Cicero in Bruto cap. 91. Adramyttenum vocat, quod gentile etiam antea de ſinu notavi. In hodierno nomine diſcrepant, de quo cf. Weſſeling. ad Antonini itin. p. 335. et Ferrarius in Lex. Geogr. h. v. Plerique, ut Bueſchingius, habent *Adramit* ſ. *Edremit*.

Aſtyra) Gr. τὰ Ἄστυρα. Plinius 5, 32. ſ. 30. *Aſtyre*. Myſiae dat Strabo 13. p. 422. ſ. 613. et prope Adramyttion ponit. Idem tamen cognominem etiam

novit urbem prope Abydum ſua aetate devaſtatam. (lib. 13. p. 407. ſ. 591.) Sic et inde duo hic commemorat Stephanus, ad quem cf. Berkel. p. 189. et Holſten. pag. 55. Ceteri unam tantum hoc nomine noverunt, quare etiam Berkelius c. l. ſuſpicatur, ex duabus urbibus unam factam, et dirutam illam pagi forma renatam. Plinius adeo noſtram, quia Chryſen ſubiungit, ſuo tempore intercidiſſe ſcribit, nec Ptolemaeus et alii adtigerunt. Commemoratur lucus, in quo Diana colebatur, dicta hinc Ἀστυρηνὴ Ἄρτεμις, (Strabo c. l. et p. 417. ſ. 606. Stephanus) vel Ἀστυρινὴ apud Xenoph. in hiſt. Gr. 4, 1, 41. etſi praeſtat prius, cum et in numis Αστυρηνεων ſcribatur.

Chryſen) Gr. Χρύση, ut Stephanus, vel Χρύσα, ut Strabo 13. p. 421. ſ. 612. qui praeterea duplicem commemorat, unam in Adramyttena ad Thebes campum, ad mare ſitam portuque inſtructam, alteram prope Hamaxitum in ipſa Troade ad Lectum Idae promontorium. (lib. 13. p. 415. ſ. 604.) Utram Homerus Il. 1, 37 ſqq. intelligat, ubi erat Apollinis Sminthei templum, Chryſesque ſacerdos, Chryſeidis pater, prolixius disquiritur a Strabone lib. 13. p. 421. ſ. 612. qui pro illa propugnat; adſentitur Euſtathius ad Homer. c. l. contra renititur Mannert Vol. 6. P. 3. p. 451. et 463. etſi in eo haeret, quod Adramyttenae ſoli portum tribuit Strabo, quem ibi indicat Homer. Il. 1, 432. Sminthei tamen Apollinis templum commemorat Strabo etiam in altera. Cf. Leo Allatius de patria Homeri pag. 128. Salmaſ. ad Doſiadae aram p. 146.

Antandron) Gr. Ἄντανδρος, unde gentile Ἀντάνδριος; de numis incertum, uti monet Eckhel de doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 449. etſi eos producit Raſche in Lex. num. T. 1. P. 1. p. 707 ſq. Urbis mentio reperitur in Herodoto 7, 42. Thucyd. 8, 108. Xenoph. hiſt. Gr. 1, 1, 26. Diodoro Sic. 13, 42. — e Latinis in Cicer.

ad Quint. fratr. 1, 2, 2. ex pofterioribus in Hierocle p. 661. etfi ibi Ἄτανδρος. Monet quidem Weffelingius, Ἄττανδρος etiam vocari in actis conc. 2. p. 589. attamen fuperiorem formam praefert, quam et retinent tab. Peutinger. 8. F. Geogr. Ravenn. 2, 18. et 5, 9. De caufis nominis Nofter fatis prolixe et praeter morem, neque confentientibus aliis. Herodotus τὴν Πελασγίδα vocat, quod Pelafgos conditores innuit vel incolas, Mela adftipulante, quem in his reddidit fere Servius ad Virgil. Aen. 3, 6. Pelafgos incolas memorat etiam Conon in narrat. 41. Aeolas facit Thucydides, a quorum duce nomen etiam repetit Stephanus. Ab Edonis et Cimmeriis incolis adpellata etiam eft Edonis et Cimmeris, (Ariftoteles apud Steph. et Plin. 5, 32. f. 30.) quod tamen, fi cum Noftro ab Andriis conditam ftatueris, de colonis explicandum cenfet hic Voffius, ut κτίζειν et condere dici folent. Λελέγων πόλιν vocat Alcaeus apud Strabon. 13. p. 417. f. 606. quos olim circa loca Idae vicina confediffe hic narrat lib. 7. p. 222. f. 321. Scepfius eodem tefte (in priori loco) in confinio Lelegum pofuit, fic ut Cilicibus contiguis olim tribuiffe videatur. Si fitum fpectes, Strabo eam ponit in interiori finu Adramytteno ad montem Alexandriam, in quo celebre illud Paridis iudicium factum dicit. (13. p. 417. f. 606.) Latiori tamen nomine alii montem illum Idam vocant. (Thucyd. 4, 52. Stephan. conl. Herodoto 7, 42.) In eo tamen a Noftro difcedit Strabo, quod ille in altero finus latere ftatuit. Maritimam vero urbem fuiffe fatis haec declarant, iisque etiam adnumerat Ptolem. 5, 2. Praeterea locum illum fabricandis navibus ob lignorum copiam inferviiffe, fuadet Xenophon in hift. Gr. 1, 1, 25. quare etiam Aeneas claffem ibi fuam inftruxit. (Virgil. Aen. 3, 6.) Finitima regio inde nomen obtinuit *Antandria*. (Strabo 13. p. 417. f. 606. et pag. 421. f. 612.) Hodie, quod quidem Sophiano auctore notant Ortelius in thef. Geogr. h. v. et Cerda ad Virgil. c. l. vocatur *S. Dimitri.*

regnaret) Nam ſtatuunt nonnulli veteres, Aeneam non navigaſſe ex Troia, ſed ibi manſiſſe, relicto etiam ſucceſſoribus regno. I. GRONOVIVS *MS.* 1. Cf. Dionyſ. Halic. 1, 53. et quae ex recentioribus adtulerunt Cluverius in Ital. ant. lib. 3. p. 832. et Bochartus in disputatione, quae adnexa eſt eius operibus, quos refutat Ryckius in diſſ. de primis Italiae colonis et Aeneae adventu c. 12. Ceterum non Aſcanium, ſed Polydorum captum eaque urbe redemtum fuiſſe, refert Servius ad Virgil. Aen. 3, 6. Conon narrat. 41. ubi utramque nominis cauſam levi immutatione adfert, Aſcanium ipſum ſe ea data redemiſſe ſcribit.

§. 3. *Gargara)* Gr. Γάργαρα, πόλις τῆς Τρωάδος ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ τῆς Ἴδης. (Stephanus) Proprie *Gargarum* Idae vertex fuit, uti adfirmant Strabo 13. p. 401. ſ. 583. Heſych. h. v. Macrob. Saturnal. 5, 20. aliique, in primis Homer. Il. 14, 292. ubi vocat ἄκρον Ἴδης ὑψηλῆς, et 8, 47. μητέρα θηρῶν. Neque tamen minus plurali etiam numero aliqui efferunt, ut Epicharmus apud Macrob. c. l. Stephanus h. v. Ovidius epiſt. 16, 107. Statius Theb. 1, 549. Plinius 5, 32. ſ. 30. De utroque numero monuerunt Euſtath. ad Homer. Il. 14, 292. p. m. 978, 40. et Servius ad Aen. 5, 752. Plura dabunt Solanus et in primis Hemſterhuſ. ad Luciani dial. Deor. 12. in. *Gargarus* inſolentius dixit Vibius p. 29. Cauſam nominis non eandem adferunt Grammatici, ut Stephanus h. v. Euſtath. c. l. et ad Il. 8, 48. p. m. 577. 44. Etymol. M. h. v. Ἄκραν ipſum Gargarum vocant Strabo 13. p. 417. ſ. 606. et Stephanus, ἀκρωτήριον Heſychius c. l. quod ab altera parte includebat Adramyttenum ſinum, (Strabo c. l.) cum contra Plinius 5, 32. ſ. 30. a litore removeat. Sed cf. deinceps. In illo vero monte ſ. promontorio urbs olim ſtetit *Gargarus*, (ἡ Γάργαρος) quam inhabitarunt Leleges. (Alcman apud Stephan. h. v. et Etymol. M. h. v.) Femininum facit etiam nomen

Schol. Villoif. ad Homer. Il. 14, 292. Poftea immodico frigore cives compulfi novam urbem in fubiectam monti planitiem deduxerunt, mutataque paullum forma τὰ Γάργαρα vocarunt; priorem relictam παλαιὰν Γάργαρον. (Etymol. M.) Ita Γάργαρον et τὰ νῦν Γάργαρα, πόλιν Αἰολικὴν diftinguit Strabo 13. p. 401. f. 583. quem et refpicit Stephanus, quod ita ex Hellanico explicat Strabo 13. pag. 420. f. 610. ut, cum proprie Affiorum fuerit colonia, Aeolica tamen dicatur, quia Affum condiderint Aeolii, quam vicinam habuit ab una parte, ut ab altera Antandrum, uti ex Ephoro et Philea docet Macrobius c. l. et de Antandro adfirmat etiam Hefychius c. l. Antiquam urbem adtingit etiam Stephanus, et ab eo novae originem petit Strabo 13. p. 401. f. 583. ubi, ut fenfus conftet, pro ἐν ᾗ ex MSStis et vetere interprete leg. eft ἀφ' οὗ. fc. τόπου. Et fic Macrobius c. l. urbem eam fub cognomini monte pofitam ex auctoribus defcribit. Ad corruptiones nominis pertinent, cum Hellanicus vocat *Gargafum*, (monente ipfo Stephano) Ptolem. 5, 2. *Jarganon*, Hierocles pag. 661. *Gadara*. Urbis ad pofteriora tempora confervatio difcitur ex Nicaeno 2. Conc. p. 350. ubi Nicephorus Γαργάρων πρεσβύτερος memoratur. Incolae etiam in auctoribus obvii Γαργαρεῖς, quod Macrobius *Gargares* reddit pro Gargarees, vel ufitatius Gargarei, aut Gargarenfes ex analogia aliorum. Ager urbis maxime a poetis celebratur ob fertilitatem, ut a Virgilio Georg. 1, 103. Ovid. A. A. 1, 57. Seneca in Theb. v. 608. Cf. quae conlegit Macrobius c. l.

Affon) Gr. Ἄσσος, ἡ; Ptolemaeo 5, 2. Ἄσσον. In Plinio 5, 32. f. 30. eft *Affos*, et fic pofteriores etiam, Hierocles p. 661. tab. Peutinger. 8. F. Geogr. Ravenn. 2, 18. Gentile Ἄσσιος in auctoribus et numis; Stephanus tamen addit Ἀσσεύς. Ponitur varie, quod fit in regionum vicinia terminorumque mutatione. In Troade ad Idam montem agnofcit Paufan. 6, 4, 5. Plin. 2, 98.

f. 96. 36, 27. f. 17. Ptolemaeus 5, 2. in. in Aeolide Stephanus, et ipfe Plinius 5, 32. f. 30. quia ante Lecton ponit, quod Aeolida et Troada disterminare refert. Graviter hinc lapfus eft Stephanus, qui tres *Affos* producit, unam in Lydia, (vulgo male Lycia, ut docet Holften. p. 53.) alteram in Aeolide, tertiam ex Alcmane in Myfia, cum tamen ad eandem omnes revocari debeant, uti evicerunt Holften. c. l. Berkelius p. 184 fq. et Salmafius ad Solin. p. m. 847. Aeolicam urbem cum Noftro fecit Hellanicus, Methymnaeorum opus Myrfilus. (Strabo 13. p. 420. f. 611.) An *Apolloniae* etiam nomen gefferit, incertum, et fola Plinii fide nititur, nifi forte huc referatur Myfiae Apollonia apud Stephanum in illarum urbium recenfu, uti quidem exiftimant Berkel. p. 148. et Cellarius in Geogr. ant. 3, 3, 25. Situs eius ex fuperiori nota innotuit, et ipfo Melae connexu. Secundum Strabonem 13. p. 420. f. 610. fuit ἐρυμνὴ καὶ εὐτειχὴς ἀπὸ θαλάσσης καὶ τοῦ λιμένος. Idem in claris civibus commemorat Cleanthem, philofophum Stoicum, et ex eo Stephanus. In agro vicino nafcebatur *Sarcophagus* lapis, qui omnia corpora confumebat. (Plin. 2, 98. f. 96. 36, 27. f. 17. Diofcorides 5, 142. Stephanus, alii; ex recentioribus Salmaf. p. m. 847. et ad noftrum locum Voffius.) Porro tritici tanta erat bonitas, ut Perfarum inde reges peterent. (Strabo 15. fin.) Tyrannum eius, apud quem Ariftoteles commoratus erat ob adfinitatem, commemorat idem 13. p. 420. f. 610. infidiis captum et a Perfis occifum fuiffe.

Tum) Inde a promontorio Lecto, (Strabo 13. p. 416. f. 605.) quo Aeolida et Troada disterminari fcribit Plinius 5, 32. f. 30. Troadi dat cum Affo urbe Ptolemaeus 5, 2. H. *Capo Baba* et *S. Maria.*

finus —) Hinc Livius 37, 9, 7. plane vocat *Achivorum portum*, in quo id notabile eft, quum finus non fit portus, fed det occafionem portubus faciendis, ut adeo

in uno ſinu poſſint eſſe plures portus. I. GRONOVIUS *MS.* Ἀχαιῶν λιμὴν in hoc tractu occurrit etiam in Strabone 13. p. 410. ſ. 595. p. 412. ſ. 598. Appiano in Syr. cap. 23. f. Mithrid. c. 77. et alibi. *Achaeorum* (non *Achivorum*) *portum* vocant Liv. c. l. et Plin. 5, 33. ſ. 31. qui ad certiorem notationem addit: *in quem influit Xanthus, Simoenti iunctus*, eumque ſubiicit ordine Sigeo urbi. Dictus autem ita eſt ab Achivis, qui Troiam expugnatum venerant, quare et Strabo 13. p. 410. ſ. 595. deinceps ſubiungit τὸ Ἀχαϊκὸν στρατόπεδον, (*Achivorum bellantium ſtatio* Melae) ut et alia Achivi nominis veſtigia ibi haeſerunt, veluti κρατῆρες Ἀχαιῶν. (Scylax p. 36. in. Hudſ.) Verum autem ſinum putaſſe Melam, cui poſt Achivorum adventum portus nomen datum fuerit, adparet inde, quod infra ſcribit: *Extra ſinum.*

Ilio) Gr. Ἴλιον. Stephanus Ἴλιον πόλις Τρωάδος, ἀπὸ Ἴλου, ἣν οἱ Τρῶες Ἄτην ἐκάλουν. At fuiſſe hunc collem, cui Ilium Ilus ſuperſtruxerit, adparet ex Apollodoro 3, 12, 3. et notatis ibi ab Heynio et Polito ad Euſtath. in Homer. T. 1. p. 297. Quod de genere nominis addit Stephanus, omnes neutro efferre, praeter Homerum, qui femininum amet, quare etiam Ariſtarchus in illo (Il. 15, 71.) Ἴλιον αἰπὺ ſpurium cenſuerit, probari ſimpliciter nequit. De Homero cf. Politus ad Euſtath. in Homer. Tom. 3. pag. 973. et in primis p. 1091. Heyne ad Il. 15, 71. De aliis haec ſufficiant. Quint. Calab. in Paralip. 6, 551. dixit Ἴλιον ἱρὴν, Orpheus Argon. 484. Δαρδανίην, etſi ſcio, quid contra moneri poſſit, et in poſteriori loco metri etiam cauſa nuper Ἴδην pro Ἴλιον repoſuit Schneiderus. Latini promiſcue genere neutro utuntur et feminino, ut ipſe Horatius variat, terminatione etiam mutata, *Ilios* et *Ilion* odarr. 4, 9, 18. 4, 4, 53. et alibi. Virgilius neutrum cum Homero praefert, de quo cf. Servius ad Aen. 3, 3. Sed vid. quae de genere diſputant praeter ſuperiores Schol. ad

Homer. c. l. Broukhuſ. ad Propert. 3, 1, 31. Bentlei. ad Horat. 3. od. 5, 23. Burmann. ad Ovid. epiſt. 1, 48. — *Ab Ilio* autem, quod ait Plinius 5, 33. ſ. 30. *omnis rerum claritas*, quo reſpicit bellum Troianum et expugnationem urbis a Graecis factam; nam et antea ab Hercule et Amazonibus expugnatam tradunt. Sed haec non moror. De ſitu Ilii iam olim quaeſitum eſt. Remanſerat in illo tractu Strabonis aetate Ilienſium pagus. Nam quod poſtea dictum eſt Ilium, aliud eſt diverſoque ſitu, ut prolixius ex Homero docuit Strabo 13. pag. 408 ſqq. ſ. 593 ſqq. ex quo diſcitur, 30 fere ſtadiis a vetere Ilio verſus orientem abfuiſſe. Ad recentius referri debent expugnationes a Charidemo (Plutarch. in Sertorii vita in. Polyaen. 3, 14.) et a Fimbria, (Strabo 13. p. 408. ſ. 594. Appian. in Mithrid. c. 53.) etſi non recte Oroſius 6, 2. *antiquam illam Romae parentem* vocat. Romani illi immunitatem conceſſerunt. (Plin. c. l. conl. Suetonio in Claudio cap. 25.) Sed cf. qui de Ilio omnia nuper (1802.) ex auctoribus conquiſita propoſuit Chandler in the hiſtory of Ilium or Troy. Ilii ruinas ſat amplas deſcripſit Belon obſerv. 2, 6. p. 80. veteris tamen ne veſtigia quidem ſupereſſe docuit Woodius, qui illa loca perluſtraverat. Tum vero, quae vidit lapidum et columnarum fragmenta Pococke T. 3. p. 155. ad novum Ilium referri debent. Noſtra aetate de Ilii ſitu quaeſtio referbuit, ex quo tempore diligentiori cura illam regionem perluſtrarunt et deſcripſerunt viri docti, in quibus Choiſeul, Lechevalier, quorum libri editi aliorumque etiam ſtudiis et interpretationibus inluſtrati ſunt, vel etiam disputationes aliorum excitarunt, quales emiſerunt Bryant, Dalzel. — Vetus Ilium ſaepiſſime latiori ſenſu ab ipſo Homero *Troia* vocatur, quae proprie regio eſt, in qua fuit Ilium, monente Servio ad Virgil. Aen. 1. in. Cf. Cellarius in Geogr. ant. 3, 3, 48. Ab Ilio autem deſcendit gentile Ἰλιεὺς, et hinc in multis numis legitur Ἰλιεων.

Homerus quidem, etsi Ilii saepe iniicit mentionem, nusquam tamen incolas vocat Ἰλιεῖς, sed Τρῶας, uti monuit etiam Eustathius ad Il. 2, 127. p. m. 144, 24. eodem modo, quo Ἄβαντας dicit, non Εὐβοεῖς, de quo cf. praeterea Strabon. lib. 10. in. Latini dicunt *Ilienses*, ut Sueton. in Tiber. cap. 52. et alibi, Tacit. Annal. 4, 55. Alias formas addit Stephanus, ut Ἰλιάς, Ἴλιος, Ἰλιακός, quae et in Latinis occurrunt, et ab Holstenio p. 145. augentur vocibus Ἰλήϊος et Ἰλιόθι. De prioribus cf. etiam Eustath. in praefat. ad Il. 1. p. m. 4. et ibi Politus T. 1. p. 12.

Sigeum) Gr. Σίγειον. Conditum fuit ab Archaeanacte Mitylenaeo ex eversi Ilii lapidibus, (Strabo 13. p. 412. s. 599.) Mitylenaeis eripuit Pisistratus, qui Hegesistratum, filium nothum, ibi tyrannum constituit, unde varia bella mota sunt, dum Periander, arbiter constitutus, Atheniensibus adiudicaret. (Herodot. 5, 94. Strabo c. l.) Inde cum Aeoliis civitatibus reliquis (Herodot. 1, 28.) Persis, post Alexandro paruisse videtur, quo mortuo Lysimachus expugnavit praesidiumque imposuit. (Diodor. 20, 107.) Strabonis tempore eversum ab Iliensibus iacuit, (13. p. 410. s. 595.) quare Plinius 5, 33. s. 30. *in promontorio quondam Sigeum oppidum.* Notius fuit *Sigeum* promontorium, de cuius etymologia cf. Servius ad Virgil. Aen. 2, 312. Σιγειάδα ἄκραν vocat Strabo 13. p. 410. s. 595. Σίγειον ἄκρον Ptolem. 5, 2. Iuxta stetit *Achilleum* oppidum, cum Achillis templo et monumento, de quo cf. Herodot. 5, 94. Strabo 13. p. 410. s. 596. p. 413. s. 600. Plin. 5, 33. s. 30. A Sigeum autem descendit Σιγειεὺς, Σιγειακός. (Stephanus) *Sigeïa tellus* legitur in Ovid. epist. 1, 33. Celebratur inde *inscriptio Sigea*, quam detexit Sherard, descripserunt Chishull et Chandler. H. vocatur *Capo di Ianissaro, Yeni-sher, Yeni-hisari, Genissari,* vel similiter, prout fert populorum lingua et pronun-

tiandi ufus. Male tamen vocari *le cap des Ianiſſaires*, cum fignificet nouveaux chateaux, monet d'Anville in defcr. de l'Hellefpont in Memoires — de Paris T. 28. pag. 327. Sigeum urbem nunc pagum effe, nomine *Giaurkioi*, refert Chandler Reifen in Klein-Afien p. 50.

ſtatio) Quia claffis Agamemnonia totum hunc finum infedit et implevit, ut unus effet quafi portus bellantium, prout *ſtatio* folet dici de navibus in falo pofitis ad ancoram, ut apud Virgil. Aen. 2, 23. *ſtatio male fida carinis.* Ceterum ab hac fimilitudine defcribit navalia caftra, ut proprie dicebant Romani, Graecorum, quoniam navibus fubductis in terram folebant foffam et vallum circumdare, ad inftar caftrorum aliorum, cuius clariffimum exemplum eft apud Liv. 36, 45, 8. Et huic ftationi iungit Sigeum, quoniam illic proprie fedes fuit navium Achillis, unde etiam deinde illic conditum fuit oppidum Achilleum. I. GRONOVIVS *MS.* Strabo 13. p. 410. f. 595. prope Sigeum oftendit *ναύσταθμον καὶ Ἀχαιῶν λιμένα καὶ τὸ Ἀχαϊκὸν στρατόπεδον.* Ad naves enim fubductas Graecos caftra habuiffe notum eft, unde ad naves fugere perinde valet, atque ad caftra fugere. Quod Achaeorum ftatio a Plinio 4, 18. f. 11. in Cherfonefi obliqua fronte ponitur, ea non bellantium, fed Troia expugnata abeuntium. Cf. argumentum Hecubae Euripidis in. et v. 35. et Salmaf. in Solin. c. 16. f. 10. p. m. 117. Omnino autem caftra Graecorum inter Rhoeteum (iuxta Scamandrum) et Sigeum patuiffe videntur, de quo diligentius hodie in libris fupra commemoratis quaefitum eft. Lechevalier, quod teftis *αὐτόπτης* adfirmat in Geogr. Ephemerid. Tom. 1. p. 126. non fatis accurate in tabula haec defcripfit.

Idaeo monte) Pro *Ida*, ut *Oetaeus mons* Accius apud Cicer. de nat. Deor. 3, 16. Hygin. fab. 36. pro quo promifcue libri apud Lactant. 1, 9. f. *Oeta*, ut in

Cicer. Verrin. 2, 8. *Erycinus.* Ita vero et infra 2, 7, 12. *Idaeus mons* et Virgil. Aen. 3, 105. In Gr. etiam passim Ἰδαῖα ὄρη, ut Homer. Il. 8, 170. Callimach. in Iov. v. 6. ubi cf. Graevius. Eodem modo dicuntur *urbs Romana* (Liv. 3, 61. in. 7, 1. f. Flor. 1, 13. f.) et similia. Plura Drakenb. ad Livii epit. 49. et quos laudat. De ipso monte post.

Scamander) Gr. Σκάμανδρος. Ex periphrasi Horat. epod. 13, 20. Virgil. Aen. 4, 143. *Scamandri flumina*, ut in aliis solet. De causa nominis cf. Pseudo-Plutarch. de flumin. h. v. qui et antiquius nomen commemorat *Xanthus*, quod probat Homer. Il. 20, 74. ὃν Ξάνθον καλέουσι θεοί, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον. Nempe ubi duplex nomen memoratur, quod Dii frequentarunt, antiquius significat, uti etiam ad Homer. c. l. notat Scholiastes. Plura exempla diversae utriusque linguae dabunt Sellius in observatt. miscell. c. 1. Lackemacher. observ. P. 3. obs. 4. p. 250 sq. et Koeppen. ad Homer. Il. 1, 404. quem et ibi probat Heyne, cum Eustathius p. m. 93. f. nobilius et augustius Diis daret. Priori tamen sensu in Xantho praeter Plutarchum intelligit etiam Aelian. H. An. 8, 21. Ipse tamen Homerus utroque nomine promiscue utitur. Sic *Scamander* Il. 5, 774. *Xanthus* Il. 6, 4. At Virgilius constanter et sine variatione dicit *Xanthus*, de quo et monuit Erythraeus in ind. Xanthi nomen ducunt ab aquis, quarum potus oves rufo colore inficiat. Sic Aristot. H. A. 3, 12. Aelian. H. A. 8, 21. Antigon. in hist. mirab. cap. 84. Plin. 2, 106. f. 103. Ita enim Vitruvius 8, 3. Plin. c. l. ξανθὰ πρόβατα Graecorum *rufas oves* interpretantur, quibuscum in voce ξανθὸς consentiunt glossae. Vid. Salmas. ad Solin. p. m. 419. Contra *flavum* Latine dici refert Vibius p. 20. Latius aquarum illam vim profert Schol. Villois. ad Homer. Il. 20, 74. 21, 2. ubi nomen inde derivat, quod Minervae, Iunonis, Veneris

crines in illa lite tinxerit. De eius fontibus luculenter expoſuit Demetrius Scepſius apud Strabonem et ipſe Strabo 13. p. 414. ſ. 602. Sunt autem in Ida, ubi et noſter deſignat. Duos tamen indicat Homerus Il. 22, 147. calidum unum, alterum frigidum. Illum quidem ſua aetate exaruiſſe, et unum tantum, frigidum, inveniri adfirmat Strabo. Unum etiam in Cotylo, Idae colle, agnoſcit Demetrius cauſamque converſionis in terrae motibus quaerit, quales in primis, Democle auctore, in illa regione regnante Tantalo factos refert Strabo 1. p. 40. ſ. 58. etſi in hoc quidem chronologica ratio repugnat. De calore vero nihil et recentiores narrant. Ipſum locum, unde oritur, Pococke T. 3. p. m. 156. ex aliorum teſtimoniis vocat *Biramith*. In curſu excipit Andrium (Strabo 13. c. l.) h. Enaichaie, (Pococke T. 3. p. m. 157.) Simoenta (Homer. Il. 5, 774. Plin. 5, 33. ſ. 30.) prope Ilium novum, (Strabo 13. p. 411. ſ. 597.) et ſic prope Sigeum in mare excurrit, cum antea lacum fecit, (Strabo c. l.) quem Homerus Il. 21, 125. videtur adpellare ἁλὸς εὐρέα πόντον, Strabo 13. c. l. et p. 410. ſ. 565. στομαλίμνην; Plinius c. l. *ſtagnum prius faciens Palaeſcamander;* etſi ambigue in his agit. Ipſe fluvius vocatur δινήεις, (Il. 21, 2. 22, 148.) βαθυδίνης, (Il. 20, 73.) βαθυδινήεις, (Il. 21, 15.) *navigabilis.* (Plin. c. l.) Quod Vibius c. l. in Propontidem pro Helleſponto emittit, fallitur. Ptolemaeus etiam 5, 2. in eo recedere videtur, quod diverſa facit, etſi vicina, utriusque oſtia, quod facta alvei ſolique mutatione accidere potuit, certe poſt accidit. Cf. Lenz Ebene von Troia p. 158. Ex Homeri certis indiciis Il. 5, 774. Simoenta excipit, et in mare evolvitur. (Il. 21, 124.) Etſi Plinius navigabilem dicit, non tamen eum ſuffeciſſe narrat Herodotus 7, 42. Xerxis exercitui potando. Noſtra quidem aetate tenuem eſſe adfirmat Savary ſur la Grèce ep. 24. quia ſilvae exciſae ſint fontesque aruerint, nec disſentiunt Pococke T. 3. p. m. 154. per aeſtatem in

primis, aliique. Mutatum fluvii curfum defcribunt auctores, qui de Troiae fitu expofuerunt. Ad utriusque fimilitudinem duo fluvios in Sicilia circa Aegeftam poft denominavit Aeneas. (Strabo 13. p. 418. f. 608. Diodor. 20, 71. Virgil. Aen. 5, 634.) H. Scamander ante commiftionem cum Simoente vocatur *Gosdah-fu*, eaque facta *Mandras-fu*. Pococke T. 3. p. m. 155.

Simois) Gr. Σιμόεις. Virgil. Aen. 1, 618. *Phrygii Simoentis ad undam.* Ab Ida itidem ducit Homer. Il. 12, 22. Reliqua proxime antea notavi. Inde vero dicitur Σιμοείσιον πεδίον, ut a Scamandro Σκαμάνδριον, per quae uterque fluvius deferebatur, (Strabo 13. p. 411. f. 597.) utrumque proeliis ex Homero notiffimum. Ceterum noftrum locum ante oculos habuit et fere reddidit Boccatius de fluminibus f. v. Camander, et de montibus f. v. Ida.

§. 4. *mons)* Gr. Ἴδη. Latinis ufitate *Ida;* nam in poetis etiam *Ide, Iden* legitur, de quo cf. Heinf. ad Ovid. epift. 5, 73. Virgilius praefert *Ida.* Antiquum nomen *Gargarum* fuiffe, tradit Pfeudo-Plutarchus de flum. f. v. Σκάμανδρος, fatis iam refutatus a Mauffaco in notis. Cf. poft. De caufa nominis cf. Stephanus. Celebrem famam hic mons nactus eft ex Homeri carmine, in quo variis epithetis inftruitur, quae conlegit Schlichthorft in Geogr. Homeri pag. 133. Adpellatur enim altus, filvofus, feris frequens et in primis fontibus irriguus ab aliis etiam. Cf. Il. 8, 47. — et praeterea poeta apud Athen. 15, 8. f. p. 682. Horatius 3. od. 20. f. Ovid. Metam. 2, 218. Faftor. 6, 15. Ipfe Homerus Il. 12, 20 fqq. recenfet fluvios, qui inde eduntur. Quam late pateat, docet in primis Strabo 13. p. 401. f. 583. Spectat enim diverfas coeli plagas et maria, ut Hellefpontum, Propontidem, et cum multis partibus promineat et fcolopendram forma referat, duabus ex-

tremitatibus terminatur, quarum una eſt ad Zeliam, (ει) altera Lectum vocatur promontorium prope Aſſum. Porro exſurgit in aliqua cacumina, in quorum tamen numero et notatione variant auctores. Sic Homerus Il. 14, 292. *Gargarum* vocat ἄκρον Ἴδης; cf. ſupra; *Lectum* Idae partem facit in Aegaeum mare exſtantem Il. 14, 284. quod Plinius 5, 32. ſ. 30. aliique promontorium adpellant. Secundum Schol. Nicandri ad Alexipharm. v. 40. quatuor ſunt Idae κορυφαὶ vel ἐξοχαὶ, *Phalacra, Lectum, Sigeum* et *Gargara.* Tzetzes ad Lycophron. v. 24. et 1170. recenſet 4 eius promontoria *Phalacra, Lectum, Gargarum, Pergamum,* nempe quia aliqua cacumina ſimul in mare prominebant. Tria vero tantum agnoſcit Schol. Homeri ad Il. 8, 48. Ceterum ab hoc et Cretenſi monte celſus quisque vocabatur etiam Ida, ut notat Euſtath. ad Homer. Il. 2, 821. p. m. 267. Noſter autem a Cretenſi nomen tulit. (Strabo 13. p. 416. ſ. 604. et ex eo Euſtath. ad Dionyſ. v. 498.)

Divarum) Ovid. epiſt. 16, 65. *tresque ſimul Divae, Venus et cum Pallade Iuno.* Quod ſequitur iudicium Paridis, plurimi auctores adtigerunt, vel tractarunt. Vid. Eurip. in Iphig. in Aul. v. 1307. Hel. v. 24. Troad. v. 976. Virgil. Aen. 1, 27. Ovid. c. l. et Faſtor. 6, 44. Strabo 13. p. 417. ſ. 606. aliique, qui nominantur a Drakenb. ad Sil. Ital. 7, 437. in primis Coluthus de raptu Helenae, et Lucianus in dialog. Deor. 20. praeter Ovid. epiſt. 16. et Sil. Ital. c. l. Quod, ignoraſſe Homerum, quidam contendunt, in iis maxime Macrob. Saturn. 5, 16. leguntur quidem de eo aliqua Il. 24, 28 ſq. ſed ſpuria et obtruſa habentur. Cf. Urſin. in Virgilio c. Gr. ſcriptor. conl. p. 196. et Heyne ad Homer. c. l. Acceſſit non ſolum Hemſterhuſius ad Lucian. c. l. ſed et commentum illius iudicii poſt Homerum demum prodiiſſe exiſtimat, quippe qui alias hanc belli cauſam exornare omiſſurus non fuiſſet. Dabit idem plura. Ser-

varunt porro eius memoriam monumenta prifca, veluti Cypfeli illa arca auctore Paufania 5, 19, 1. et ex iis, quae aetatem tulerunt, marmor antiquum apud Begerum in fpicil. antiqu. p. 135. quod exhibuit etiam Drakenb. in editione Silii p. 572. Numos praeterea indicabit Rafche in Lex. num. T. 3. P. 2. p. 579. Omnino ad eius hiftoriam conferri poteft Patinus in differtatione peculiari: Iudicium Paridis — in numifmate Imper. Antonini Pii expreffum. Locum iudicii omnino, ut Nofter, Idam plures commemorant, etfi variis fignis declaratum; eius etiam natum inde fingulare nomen Καλλικολώνην ex Demetrio Scepfio adfert Schol. Homeri ad Il. 20, 53. Quidam Idae aliquam partem hic nominant, ut *Gargarum* Lucianus c. l. *Alexandream* Strabo 13. p. 417. f. 606. ex Timofthene, opinor, quod fuadet Stephanus h. v. qui fuit mons prope Antandrum ab Ida productus nomenque a Paride, qui idem Alexander vocabatur, nactus; denique *Phalacram* innuit Coluthus de raptu Helenae v. 14. Cf. praeter Hemfterhuf. c. l. Munckerus et Staverenus ad Hygin. fab. 92.

aliter) Ufitatius in hoc nexu, ubi fimpliciter et fine negatione ponitur, fubiici folet *ac* vel *atque.* Sunt tamen, etfi rariora, huiusmodi exempla, uti docet Turfellin. de particulis 21, 11. p. m. 76. Sic Plaut. Stich. 1, 1, 42.

ex fummo) Conferendus eft hic locus cum Lucretiano 5, 662. f. ex quo tamen adparet, nihil effe mirabile, quum id unicuique obiiciatur, eludente oculos humanos aere. I. GRONOVIVS *MS.* H. *Kas-Dahi* Turcis.

ingens) Propter humores nondum disiectos vel adtenuatos. Nam quod Seneca Qu. Nat. 1, 6. dicit, *omnia per aquam videntibus longe funt maiora.* Et fic fol iis, qui in ora maris ftant, maior adparet, ut notat

etiam Strabo 3. p. 65. f. 138. Sed res eft nota, et ex radiis fractis in dioptrica explicatur.

adtollitur) Totum hunc locum paucis mutatis, vel additis reddidit Boccatius de montibus f. v. Ida; Diodorum Sic. 17, 7. a Noftro redditum putat ad c. l. Weffelingius; ad verbum paene defcriptum vel hunc, vel communem auctorem hic Voffius, qui et in diverfis comparationem inftituit et rem ipfam prolixius declaravit. Conferri etiam de hoc oftento in Ida poteft Lucretius 5, 662 fqq. et fimilia fere, quae de Aetna narrat Brydone (Reife nach Sicilien und Malta) T. 1. p. 169. Nofter rem folitam aut infolite auxit et adornavit, aut fingularem et rariorem expofuit. Si eadem, quae Diodorus, narrat, obiicitur id vifum κατὰ τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν, et hanc temporis notationem Nofter male neglexit. Tum vero de folis exortu circa mediam noctem intelligi nequit, cum Caniculae ortus ibi fiat auctumnali tempore f. Octobri menfe, fed potius explicandum videtur de aurora boreali, quod fecit Mentelle in libro: die vergleichende Erdbefchreibung Vol. 1. p. 156 fq. ubi idem ex veterum narrationibus de Olympo adfirmat. Ex utroque tamen narratio commifta videtur, quia aurora borealis in folis globum non coit. Vid. quae de ipfa hac re docte disferuerunt Bredow et Hellwag in Genius der Zeit, Altona an. 1797. pag. 303 fqq. Hodie tamen etiam volantes ignes inde confpici narrant, qui, cum ante ortum folis verfus occafum aera pervagentur, orto fole coeant. Vid. le Chevalier voyage de la Troade (ed. 3. an. 1802.) T. 2. p. 181 fqq. ubi conlegit, quae de eo adtulerunt Clarke, Crips et Franklin. Idae vero Cretenfi hoc tribuit Solinus c. 17. f. 11, quem caftigaverunt Salmaf. p. m. 120. et hic Voffius. Sic de Cretenfi narrat etiam Prifcian. in perieg. v. 528. Quod Plinium 2, 8. f. 11. huc arceffiverunt Salmafius et Voffius, refutavit Harduinus.

ingens) Τρίπλεθρον διάστημα illi tribuit Diodor. c. l.

§. 5. *Rhoetea)* Stephanus h. v. Ῥοίτειον, idque ἄκραν ab Oro vocari addit; et ſic diſerte vocat Servius ad Virgil. Aen. 2, 312. 3, 108. 5, 646. et cum Sigeo ſic coniungit Schol. Apoll. 1, 929. ubi nomen a Rhoetea, Protei filia, ducit. Uſitatius ἀκτὴ additur, ut Ῥοιτειὰς Apollon. Rhod. c. l. Tryphiodor. v. 216. Ῥοιτήϊαι ἀκταὶ Antipater in Anthol. Gr. Tom. 2. p. 24. n. 65. ed. Iac. *Rhoeteum litus* Virgil. 6, 595. et ſic *Rhoeteum rapax* Ovid. Faſt. 4, 279. Propter Troiae viciniam *Rhoeteus* pro Troianus paſſim late dicitur. Vid. Drakenb. ad Sil. Ital. 1, 115. et Heyne ad Virgil. Aen. 3, 108. 12, 456. H. promontorium vocatur *Cap Barbieri,* (Wood Verſuch — p. 92.) quod tamen alii negant, (vid. Lenz Ebene von Troia p. 170.) et ad Dardanium refert Pococke T. 3. p. m. 152. Magis urbs celebratur, quam ſitam fuiſſe Strabo 13. p. 409. ſ. 595. indicat in colle, qui ad illud promontorium ſine dubio pertinet. Poſt p. 411. ſ. 597. prope Rhoeteum et Sigeum Idae inflexas partes in mare porrigi refert. Prope Dardanum, Abydo vicinam (Herod. 7, 43.) adparet in Scylace p. 55. Hudſ. Poſteriores Geographi ignorant, ut periiſſe videatur. Omnes autem in ſcriptura per ει, quam probat diſerte Euſtath. ad Homer. Il. 2, 648. p. m. 237. conſentiunt; tantum Thucydides 4, 52. et 8, 101. per ι, ut olim in Strabone. Ceterum hunc locum expreſſit Plinius 5, 33. ſ. 30. Hodie Pococke T. 3. p. 156. quaeſivit prope vicos *Telmes* aut *Iaurcui.*

Dardania) Gr. Δάρδανος, ut Strabo 13. p. 409. ſ. 595. et ſic plures; ex recentioribus tab. Peuting. 8. F. Antonin. in itin. p. 334. Hierocles p. 662. Geogr. Ravenn. 2, 18. 5, 9. Servius ad Virgil. Aen. 8, 134. Euſtath. ad Homer. Il. 2, 822. — In caſu tamen recto

aperte dixit Δάρδανον Ptolem. 5, 2. in. Dardanio legitur in Plinio 5, 33. f. 30. nisi malis *Dardano* vel *Dardania*. *Dardania* de regione dici solet, et sic ab urbe distingui. Neque tamen vel sic insolenter locutus est Noster, ut docent Homerus Il. 20, 215. ubi Schol. Conon narrat. 21. auctor Chrestom. Strabon. lib. 7. f. Isidor. orig. 16, 1. et quos hac de causa produxit Staveren. ad Hygin. fab. 275. Prius nomen *Teucris*, (Stephanus) quia Teucri eam regionem olim tenebant, quibus successit cum sociis Dardanus, quem conditorem faciunt Homerus, Conon, Diodor. 4, 75. Apollodor. 3, 12, 1. alii. Antiquitatem urbis testatur Homerus, dum ante Ilium stetisse ait. Regio, quae supra Ilium ad Zeliam (ει) usque patebat, ditioni subiecta erat Aeneae et duorum Antenoris filiorum. Vid. Homer. Il. 2, 819 sqq. conf. Strabone 12. p. 389. f. 565. et 13. p. 410. f. 596. Incolas Homerus modo *Dardanios* vocat, (Il. 2, 819.) modo *Dardanos*, (Il. 15, 425.) uti etiam monet Strabo 13. p. 407. f. 592. et de Virgilio idem Servius et Heyne ad Aen. 4, 662. etsi *Dardanus* de Aenea tantum intelligere malit Erythraeus in indice h. v. Passim latius utraque forma dicitur pro Troianus, ut Δάρδανος ἀνὴρ apud Homer. Il. 16, 807. At *Dardana Troia* dixit Ovid. Trist. 5, 10, 4. quo debet originem spectare, ut *Dardana gens* et *Dardanidae*, de quibus cf. Messala de progenie Aug. cap. 3 sq. Urbem conterminam Abydo facit Herodot. 7, 43. unde tamen 70 stadiis removet Strabo 13. p. 409. f. 595. quae repugnant, nisi novam Dardanum statuas, quae in priscae urbis dirutae locum successit, et ab ipso Strabone κτίσμα ἀρχαῖον vocatur. Nova igitur succrevit ab Abydo remotior, in qua Sulla cum Mithridate Eupatore de sancienda pace congressus est. (Strabo c. l. Plutarch. in Sulla cap. 24. in.) Tum vero rectius dicere debebat Dardanus de sua aetate, in quo tamen promiscuam aliorum formam secutus esse videtur. Inde vero Δαρδανὶς ἄκρα dicitur a Strabone 13. p. 409. f. 595. pro quo antea (p. 404.

ſ. 587.) dicit Δαρδάνειον ἄκρον. Promontorium h. Turcis eſt *Kepo-Bornou*, Europaeis *Capo Berbier* ſ. *Berbieri* ſecundum Pocockium T. 3. p. m. 152. qui in eius confinio ipſam urbem ponit.

ſepulcro) Αἰάντειον vocat Strabo 13. pag. 409. ſ. 595. prope Rhoeteum, et hinc Euſtathius ad Homer. Il. 2, 648. p. m. 237. Ita et vocat et locat Plin. 5, 33. ſ. 30. Male miſcet Solinus c. 43. ſ. 40. qui in Sigeo Aiacis tumulum ponit, in Rhoeteo Achillis, ut Ampel. cap. 8. Schol. Lucani ad 9, 963. et in primis Seneca Troad. v. 1120. Achillis enim tumulus ad Sigeum fuit. (Strabo 13. p. 410. ſ. 596. p. 413. ſ. 600. et hinc de utroque recte Servius ad Virgil. Aen. 6, 505.) Pococke T. 3. p. m. 153. Aeantei veſtigia in colle prope Rhoeteum ſe vidiſſe putat. Iuxta mare tamen fuiſſe, inde diſcitur, quod, cum a maris adluvione aditus factus eſſet, ex repertis eius oſſibus, quantus fuerit ille, adparuit. (Pauſan. 1, 35, 3. Philoſtrat. in Heroic. 1, 2.)

artius) Ob Thraciae Cherſoneſum prominenti ſeſe Aſiae orae opponentem. VADIANVS. *Adluit* proprium maris et fluviorum de tranſitu. *Burſus*, quia idem factum erat in freto Gaditano.

Dividens) Remota enim litora non dividit, ſed adluit; nec latus faciunt terrae, ſed litus. Ubi vero ſunt anguſtiae, ibi terminantia terrarum oras latera ſunt magis, quam litora. De illo vero loco ſic libro 5. [cap. 40. in. ſ. 32.] Plinius: *Impetum deinde ſumit Helleſpontus, et mare incumbit, vorticibus limitem fodiens, donec Aſiam abrumpat Europae.* VADIANVS. Initium Helleſponti a Trapeza promontorio poſt Rhoeteum ducit Plin. 5, 33. ſ. 30. *Qua fluit* ſc. Helleſpontus.

latera) Scilicet, quae prope ſe contingant, vel quae navigantibus utrimque appareant. SOONVS. I. e.

efficit, ut terrae, inter ſe anguſto ſpatio diviſae, iterum ſimiles ſint, ſicut ad fretum Herculeum. KAPPIVS *in ind. ſ. v. latera.* *Latera* in mari magno non eſſe ſupponit auctor, quia ab utraque parte nihil ibi videtur, niſi mare, cum in fluviis appareant terrae ſiniſtrae et dextrae. I. GRONOVIVS *MS.* 1. Sic lib. 1. cap. 3. in. dixit Europam Helleſponto latere adiacere, quod in aliis partibus de ea dici non poteſt.

CAP. XIX.

BITHYNIA, PAPHLAGONIA, ALIAEQVE PONTICAE ET MAEOTICAE GENTES IN ORA ASIATICA.

§. 1. *Interius)* Ex more de terris mediterraneis et a mari remotis dicit, ut obpoſita docent hic et alibi. Cf. not. crit. p. 558.

Bithyni) Gr. Βιθυνοί. Poetae priores ſyllabas producunt; primam tamen ancipiti uſu ponit Iuvenalis, de quo Ruperti ad 7, 15. An etiam *Bithynius* recte dici poſſit, diſputant viri docti ad Hirtium de B. Alex. c. 66. probantque. Regio ipſa vocatur Βιθυνία, etſi in numis ſub Auguſto et poſt Βειθυνία etiam occurrit. Olim Bithyni, quod tradit Strabo 12. p. 373. ſ. 541. *Myſi* dicti ſunt, quos Bithyniam inhabitaſſe 12. p. 389. ſ. 566. Scylacis fide adfirmat, nomenque tulerunt a Bithynis et Thynis Thraciae populis, (Herodot. 1, 28.) qui huc commigraverant. (Cf. et Schol. Apollon. ad 1, 1110.) Myſos vero etiam Homeri aetate in Thracia conſediſſe, probat Strabo 7. p. 204. ſ. 295. ut in priori loco Bebrycas antiquas Myſiae incolas Thraces exiſtimat. Herodotus 7, 175. refert Bithynos olim Thracas fuiſſe, Strymonios etiam dictos a flumine, quod accolebant, a Teucris et Myſis exactos, et poſt Bithynos adpellatos. Hinc Bithyni

Thraces paſſim dicuntur in Aſia, ut apud Thucyd. 4, 75. Scylac. p. 34. Hudſ. Cf. ad Xenoph. exped. Cyri 6, 4. in. Regio ipſa varia tulit nomina, in quibus ſunt *Bebrycia*, (Salluſtius in Iſidor. orig. 14, 3. Stephanus h. v. Servius ad Virgil. Aen. 5, 373. et in primis Appian. in Mithrid. c. 1.) unde *Bebrycium regnum* apud Valer. Flacc. 4, 99. qui cum Apollonio Argonautarum tempore Bebrycas novit, quos ex Myſia huc progreſſos eſſe refert Apollodor. 1, 9, 20. et Thracas ex Troiano bello reverſos dicit Appianus. Cf. etiam Berkel. ad Stephan. p. 214. *Mygdoniam* addunt Ammianus 22, 8. et Iſidor. c. l. quia Mygdones ex Macedonia huc migrarunt, quorum ſedes in hoc tractu adtingit etiam Strabo 12. p. 388. ſ. 564. Plura nomina adpoſuit Plin. 5, 40. ſ. 32. in quibus deſideratur *Mariandyna*, quam adſperſis quidem ſcripturae vitiis commemorant Syncellus p. 126. Ven. Ammian. c. l. et Iſidor. orig. 15, 1. etſi ita pro *Maliande* in Plinio etiam legere malit Harduinus. Unde Bithynia dicta fuerit, de eo cf. Appianus c. l. Stephanus et ibi Berkelius. Exorditur autem Mela ab interiori Helleſponto et inde ab Abydo ad Tium in Paphlagoniae confinio, ſic ut Mariandynos complectatur, vel, ſi hos excluſeris, ad Heracleam usque. Cf. §. 7. Strabo 12. p. 387. ſ. 563. definit Paphlagonia et Mariandynis ab ortu, Sangarii oſtiis usque ad Chalcedonem a ſeptemtrione, Propontide ab occaſu, et Myſia et Phrygia ab meridie. Et ſic alii modo latioribus modo artioribus terminis concludunt, ut Geographi docent, et ſingularum urbium deſcriptiones, pro aetatis ſuae quisque ratione, et variis mutationibus bello Mithridatico maxime inlatis, quare etiam Strabo de difficultate in conſtituendis terminis queritur 12. p. 388. ſ. 564. Quam autem perluſtrat hic oram Mela, eam proprie tenuerunt *Thyni*, ut diſerte monet Plinius 5, 43. ſ. 32. interiora *Bithyni*, quaſi *Bi-Thyni* praefixo articulo, quos tamen promiſcue hic ponit, ut ſolet, ex vicinia, et propter communem originem ex Thracia, (Strabo 12. p. 373.

f. 541.) unde etiam Xenophon de exped. Cyri passim, ut 7, 2, 12. Thynos in Thracia, et Thraciam in Asia (6, 4. in.) commemorat. Cf. Herodot. 3, 90. Post tulit usus, ut, quia Bithynia de tota hac regione diceretur, Thyni etiam Bithynis continerentur. Igitur Claudian. in Eutrop. 2, 246. *Thyni Thraces arant, quae nunc Bithynia fertur.* Promiscui usus exempla in poetis maxime sunt obvia. Cf. Horat. 1. od. 35, 7. et Mitscherlich. ad 3, 7, 3. Thyniae tamen memoriam servavit Ammianus c. l. quam Bithyniae partem facit. Contra hinc duplicem Bithyniam in Asia et in Europa circa Salmydessum producit Schol. Apollonii ad 2, 177. Olim fuit regio fertilis et opulenta, unde Apollon. Rhod. 2, 723. ἐριθηλέα γαῖαν vocat et Dionys. v. 793. λιπαρὴν χθόνα. Plura omnino conlegit Stuckius in Arriani peripl. Ponti p. 117 sqq. H. est pars *Anadoli* provinciae.

Mariandyni) Gr. Μαριανδυνοί. De scripturae variationibus vid. not. crit. p. 559. Poetae penultimam producunt, ut Apollon. Rhod. 2, 725. Valer. Flacc. Argon. 4, 171. *Mariandyniam* ipsorum regionem vocavit Eupolis teste Stephano, *Mariandenam* Ammian. 22, 8. qui Bithyniae partem dicit. Cf. supra. De causa nominis cf. Stephanus, Eustath. ad Dionys. v. 788. Schol. Apollonii ad 2, 140. 725. 785. Ex Thracia eosdem arcessit Strabo 7. p. 204. f. 295. Eorum fines ad Heracleam statuit Noster §. 7. cum quo consentiunt Xenophon de exped. Cyri 6, 2. in. et Scylax pag. 34. Huds. Bithyniam Strabo 12. p. 387. f. 563. profert ad Sangarium flumen, a quo Plinius 6, 1. Mariandynos sinus incipere dicit sequente Heraclea. Quae ex Herodoto 4, 38. de illo sinu ad Phoenicen posito obiiciuntur, meliori lectione expedierunt docti viri, qui consuli possunt praeter Holsten. ad Stephan. pag. 214. Boeotos olim eorum regionem tenuisse ex Euphorione notat Schol. Apollonii ad 2, 352. Fines eorum subinde mutati, vel varie notati

ex ſequentibus adparebunt. Quo ſitu Mela poſuerit, intelligitur ex lib. 2, 7, 2. ubi *Thyniada* eorum finibus admovet.

Graiae urbes) Quae fuit prudentia Graecorum, ut has anguſtias coloniis ſuis inſiderent, ita comparantes ſibi liberam navigationem verſus pontum, unde cogebantur petere ſuae artae regioni alimenta, praecipue frumenta et ſalſamenta. I. GRONOVIVS *MS.* Expertus ſubinde eſt haec commoda Xenophon in reditu ex Perſide, unde ſaepe πόλεις Ἑλληνίδας commemorat. Cf. 6, 6, 2. Contra 6, 4. in.

Abydus) Gr. Ἄβυδος penultima longa, quam tamen praeter morem corripit Avien. in perieg. v. 693. Incolae Ἀβυδηνοὶ etiam in numis et lapidibus. (Muratorius p. 1019, 3.) Antiquitas eius diſcitur ex Homero Il. 2, 837. Poſt Troica tenuerunt, ut alia in hoc tractu, Thraces, inde Mileſii, (Strabo 13. p. 406. ſ. 591.) quorum coloniam faciunt plures, (Thucyd. 8, 61. Athenaeus 12, 5. p. 524. Euſtath. ad Homer. c. l. et ad Dionyſ. v. 513.) idque Gyge Lydorum rege, cui tota illa regio tunc paruit, concedente factum, ſcribit Strabo. Diſſentit Scymnus Chius, qui v. 709. Aeoliorum facit coloniam, quos certe tamquam indigenas Seſtum tenuiſſe refert Herodotus 9, 115. De ſitu urbis ad fauces Propontidis et portu commodo adeundi Strabo c. l. et Polybius 16, 29. unde *fauces Abydenae* commemorantur a Virgilio Georg. 1, 207. τὰ κατ' Ἄβυδον στενὰ a Strabone 13. p. 401. ſ. 583. et ſimilia ab aliis. Cf. Oudendorp. ad Frontin. 1, 4, 13. Ab obpoſita Seſto brevi ſpatio marique diviſa diſtabat, 7 nempe ſtadiorum, (Herodot. 7, 34.) ubi Xerxes ponte Helleſpontum iunxit, de quo ad 2, 2, 7. Variam urbis fortunam enarrarunt Polybius 16, 29 ſqq. Livius 31, 17. Strabo 13. p. 496. ſ. 591. Incolae olim male audiebant ob fraudulentiam, calumnias et luxuriam,

unde iactatum proverbium μὴ εἰκῇ εἰς τὴν Ἄβυδον ſc. πατεῖν, quod addit Stephanus. Vid. de eo Schottus in proverb. Gr. p. 1. 294. et 308. Pantinus ad Apoſtol. p. 248. Euſtathius ad Homer. Il. 2, 836. p. m. 836. et quae ibi ex aliis addidit Politus T. 2. p. 771 ſq. de luxuria in primis Athenaeus c. l. Multi unum ex iis caſtris eſſe putant, quae vulgo *Dardanellen* vocantur. At nulla ibi conſpiciuntur rudera, nec in freti anguſtiſſimo loco illa poſita ſunt, ubi contra ſaxorum rudera conſpiciuntur. Vid. Dapper Beſchr. von Aſien p. 237. et de l'Archipel p. 488. ex Sponio. Cum porro Strabo 13. p. 409. ſ. 595. Rhodium fl. (h. *Chaie*) inter Abydum et Dardanum, quae urbes diſtabant invicem 70 ſtadiis, in mare deducat, qui nunc inter unum illorum caſtrorum effluit, facile adparet, quam falſa ſit vulgaris illa opinio. Vid. quae disſeruerunt de ſitu Pococke T. 3. p. 151. et d'Anville in deſcr. de l' Helleſpont in Memoires — de Paris T. 28. p. 333. qui Abydum ſtetiſſe olim putat, ubi nunc prominet ſaxum Nagara.

Lampſacum) Gr. ἡ Λάμψακος, ut plerumque Latini, qui tamen neutro etiam genere efferunt, de quo dictum eſt in notis crit. p. 561. Gentile *Lampſacenus*, paſſim etiam, quod omiſit Stephanus, *Lampſacius*. Vid. Martial. 11, 17. Gruter. inſcr. p. 95. et Cuper. ad calcem apotheoſ. Homeri p. 299. Antiquius nomen fuit *Pityuſſa* (Strabo 13. p. 405. ſ. 589. Plutarch. de virtut. mulier. p. 42. Opp. Vol. 7. Lipſ. Stephanus h. v. Plinius 5, 40. ſ. 32.) Homeri Il. 2, 829. Πιτύειαν eſſe, cum antea Laomedontia diceretur, ex Epaphrodito refert Stephanus, cum quo cf. Schol. Apollonii ad 1, 933. etiam de huius nominis cauſa, Orpheus in Argon. v. 484. ſ. 486. et Etymol. M. h. v. Strabo tamen 13. pag. 405. ſ. 588. Πιτύειαν a Lampſaco diſtinguit, et inter Priapum et Parium ponit, Lampſacum autem, ut ſeries docet, inter Abydum et Parium. Βεβρυκίαν Lampſacenorum agrum

a Bebrycibus incolis olim adpellatum fuiſſe Charon adfirmat ap. Schol. Apoll. ad 2, 2. De conditoribus et nomine deinceps. Scylax p. 35. Hudſ. in Phrygia, quam a Rhyndaco fl. et Myrlea ad Abydum profert, ponit; in Helleſponto Cicero in Verr. 1, 24. Strabo c. l. εὐλίμενον καὶ ἀξιόλογον, καὶ καλῶς συμμένουσαν vocat; εὔοινον Stephanus, πολυοινότατον Thucydides 1, 138. et quae ἀμπελόφυτον χώραν πολλὴν habuerit Diodor. Sic. 11, 57. f. qua de cauſa etiam Themiſtocli olim ab Artaxerxe dono data fuit, ut conſtat ex Thucydide c. l. Strabone 13. p. 404. ſ. 587. Stephano, Nepote in Themiſt. c. 10, 3. et Ammiano 22, 8. Locum ipſum εὐάμπελον Gergethium dictum adfirmat Strabo 13. p. 405. ſ. 589. Obſceno Priapi cultu maxime innotuit, de quo Athenaeus 1, 23. f. p. 30. ſ. 1, 54. qui Bacchum eundem eſſe addit. Cf. Ovid. Faſtor. 6, 345. Triſt. 1, 10, 26. Pauſan. 9, 31, 2. quare *Helleſpontiacum Priapum* in Virgilio Georg. 4, 111. huc refert Servius, et Demoſthenes, teſte Stephano, urbem a Priapo conditam fuiſſe tradiderat. Fata urbis perſequitur Vinding. in Hellene p. 428. Tulit eadem viros doctos, Charonem, hiſtoricum, Adimantum et Anaximenem rhetoras, — (Strabo c. l.) H. *Lamſaki.* De ſitu eius cf. Pococke T. 3. p. 162. qui praeter murum nulla ibi rudera vidit.

Phocaeis) Idem tradunt Stephanus, Polyaenus 8, 37. quare pro Φωκέων apud Stephanum ſ. v. Ἄβαρνος leg. Φωκαέων recte monetur, quae commutatio eſt frequens. Cf. ad 2, 5, 3.

nomen ex eo —) Alii, ut Stephanus, Polyaenus, Plutarchus c. c. l. l. a Lampſace puella ducunt. Cum Mela tamen facit auctor Etymol. M. p. 556. Ita vero fulminis ſignum datum Seleuco in condenda Seleucia, (Appian. in Syr. c. 58. in.) et de Harmate ſimile aliquid refert Strabo 9. pag. 278. ſ. 404. Cf. infra ad §. 14. de *Cycno.*

Parion) Gr. Πάριον. Gentile Πάριος, civis Παριανὸς fec. Stephanum, et hinc Παριανεὺς, etfi Scaliger ad Eufebii chron. p. 78. *Parianus* ducit a Pario, *Parius* a Paro. De Parius cf., fi cupis plura in utramque fententiam, Holften. ad Stephan. p. 245. et Salmaf. ad Solin. p. m. 246. *Parianus* apud Xenoph. de exped. 3, 7, 3. Plin. 4, 18. f. 11. — et in numis occurrit. Plinius 5, 40. f. 32. *Adrafteam* (ει) Homeri Il. 2, 828. putat, contra Strabo 13. pag. 404. f. 588. utramque fitu etiam diftinguit. At exftinctis urbibus pluribus in hoc tractu incolae alias fedes quaefierunt. Nomen a Pario Iafionis filio, quem etiam aliqui ipfum conditorem ferunt, (Stephanus h. v. Ammian. 22, 8. Arrianus apud Euftath. ad Homer. Odyff. 5, 125. p. m. 213, 46. et ad Dionyf. v. 517.) adeoque in numo *Pario Condit.* legitur. Cf. Eckhel. doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 460. et Holften. ad Steph. p. 245. Alii tamen aliunde colonos arceffunt, ut a Milefiis, Erythraeis et Pariis infulanis Strabo c. l. ab Erythraeis folis Paufan. 9, 27. in. Urbem maritimam portuque inftructam oftendit Strabo c. l. Plinii aetate colonia fuit (4, 18. f. 11. 5, 40. f. 32.) qualem etiam numi norunt, et quidem iuris Italici ex Ulpiani fide L. L. Digeft. tit. 5. Cf. de illa colonia Belley in hift. de l'academie — de Paris T. 25. p. 94 fqq. Fuerunt ibi, quod memorabile notat Strabo, ὀφιογενεῖς, Pfyllorum genus, qui a ferpente morfis mederi poterant, quem probant etiam Varro apud Prifcian. p. 894. in Putfchii fynt. (vulgo ibi *Pharii*) et Plin. 7, 2. Pococke Tom. 3. p. m. 162. ibi fitum iudicat, ubi nunc confpicitur vicus *Kimere,* quem d'Anville in Memoires — de Paris Tom. 28. p. 336. vocat *Kamaris.*

Priapos) Gr. Πρίαπος, unde Πριαπηνὸς, Πριηπὸς, Πριαπεὺς et regio Πριαπὶς apud Stephanum, quorum aliqua in auctoribus et numis leguntur. Vid. Holften. p. 262. et Rafche Lex. T. 4. P. 1. p. 51 fq. ubi additur

Πριαπειεων. Hellefponti urbem, ut priores alii etiam, dicit Stephanus; Myfiae minori dat Ptolem. 5, 2. in. cum Lampfaco. Fuit urbs maritima cum portu. (Strabo 13. p. 404. f. 587.) Conditores habuit Milefios, vel Cyzicenos, nomen a Priapo, quem et coluerunt. (Strabo c. l.) Prope *Caraboa* illi nunc fedem adfignat d'Anville p. 336. c. l. Ceterum eodem ordine urbes eas, etfi adlitis fcripturae vitiis, recenfent tab. Peutinger. 8. F. et Geogr. Ravenn. 2, 18. et 5, 19. ex quibus tunc ftetiffe videntur.

amoris commercio) Sic eleganter defcribit id, quod Abydenus prae amore feciffe dicitur, ut identidem transnataret ad urbem Seftum non aliter, quam videtur mercator cum mercibus fuis. — Hanc metaphoram transfert ad amorem, ficut Iuftin. [9, 1, 5.] fcribit, Philippum mutuatum fuiffe pecuniae commercium de piratica. I. GRONOVIUS *MS.* Ita vero etiam alias Sueton. in Calig. cap. 36. *commercium antiqui ftupri;* Valer. Max. 8, 2, 2. *libidinis;* Liv. 5, 15, 5. *fermonis* et fimilia. Ipfa hiftoria de Leandro et Hero in vulgus eft nota, quam et prolixius tractavit in carmine Graeco Mufaeus, Ovidius in epift. 18. et 19. elegantibus verfibus brevius defcripfit Virgil. Georg. 3, 258 fqq. Adlufit huc iterum Mela 2, 2, 7. Ipfam vero narrationem, quam aliqui explodunt, tuetur de la Nauze, poetarum quidem auctoritate numorumque fide, in Memoires de l'academie des infcrr. T. 7. p. 74. et 240.

refponfum erat) Verbum de oraculis folemne. Vid. Staveren. ad Nepot. 4, 5. f. et quos ibi laudat. Nempe confultantes, interrogantes fpectat.

fulfiffet) Prout in hoc fenfu λάμπειν ufurpatur Actor. 12, 7. Auctor Etymol. M. c. l. τὸ *fulfiffet* explicat: ἀστραπῆς γενομένης εἶδον τὸν τόπον καὶ ἔκτισαν τὴν πόλιν. In quo quidem cum Voffium offendiffet,

quod Lampfacenis illud oraculum datum fuiffe diceretur, I. Gronovius recte monuit, per prolepfin talia effe explicanda. Hanc vero nominis caufam fax ardens in numo eorum adpofita fervaffe videtur, quem indicat Rafche in Lex. num. Tom. 2. P. 2. p. 1442. Ceterum ea figna urbium conditoribus vel alio migrantibus data feruntur, ut Cadmo, (Ovid. Metam. 3, 10.) Carano, (Iuftin. 7, 1, 9.) Chalcidenfibus. (Vellei. 1, 4. in. ubi cf. Ruhnken.) Sic Galli auguriis, quas Dii dediffent fedes, quaerunt. (Livius 5, 34, 3.) Cf. praeterea Macrob. Saturn. 1, 7. Oracula vetera ap. Opfopoeum p. 12. et Heyne in excurfu 4. ad Virgil. Aen. lib. 4. Idem, quod hic, in urbium nominibus ftatuendis eveniffe paffim traditur, ut de Mycenis, Mycaleffo, Ardea, Cycno.

§. 2. *apertius)* Supra 1, 1, 5. *Propontis, ubi expandit.* Plinius 5, 40. f. 32. *Propontis adpellatur, ubi fe dilatat mare.* Stephanus recte explicat: ἡ πρὸ τοῦ Πόντου τοῦ Εὐξείνου θάλασσα, et Apuleius de Mundo p. m. 6. *veftibulum Ponti* vocat. Ponitur inter Hellefpontum et Bofporum Thracium, per quem Ponto iungitur. (Polyb. 16, 29, 7 fq. 4, 39, 2. 43, 1. alii.) Eius longitudinem a Troade ad Byzantium Strabo 2, pag. 86. f. 185. computat 1500 ftadiis, latitudine fere aequali. Confentit Agathemer. 2, 14. Aptius ad veram formam Herodot. 4, 85. latitudinem facit ftadiorum 500, longitudinem 1400. Thevenot Reifen Tom. 1. p. 25. a Gallipoli ad Conftantinopolim numerat 125 miliaria. Et fic alii aliter, prout initium menfurae ducunt. H. *Mar di Marmora* a praecipua infula.

Granicus) Gr. ὁ Γρανικὸς, apud Homerum Il. 12, 21. Ionica dialecto, accentu etiam retracto, Γρήνικος, quam formam praefert etiam Ptolemaeus 5, 2. cum Hefychio. Plinius 5, 40. f. 32. *flumen Granicum* in cafu recto, etfi 5, 33. f. 30. ufitate etiam *Granicus* cum aliis

habet. Prius igitur dixit, ut Horat. de arte poet. v. 18. *flumen Rhenum* et odarr. 4, 4, 38. *Metaurum flumen* et paſſim ſimilia leguntur. Oritur in Corylo, Idae montis cacumine, non procul a Scamandro et Aeſepo, (Demetrius Scepſius apud Strabon. 13. p. 414. ſ. 602.) unde inter Priapum et Aeſepum profluit per Adraſteum (ει) campum, (Strabo 13. p. 404. ſ. 587.) et tandem in Propontida excurrit. (Plin. 5, 33. ſ. 30. Ptolem. 5, 2. in.) Eius curſus intelligitur etiam ex itinere Alex. M. apud Arrian. de exped. 1, 12 ſq. quippe qui a Priapo ad Granicum proceſſerat; ita enim pro Πρίαμον πόλιν, quae nulla hic erat, cum Blancardo leg. arbitror ex Plinio 4, 24. ſ. 12. Cf. Holſten. ad Stephan. pag. 261. et Freinshem. in indice Curtii ſub Priapenorum urbs. In hodierno nomine variatur. Pococke T. 3. p. m. 163. adponit *Teker Chaie.*

pugna) Recte *nobilem* vocat, quippe quae a multis auctoribus celebratur, et per ſe magni ad Perſicum bellum fuit momenti, et Aſiam intra Taurum atque Euphratem Alexandro ſubiecit. Ita Strabo 13. p. 404. ſ. 587. Cf. praeterea Arrian. de exped. 1, 14 ſq. Plutarch. in Alex. cap. 16. Diodor. Sic. 17, 18 ſqq.

ſedet) De induſtria captatum, ut innuat fundamenta eius non eſſe in collibus, aut montano tractu, ſed in ſuperficie plana telluris, ut infra *vaſto mari adſidentes.* Ovidius Triſt. 1, 10, 29. deſcribit: *Propontiacis haerentem Cyzicon oris.* I. GRONOVIUS *MS.* Cf. Burmann. ibi et ad Valer. Flacc. 2, 636. Sic vero etiam alibi noſter *ſedere* ponit, ut 2, 2, 6. 3, 1, 9. Sed cf. de hoc et cognatis ad 3, 9. in. et in ſitu locorum, quae adtulit exempla, Wernsdorf. ad Avien. perieg. v. 732.

Cyzicum) Gr. ἡ Κύζικος; et ſic plerumque Latini efferunt; rarius, ut hic, neutro genere, de quo vid. not. crit. p. 561. Stephanus dicit urbem Propontidis, ut

alii, ſitam in Cherſoneſo, quod quidem reprehendunt ibi interpretes, cum alii inſulam faciant, noſter paene inſulam. Ipſa res ex Strabone 12. p. 396. ſ. 575. declaratur, ubi haec: νῆσος συναπτομένη γεφύραις δυσὶ πρὸς ἤπειρον — Hinc Schol. Apollonii inſulam antea fuiſſe ſcribit, poſt continenti iunctam paene inſulam factam. Cf. ad 1, 936. 940 ſqq. 962. ubi plura dedit. Mutationis illius auctorem indicat Plinius 5, 40. ſ. 32. *inſula*, inquit, *quam continenti iunxit Alexander.* Priora nomina fuerunt *Arctonneſus*, (Plinius, Stephanus) *Dolionis* ſ. *Dolionia* (Plinius, Callimach. apud Schol. Apoll. ad 1, 957. et hinc ipſe ad 1, 983. 1082. et 1115.) a priſcis incolis Dolionibus, quos quidem Strabo c. l. habitaſſe dicit ab Aeſepo ad Rhyndacum circa Cyzicum, et hinc Euſtath. ad Homer. Il. 9, 480. p. m. 673. ad Iſthmum Schol. Apoll. 1, 943. De ipſis autem Dolionibus cf. idem ad 1, 962. Berkelius et Holſten. ad Stephan. p. 307. et 102. Ipſe Stephanus dubia fide ex Homero commemorat. Tertium addit nomen Plinius *Dindymis*, de quo v. ibi Harduinus. Nomen impoſuit Cyzicus, (Mela, Schol. Apoll. ad 1, 948.) qui ex Theſſalia Doliones adduxerat, (Conon narrat. 41. Chron. Paſch. p. 65. Ven.) et hinc Dolionum rex vocatur ab Apollodoro 1, 9, 8. Cf. Muncker. ad Hygin. fab. 16. Hinc ipſa urbs *Haemoniae nobile gentis opus* praedicatur Ovid. Triſt. 1, 10, 3. At Mileſiorum coloniam fecit Anaximenes Lampſacenus teſte Strabone 14. p. 437. ſ. 635. ipſum Apollinem conditorem iactat Ariſtides T. 1. p. 237. 414. lebb. Apollinem numi, quod de inſtauratione intelligit Harduin. in operr. p. 88. Bithyniae urbem dicit Syncellus p. 304. Ven. metropolim provinciae Helleſponti magnam Malalas in chronogr. lib. 11. pag. 118. Sita autem erat ad duos pontes, quibus inſula continenti iungebatur, (Strabo 12. p. 396. ſ. 575.) ſecundum Melam in cervice paene inſulae, cum quo et alii conſentiunt. (Ovid. c. l. Valer. Flacc. 2, 636. Schol. Apollonii ad 1, 936. et Burmann. ad Ovidium et Valerium.) De voce

cervix in ſimili connexu cf. ad 1, 17, 3. Luculentiſſime ſitum deſcribit Ariſtides T. 1. p. 237. ed. Iebb. Duo eius portus commemorat Strabo lib. 12. c. l. ubi et plura ad eius laudem adferuntur et dignitatem. Add. Flor. 3, 5. et Ariſtides c. l. Alcibiadis tempore ἀτείχιστον fuiſſe, ſcribunt Thucyd. 8, 107. et Diodor. 13, 40. quod tamen Oudendorp. ad Frontin. 3, 9, 6. explicat: parum munitam. Innotuit in bello Mithridatico, Mithridatis maxime obſidione, (Strabo c. l. Appian. in Mithrid. c. 72 ſqq.) unde praemium libertatis tulerat, qua fruebatur Strabonis aetate, poſt ob violentiae crimina adverſum cives Romanos eripuerat Tiberius. (Tacit. Ann. 4, 36. et ibi Lipſius, Sueton. in Tiber. cap. 37.) Terrae motu concuſſam adiuvit liberalitas Hadriani. (Malalas in chronogr. lib. 11. p. 118. Ven.) Incolae dicuntur Κυζικηνοὶ in auctoribus et numis, unde poſſeſſivum adfert Stephanus Κυζικηνικός, quod vulgo legebatur in Ariſtophane de Pace v. 1176. ad quem cf. Brunckius et Invernizius. Hodie urbis exigua reſtant veſtigia, ex quibus amphitheatrum commemorat Lechevalier in voyage de la Propontide. Sed plura de iis contulerunt Pococke T. 3. p. 166 ſqq. et Lucas voyage dans la Grèce T. 1. p. 36 ſqq. 379 ſq. Stetit prope *Antaki*.

Minyis) De nominis origine multa dabunt Voſſius ad Valer. Flacc. 1, 310. Heyne ad Apollodor. 1, 9, 3. et 16. aliique, quos indicant et viri docti ad Stephan. ſ. v. Μινύα, ex quibus fere efficitur, ex Orchomeno circa Iolcum conſediſſe, et tamquam expeditionis principes pro Argonautis poni. Teſte Schol. Pindari ad Olymp. 14, 5. dicti etiam ſunt Μινυΐδαι vel, ut vult Heyne, Μινυάδαι. Necem autem hic commemoratam Argonautis imprudentibus tribuit etiam Apollodor. 1, 9, 18. ubi pleniorem habes hiſtoriam; ipſorum duci Iaſoni Hygin. fab. 16. Cf. Valer. Flacc. 3, 240. Apollon. Rhod. 1, 1032. Herculi Orpheus in Argon. v. 520.

Cyzicus nempe Pelafgos hoftes ratus, adgreffus et inde noctu interfectus eft.

Placia) Herodoto 1, 57. Πλακίη, Scylaci p. 35. Hudf. πόλις Πλακίου, pro quo Πλάκιον malit Voffius, aut Πλακίη; Stephano Πλάκη, πόλις Ἑλλησποντία, quod ex Πλακία contractum putat Berkelius, aut mutandum in Πλακίη. Plinius 5, 40. f. 32. ut Nofter, habet *Placia.* Strabo, Ptolemaeus eam ignorant. Ex Scylacis lectione vulgata Holftenius ad Stephan. p. 256. fententiam eorum confirmari poffe putat, qui Πλάκιον montem in illo tractu ponunt, et ad Homeri Il. 6, 425. Ὑπόπλακος et fimilia referunt, de quo cf. praeter Holftenium Schlichthorftius in Geogr. Homeri pag. 142. f. Maffeium, qui negaverat, Placiam urbem ad Hellefpontum et Propontida usquam fuiffe, refutat Weffeling. ad Herodot. 1, 57. Incola apud Stephanum Πλάκιος et inde Πλακιανὸς, quod legitur in Herodoti loco, unde repetiit Dionyf. Halic. 1, 29. Oppiduli veftigia fruftra exquirantur.

Scylace) Gr. Σκυλάκη, ut apud Herodot. 1, 57. Stephanum, qui citra Cyzicum ponit, et teftem producit Hecataeum. Eodem nomine commemoratur a Plinio 5, 40. f. 32. *Scylaceion* vocat Valer. Flaccus 3, 36. quod ex nexu et Rhyndaci vicinia intelligitur, etfi in varia difcedunt interpretes. Incola Σκυλακηνὸς et Σκυλάκιος apud Stephanum. In conditoribus Nofter refert Herodotum, Noftrum de fitu ad Olympum Plinius.

Olympus, ut incolae) Non fc. poetae tantum exteri, qui foliti erant paffim fic eum vocare ad differentiam montis eiusdem nominis. Sed hic poftea vehementer innotuit proelio Cn. Manlii contra Gallo-Graecos vel Galatas apud Livium 38, 20. et forfan hoc cognomen illi fuit additum, ut pateret, huc usque pertinuiffe

regionem illam, quae modo *Myſia*, modo *Aeolia* vocatur, quum fl. Rhyndacus illam terminet a Bithynia. I. GRONOVIVS *MS.* Sex omnino cognomines montes recenſent Strabo 10. p. 324. ſ. 470. et Schol. Apollonii ad 1, 598. de quo cf. ad 2, 3, 2. Ortelius h. v. adeo conquiſivit 12. *Myſium* vocant hunc plures, de quo et nominis cauſa dictum in notis criticis p. 564 ſqq. Deſcribit prolixius Strabo c. l. ex quo in ſumma eius parte erant magnae ſilvae, loca natura munita et recipiendis praedonibus apta; hinc adtingebat Bithyniam, illinc Troiam. Accolas idem vocat Ὀλυμπηνοὺς, quos etiam memorant Stephanus, et Euſtathius ad Homer. Il. 1, 18. p. m. 21. et ad Dionyſ. v. 810. Turcis hodie vocatur *Keshesh Daug*, mons monachorum, a monaſterio, quod in eo eſt poſitum. (Pococke T. 3. p. m. 175. qui illum adſcendit et deſcripſit.) Alii tamen, ut Dapper in Aſia p. m. 284. alia nomina adferunt.

§. 3. *Rhyndacum)* Gr. Ῥυνδακὸς, penultima correpta. (Apollon. Rhod. 1, 1165. Valer. Flacc. 3, 35. ubi *Rhundacus* maluit dare Burmannus, aliique.) Secundum Plinium 5, 40. ſ. 32. antea dictus eſt *Lycus.* Cf. Stuckius ad Arriani periplum Ponti p. 127. Poſtera aetate obtinuit nomen *Megiſtus*, (Schol. Apollon. ad 1, 1165.) vel, ut vult Holſten. ad Stephan. p. 275. *Maceſtus* ex Strabone 12. p. 396. ſ. 576. ubi quidem dicit Maceſtum a Rhyndaco excipi, unde forte commune natum eſt nomen. At Megiſtum a Polybio 5, 77. extr. etiam probari alii putant. Omnino tamen repugnat Euſtath. ad Homer. Il. 13, 771. p. m. 940. qui ſuo tempore Rhyndaci nomen eum ſervaſſe adſirmat. Oritur in Azanitide, Phrygiae parte, quam Ἐπίκτητον vocant Graeci, (Strabo c. l.) quare etiam eum Phrygiae adſcribunt Stephanus et Schol. Apollonii c. l. in ſtagno Artynia iuxta Miletopolim, (Plin. c. l.) quam urbem inter Cyzicum et Bithyniam ponit Stephanus; ſtagnum illud autem a Strabone 12.

p. 396. f. 575. Miletopolitin vocari exiſtimat Palmerius in auctorr. Gr. p. 338. Noſter fontes eius in ipſo Olympo ponit, quod ſic conciliari poteſt, ut eius aqua primum lacu conligatur. In curſu excipit Maceſtum aliosque fluvios, (Strabo, Plinius) Aſiamque et Bithyniam disterminans (Plinius) praeterfluit Apolloniam, cuius etiam ſitum et auctores et numi hic deſignant, et in Propontidem exoneratur prope inſulam Beſbicum, (Strabo) h. *Calolimno*, (Pococke T. 3. p. m. 169.) quam Stephanus ad Cyzicum ponit. Medio eum Ponto flavere ſcribit Valer. Flacc. 3, 35. Deducuntur inde variis formis vocabula, ut Ῥυνδακίδες προχοαὶ, (Apollon. 1, 1165.) Ῥυνδάκιοι προχοαί. (Orpheus Argon. v. 631.) Recentiores parum ſibi in hodierno nomine conſtant, ut adparet ex Lexicis Ortelii, Ferrarii. *Mehullith* vocat Pococke c. l.

angues) Ducta haec narratio videtur ex Metrodoro, quem eius auctorem nominat Plinius 8, 14. qui conſuli poteſt cum Aeliano in hiſt. an. 2, 21. ubi cf. Schneiderus. Idem de Aethiopicis ſerpentibus refert Phile cap. 66. Melam reddidit Boccatius de fluminibus h. v.

fugerunt) Notanda hic concinna brevitas in accommodatione apta verbi unius ad res diverſas, quae et alias ſimpliciter nexu adiuvatur, ut apud Palaephat. cap. 13, 5. σώζεσθαι εἰς τὴν γῆν. Sic *avocare*, *abducere*, *emittere*, *avertere*, de quibus Drakenb. ad Liv. 1, 57, 8. 6, 23, 8. et alibi.

hiant) Non ut aera captent, ſed, quidquid prope eſt, ſimul adtrahant, unde Cic. in Verrin. 3, 8. iungit *hiare* et *poſcere*. Sic Pedo Albinovanus in conſol. ad Liviam v. 97. *non animam adpoſito fugientem excepit hiatu.* I. GRONOVIVS *MS.* Poſterius veterum morem ſpectat ſatis notum in moribundis, Gr. ψυχορϕεῖν, de quo viri docti ad Virgil. Aen. 4, 684. et omnino Kirch-

mann. de funeribus Roman. 1, 5. Hic ad captandam praedam refertur, cuius fervidam cupiditatem indicat verbum *hiant.* Confuli poteſt praeter Philen Aelianus, qui luculentius illam venationem deſcribit, etſi in quibusdam variat.

ferantur) De avium volatu ſimpliciter, cum et alias addatur *pennis*, (Virgil. Aen. 3, 258.) vel *volatu*, (Catull. 55, 24.) aut ſimile aliquid.

Daſcylos) Effertur varie. Δασκύλειον Strabo 12. p. 396. ſ. 575. Herodot. 3, 120. 126. 6, 33. Ptolem. 5, 1. Δασκύλιον Xenophon hiſt. Gr. 3, 4, 13. 4, 1, 15. Hierocles p. 693. Stephanus, etſi hic ſ. v. Βρύλλιον per ει etiam prodit. Sic ipſi libri auctorum variant, nec minus derivatum Δασκυλῖτις et Δασκυλεῖτις in ipſo etiam Strabone. Si verus eſt Galbae numus apud Goltz. p. 213. praeferri debet ι. Plinius 5, 40. ſ. 32. cum Noſtro habet *Daſcylos*, et ſic Δασκύλου κώμη apud Athen. 2, 5. ſ. 17. et Pauſan. 4, 35, 6. etſi propter Cardiae viciniam, Voſſio etiam ad h. l. indice, ad hanc referri certo non poteſt. De nominis cauſa cf. Stephanus et Voſſius in notis criticis. Urbs ſita erat ad lacum, Δασκυλῖτις λίμνη Straboni, eadem et alias Ἀφνῖτις, ut tradit 13. p. 404. ſ. 587. Niſi eadem, certe in vicinia fuit Ἀσκανία λίμνη, quam in Daſcylitide terra ponit Dionyſ. Halic. 1, 47. m. Cf. etiam Strabo 12. p. 389. ſ. 565. Ptolem. 5, 1. Plin. 5, 43. ſ. 32. Non ignobilem olim fuiſſe urbem docet Δασκυλῖτις σατραπεία apud Thucyd. 1, 129. Occurrit etiam Δασκύλιον in notitiis epiſcopatuum. Plinius c. l. in ora ponit. Hodie ſitus quaerendus videtur, ubi adparet *Montagne.*

Myrlea) Gr. Μύρλεια, unde Μυρλεανὸς et Μυρλεάτις de agro apud Stephanum. Conditor fuit Myrlus, Colophoniorum dux, (Stephanus) quos omnino commemorat cum Plinio 5, 43. ſ. 32. Mela. Alii aliter apud

Stephanum. Evertit eam Philippus, rex Macedoniae, Perſei pater, deditque Pruſiae, Bithyniae regi, ſocio, qui inſtauratam ab uxore *Apameam* (Gr. Ἀπάμειαν) nominavit, (Strabo 12. p. 388. ſ. 563.) etſi in ea nominis cauſa alii discrepant. Vid. Stephanus ſ. v. Ἀπάμεια et Μύρλεα, et quae monuit Caſaubonus ad Dion. Chryſoſt. orat. 41. p. 527. ed. Reisk. et de ipſa nominis mutatione Euſtath. ad Homer. Il. 2, 856. p. m. 275. ad Il. 11, 632. p. m. 816. Suidas ſ. v. Ἀσκληπιάδης. Plinius c. l. *Apamea quae nunc, Myrlea Colophoniorum.* Hinc antiquiores unice Myrleam proferunt, ut Scylax p. 35. Hudſ. recentiores fere Apameam, ut Ptolem. 5, 1. aliique plures. Mela, ut ſolet, antiquum retinuit. Numi utrumque coniungunt Απαμεων Μυρλεανων. Vid. Eckhel doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 405. Φρυγιανὴν πόλιν vocat Euſtath. ad Homer. Il. 11. c. l. Bithyniae ab aliis accuratius tribuitur. In ora ponunt cum Mela Ptolemaeus et alii, tantum Plinius 5, 40. et 43. ſ. 32. ad interiora inde removet. Illos probat in primis Dio Chryſoſt. in orat. 40. p. 174. ed. Reisk. Poſtero tempore coloniam Romanam factam eſſe, diſcitur ex Strabone c. l. Pliniis 5, 43. ſ. 32. et in epiſt. 10, 56. confirmantibus idem numis, quorum recenſum egit Seſtinius. (Lettere P. 3. p. 11.) Civis Ἀπαμεὺς, unde Απαμεων in numis. In Plinii tamen epiſt. c. l. *Apamaei* etiam ſcribitur. Ceterum tres Apameas a Seleuci uxore nominatas commemorat Appian. in Syr. cap. 57. plures Stephanus h. v. In eius vicinia nunc ſtat urbs *Montagne.* (Pococke T. 3. p. m. 180. Wheler voyage T. 1. p. 209.)

§. 4. *ſine nomine)* Mirum hoc poſſit videri, cum tamen alii omnes *Cianum* vocent, ita dictum a Cio, ut ſequens *Olbianus* ab Olbia. Verum *ſine nomine* hic accipiendum eſt pro *ignobilis.* VOSSIVS. Cum Cios urbs ſatis floruerit divitiis et commerciis, mirari certe oportet, cur non inde *Cianus* ſinus dictus ſit. Sed

recte auctor noſter, cum iſta appellatio nuspiam occurrat. I. GRONOVIVS *MS.* Voſſio adſentiuntur Burmannus MStus et Arntzenius ad Pacati Panegyr. cap. 45. *Sine nomine* utique de obſcuris ſaepe dicitur, ut in Graecis ἀνώνυμος pro ἄσημος, et contra ὀνομαστὸς pro ἐπίσημος, ἔνδοξος. Apertum hoc eſt in primis, ubi ipſa nomina propria adduntur, ut in Floro 3, 16, 1. *C. Gracchus homo ſine nomine.* Sic Ovid. Metam. 9, 679. Virgil. Aen. 9, 343. Sil. Ital. 12, 317. Sed plura dabunt omnino Perizon. in orig. Babyl. c. 11. p. 218 ſq. Burmann. et Cerda ad Ovid. et Virgil. c. c. l. l. Hic tamen propria ſignificatio tenenda videtur, quae valet ad geographicam locorum notationem, cum praeterea alibi ſic Mela loquatur, ut 3, 6, 1. 2 et extr. Nec aliter intellexiſſe videtur Plinius 5, 40. ſ. 32. quia ſimpliciter dicit: *Poſtea ſinus, in quo flumen Aſcanium.* Porro etiam Strabo 12. p. 388. ſ. 563. tantum: τῷ Ἀστακηνῷ κόλπῳ ἄλλος συνεχής ἐστιν, ad quem Cium ponit. Denique obpoſitio nominis *Olbianos* diſerta id ſatis hic probat. Neque tamen plane *ſine nomine* illum ſinum fuiſſe, adparet ex Scylace p. 35. Hudſ. ubi Κιανὸς vocatur, et ſic poſt a Conſtantino Porphyrog. de them. 1, 17. Nomen igitur Melam latuit, aut Mela ſcriptorem ſecutus eſt, qui id, antequam Cios emporium evaſit, tradiderat.

Cion) Gr. Κίος, pro quo Κεῖος vitioſe ap. Steph. ſ. v. Προῦσα. Cives Κιανοὶ penultima producta; Apollon. Rhod. 1, 1354. Theocrit. 13, 30. ubi Schol. *Κιανοὶ, οἱ τὴν Κίον οἰκοῦντες.* Et ſic in numis Κιανων occurrit. Hinc Κιανὶς γαίῃ Apollon. 1, 1177. De cauſa nominis et origine varia adferunt auctores. Sic Herculem conditorem, ab expeditione Colchica reducem, Strabo c. l. et ex eo Euſtath. ad Dionyſ. v. 806. Polyphemum habent Apollon. 1, 1321. et 4, 1470. cum Schol. et ex eo Eudocia in violario p. 341. Apollodor. 1, 9, 19. A Cio, qui Mileſios colonos deduxerat, nomen impoſitum tradit

Ariſtoteles ἐν Κιανῶν πολιτείᾳ apud Schol. Apollonii ad 1, 1177. 1344. a Cio, Olympi filio, Schol. Theocriti 13, 30. Hygin. fab. 14. ubi cf. notata. Verius a Cio fl. quem commemorant Scylax p. 35. Hudſ. Plin. 5, 40. ſ. 32. et alii, dictum cenſet Heyne ad Apollodor. c. l. etſi et huius nomen a Cio, Mileſiorum duce, petit Schol. Apoll. ad 1, 1344. Conditores omnino Mileſios indicat Plin. 5, 40. ſ. 32. veteres incolas Schol. Apoll. ad 1, 1177. Myſos, Caras et Mileſios. Situs eius ex nexu patet. *Phrygiae emporium* vocat etiam Plinius, 5, 40. ſ. 32. hac tamen addita explicatione: *non procul accolentis, conditum in loco, qui Aſcania Phrygiae vocabatur.* Nempe erat etiam Aſcania Phrygia propius Troiam, quam ab Homero Il. 2, 863. innui putat Strabo 12. p. 388. ſ. 564. Circumfluebat Cium fluvius cognominis; (Schol. Apollonii ad 1, 1177.) mutationem ſubiit ſtatus et nominis. Captam enim vaſtavit Philippus, Demetrii filius, Perſei pater, deditque συγκατασκάψαντι Pruſiae, ut refert Strabo 12. p. 388. ſ. 563. et in primis Polybius 15, 21 ſq. Pruſias novam ex ruderibus excitavit et a ſe *Pruſiada* adpellavit. (Strabo c. l.) Turbant tamen hic auctores. Sic Memnon ap. Photium cap. 29. p. m. 727. Pruſiada Κίερον antea dictam fuiſſe refert, quod repetit cap. 43. p. 738. unde et cap. 20. Κιερανοὶ dicuntur. Salmaſius ad Solinum p. m. 616. et 624. quia Κίος eſt aliis omnibus, emendat Κίειον πόλιν, uti Τίειον πόλιν dixerint pro Τίον. Scaliger tamen in notis MSStis apud Strabonem c. l. emendat Κίερος pro Κίος. At Memnonem erraſſe, dum Cieron pro Cio ſcripſit, pluribus evincere niſus eſt Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 2. p. 434. in primis eo, quod ad mare ibi ponitur. Maior dubitatio in poſteriori nomine urbis eiusque ſitu obiicitur. Quidam enim *Pruſiada* vocant, ut Memnon, Strabo, Stephanus, Euſtathius ad Dionyſ. v. 809. Alii *Pruſiadem* et *Pruſiam* promiſcue dictam referunt, ut auctor Etymol. M. h. v. nec Strabonis libri ſatis ſibi conſtant. Alii, ut Stephanus, utrumque

nomen diſtinguunt. Tum Ptolemaeus 5, 1. duas omnino Pruſas commemorat, unam iuxta Hypium fl. alteram iuxta Olympum montem, Pruſiada autem in ora ad Aſcanium lacum. Plinius 5, 43. ſ. 32. tres Pruſas, Pruſiada nullam novit, unam ſub Olympo, alteram prope Nicaeam (quam et adtingit Dio 74, 6. ubi cf. Reimarus) tertiam ſub Hypio monte. Poſteriores, ut Hierocles p. 692. Geogr. Ravenn. 5, 9. tabula Peutinger. 8. F. modo Pruſiam commemorant, modo Pruſiada, ut vix diſcernere liceat. Noſtra *Pruſias*, cum ceterae nimis a curſus progreſſione hinc diſtent, fuit ad Aſcanium lacum, ubi ponit Ptolemaeus, et in maritimis urbibus, ubi Cios antiqua ſtetit (Plinius 5, 40. ſ. 32.) ad Cianum ſinum. (Strabo c. l.) Hinc discriminis cauſa in numis legitur Προυσιεων *προς θαλασσηι* (Eckhel c. l.) et Προυσιεις *απο θαλασσης* in epigrammate apud Muratorium pag. 1073. Hanc equidem ſummam ex auctorum indiciis confeci. Qui plura ab aliis disputata deſiderat, adire poteſt Cellar. in Geogr. ant. 3, 8, 6. Holſten. ad Stephan. pag. 263. Berkel. ad eundem p. 648. Politum ad Euſtathium in Homer. T. 2. p. 790. qui unam tantum Pruſiada agnoſcit, Cianam, reliquas duas Pruſas, et in primis Salmaſ. c. l. Revixit tamen vetus nomen, ut docent poſteriores auctores antea memorati. Hodie vocatur *Gemblic.* (Pococke T. 3. p. m. 179.)

Phrygiae) Gr. Φρυγία. Incolae Φρύγες, unde Φρύγιος, Φρυγικός. De nominis origine disſerunt auctores hiſt. univerſ. Vol. 4. p. 553. et inde Guthrie et Gray Tom. 2. p. 105. Terminos, veteres maxime, difficulter diſtingui poſſe, monuit ipſe Strabo 12. p. 388. ſ. 564. et ſic de poſterioribus ambigi docuit Cellarius in Geogr. ant. 3, 4, 31 ſq. De ipſa regione, quam Mela hic tantum et quaſi ad viam adtingit, potiora delibabo. Mela cum aliis Bithyniae facit finitimam, quae fuit Phrygia maior; auctores enim, ut Ptolem. 5, 2. Phrygiam etiam

minorem commemorant, in qua Troada ponunt. Cf. etiam Strabo 2. p. 89. f. 129. 12. p. 393. f. 571. Sed et veteres Phrygiam eo proferunt, atque hinc Troianos faepe Phryges vocant, ut Propert. 4, 1, 2. Parin, Anchifem aliosque Ovid. epift. 16, 196 fqq. Tragicos Graecos id maxime feciffe et ad alios propagaffe notant Strabo 12. p. 395. f. 573. et Euftathius ad Homer. Il. 2, 862. p. m. 476. cum ipfe Homerus utrumque populum diftinguat, et Phrygiam inter Afcanium lacum et Sangarium fl. contineat. (Il. 2, 862 fq. et Il. 16, 719.) Nempe quod Strabo 12. p. 389. f. 565. refert, Phryges et Myfi poft Troiam dirutam haec loca occuparunt. Tertiam Phrygiam commemorat Euftathius ad Dionyf. v. 815. *Epictetum*, quam Strabo cum Phrygia ad Hellefpontum circa Olympum coniungit.

haud longe) Plin. 5, 40. f. 32. mutatis verbis eadem fic reddit: *quod fuit emporium non procul accolentis Phrygiae* i. e. finitimae.

Olbianos) Nomen traxit ab *Olbia* urbe, quam commemorant praeter alios etiam Plinius 5, 43. f. 32. et Stephanus h. v. qui tamen male diftinguit Olbiam in Ponto et in Bithynia, ut ibi monuerunt viri docti; Ponti enim et Bithyniae confinia faepe mifcentur. Ptolemaeus 5, 1. in Bithynia ad Propontidem ponit, ubi et Mela oftendit Olbianum finum; Plinius in ultimo Afcanio finu, qui nullus eft, pro lacu. Inde vero error natus eft, quod Nicaeam antea dictam fuiffe addit. Vere enim Nicaea fita erat ad lacum Afcanium, at, ut ipfe lacus, procul a mari. Cf. etiam Cellarius in Geogr. ant. 3, 8, 32. Mannert Vol. 6. P. 3. p. 570. Sed de recentiori nomine turbant tamen alii. Nempe Stephanus f. v. Νικομήδεια hanc dicit olim Olbiam dictam fuiffe, cum plures Nicomediae antiquius nomen Aftacum referant, ut Paufanias 5, 12, 5. Trebellius Pollio in Gallienis duobus cap. 4.

Cedrenus in hift. p. 133. Ven. Tum vero Aftacus antea Olbia fuerit, et nominis huius caufa inde exftiterit, quod Aftacus Neptuni et Olbiae filius Aftacum urbem condidit. Vid. Stephanus h. v. et ad eum Berkelius et Stephanus p. 592. et 225. Sunt denique alii, qui Aftacum, Olbiam et Nicomediam feparant, in his Ptolemaeus 5, 1. quae quidem intelligi non poffunt, nifi antiqua tempora recentioribus mifceri et deleta excitari ftatuamus, quo nomine Ptolemaeus etiam in aliis reprehenditur. Exempla dabit Salmafius in Solinum p. m. 828. Male tamen aliunde intrufa illa non temere iudicat Mannert p. 580. Omnium maxime errat Plinius, cum contra omnes Nicomediam a Nicaea diftinguat, utramque etiam terrae motu conlapfam ab Hadriano refectam fuiffe diferte narret Cedrenus p. 197. Reftat igitur, quod alii tradunt, Nicomediam ex Aftaco natam fuiffe, de quo deinceps. Quod vero Nofter *Olbianum finum* dixit, fecutus eft antiquam adpellationem, dum ftetit Olbia cum portu; et fic refert etiam Scylax pag. 35. Hudf. Poftea enim, Melae etiam aetate, Aftacenus finus dictus eft. Cf. Strabo 12. p. 388. f. 563. Plinius 5, 43. f. 32. — Sic et Nicetas in annalibus de Ifaacio Angelo 1, 5. in. H. *Golfo di Comidia* (Harduinus ad Plin.) vel *Ifmit*, quod eft Nicomediae recens nomen. Cf. Pococke T. 3. p. m. 140. *Ifmid* Zannoni in tabula.

promontorio) Plinius 5, 43. f. 32. fic: *Leucatas promontorium, quo includitur Aftacenus finus.* In Ptolemaeo 5, 1. hic indicatur Ἀκρίτας ἄκρα. Sed de Neptuni fano nihil uterque. Apte vero *fert*, quafi oftentat confpiciendum. Contra 1, 17, 1. de flexu: *cingit oraculum Apollinis.* Ceterum folebant promontoria Neptuno maxime confecrare, de quo cf. ad 1, 17, 1.

Aftacon) Plinius 5, 43. f. 32. in cafu recto *Aftacum.* Gr. Ἄστακος, unde Ἀστακηνὸς κόλπος, de quo

antea. Alia adiectiva recenſet Stephanus, qui etiam de nominis cauſa ab Aſtaco exponit, quocum conf. Memnon cap. 21. apud Photium p. 722. qui etiam Megarenſium cum Mela coloniam facit. Athenienſes ſocios addit Strabo 12. p. 388. ſ. 563. Addit idem, inſtauraſſe eam Doedalſum, deſtruxiſſe Lyſimachum. Memnon c. l. Athenienſes, poſt Megarenſes ſub Dydalſo (ſic) incoluiſſe et tum opibus creviſſe ſcribit. Aliquantum recedit Pauſanias 5, 12, 5. qui Zypoeten, Thracem, conditorem memorat, ex ipſoque nomine adſtrui poſſe putat. Uterque quidem in regibus Bithyniae prodit, de quo cf. Sevin in Memoires — de Paris T. 18. p. 489 ſqq. ſed poſteriorem Aſtaco fuiſſe Zypoetem ſ. Zipoetem ſatis ex Memnone diſcitur. Cf. Liv. 38, 16, 18. et ibi notata. Sed condere et κτίζειν latius ſaepe et de inſtauratione dicuntur. Gravior movetur diſputatio de poſteriori urbis nomine, quod Nicomediam fuiſſe multi tradunt, ut Strabo c. l. Pauſanias c. l. Ammian. 12, 8. Trebell. Pollio in Gallienis duobus cap. 4. Euſebius an. 1807. Minus tamen id accurate vereque tradi, graviores docent teſtes. Ita Strabo 10. p. 516. ſ. 459. non ſolum Aſtacum prope Nicomediam commemorat, ut Memnon e regione Aſtaci poſitam, ſed et in ſuperiori loco dicit, Aſtacum a Lyſimacho dirutam et incolas Nicomediam traductos eſſe. Lyſimachus autem aequalis fuit Zypoetae, quo patre uſus eſt Nicomedes ille. Ex deleta igitur Aſtaco crevit circa idem tempus dicta Nicomedia, quae urbs propter deductos eo Aſtacenos antea ſtetiſſe debet. Conditorem tamen alii faciunt Nicomediae Nicomedem, veluti Strabo, Memnon, Stephanus. Sed plura de hoc diſſeruit Salmaſ. ad Pollionem c. l. et ad Solin. p. m. 617. Mela, qui Aſtacum tamquam ſuperſtitem ſuo tempore producit, ſuo more antiqua refert. Strabo enim de ea dicit ἦν, Plinius *fuit*. Poſteriores etiam ſolam hic habent Nicomediam, ut Hierocles p. 691. Geogr. Ravenn. 5, 9. tab. Peuting. 8. C. Aſtacenum tamen ſinum et ſic multi, ut ſupra dictum, memorant. Poſt

tamen *Nicomedicus* eſt dictus, ut et hodie, cum nautae Nicomediam vocant *Comidia.* In tabula Peuting. ex ed. Scheybii illud nomen, quod antea legebatur, quacumque de cauſa evanuit. Ipſa Nicomedia ſub imperatoribus maxime floruit et pulcerrimis aedificiis et operibus exſplenduit, quae deſcripſit Libanius in monodia de Nicomedia terrae motu (imperante Conſtantio) devaſtata. Metropolim et primam Bithyniae ferunt Dio Chryſoſtomus in orat. 38. p. 144. Reisk. et numi. (Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 430 ſq.) Innotuit nunc nomine *Ismit.* (Pococke T. 3. p. m. 140.)

§. 5. *propiores*) Plinius 5, 43. ſ. 32. *rurſus coeuntibus terris anguſtiae.* Noſter ſupra 1, 1, 4. *litoribus ex diverſo prope coeuntibus in artum agitur*, et deinceps: *ubi iterum ſe preſſit.* Plinius 4, 24. ſ. 12. *rurſus* (aequor) *in artum coit.* Et ſic alii variata forma.

exituri) Videtur putare, mare Aegaeum exire in Pontum, et magis quidem aperte id indicavit 1, 1. ubi a freto Gaditano venire mare internum dicit, et varios flexus et mutationes ſubire, dum paludi Maeotidi committatur. Sic et Strabo 2. p. 85. ſ. 124. ἐκδίδωσι. At falſum hoc eſſe praeter veteres plures auctores, quos laudat Harduinus ad Plin. 2, 100. ſ. 97. adfirmant etiam recentiores. Ex multis cf. Gyllius de Boſporo Thracio lib. 1. cap. 1. et 4. Tournefort voyage T. 2. lettre 15. p. m. 400 ſq. Ipſum tamen fluxum eſſe rapidum et modo huc, modo illuc ferri et referri, adfirmat Gyllius 1, 4. c. l. et ex veteribus docuit Polybius 4, 43. Duplicem alii fluxum commemorant, ſupernum, qui in Propontidem ex Ponto feratur, internum, qui in Pontum tendat, ut Procopius de B. Goth. 4, 6. et Macrob. Saturn. 7, 12. Ex qua opinionum diverſitate nunc ἐκβολαὶ, nunc εἰσβολαὶ Πόντου in auctoribus indicantur. Totum autem fretum Noſter vocat *canalem*, et poſt partibus deſignat.

ſtadiis quinque) Variant, ut ſolet in his, auctores. Strabo 2. p. 86. ſ. 125. τετραστάδιον facit, ut ante Herodotus 4, 85. poſt Agathemer. 2, 14. de quo deinceps, Phi. Strat. imagin. 1, 12. et Euſtath. ad Dionyſ. v. 140. Plinius 4, 24. ſ. 12. eadem menſura latitudinem D. P. quocum ex more conſentiunt Solinus c. 18. ſ. 12. et Martian. Cap. lib. 6. p. 213. quinque circiter ſtadia numerat Polyb. 4, 43. ſtadia 6 Agathemer. 1, 3. ſecum pugnans, unde numerum corruptum cenſet Tennulius. Quae quidem discrepantia a locorum variorum terminis intelligitur, cum anguſtiſſimus ſit Boſporos ad fanum Iovis, minus ad Hermaeum promontorium, uti docuit Gyllius de Boſporo 1, 3. p. 49. qui ipſe 4 ſtadiorum latitudine eſſe ſolo quidem oculorum iudicio adiutus cenſet, cum ab alia menſura accolae eum deterruiſſent. Tournefort voyage T. 2. lettre 15. p. 398. latum dicit circiter 1 miliare Gallicum, ad Hermaeum 800 paſſus. Hinc vero Plinius lib. 6. in. adfirmat, cantus canumque latratus invicem audiri, vocis etiam commercia inter duos orbes manente conloquio, niſi cum id ipſum venti auferant. Eadem in ſtatuenda longitudine ex terminorum variis intervallis notatur diverſitas, et aliqui 120 ſtadia ſ. 15 M. P. adferunt, de quo tamen, quia ad Noſtrum proxime non valet, cf. Gyllius 1, 2. c. l. et Tournefort c. l. de difficili navigatione Polybius 4, 43.

disterminat) Sic Aeſchylus in Prometh. v. 796. Boſporum Cimmerium ἠπείρων ὅρον vocat.

Boſporus) Gr. Βόσπορος, dictus a *bubus meabili tranſitu.* (Plin. lib. 6. in.) Huc referunt fabulam de Io in vaccam mutata, quae illud fretum traiecerit, (Apollodor. 2, 1, 3. Dionyſ. v. 1140. Schol. Apollonii ad 1, 1114. 2, 168. —) etſi id alii de Cimmerio referunt, ut Aeſchylus in Prometheo v. 739. Hyginus fab. 145. — unde et hic a Callimacho in Dian. v. 254. βοὸς πόρος

Ἰναχιώνης vocatur, alii de utroque intelligunt, ut Ammian. 22, 8. Euſtath. ad Dionyſ. v. 140. Sed de hac aliisque nominis cauſis conferri poſſunt Euſtath. c. l. Schol. Apollonii ad 2, 168. qui etiam πάντας τοὺς στενοὺς πορθμοὺς ita vocari tradit, et quae ex recentioribus notarunt Cellarius in Geogr. ant. 2, 6, 33. Gyllius de Bosporo 1, 1. Stuckius ad Arrian. peripl. Ponti p. 109 ſq. Antea πόρον Θράκιον dictum fuiſſe, adfirmat Apollodorus c. l. Poſt idem etiam vocatus eſt Μύσιος Βόσπορος ab accolis, ut tradunt Strabo 12. p. 389. ſ. 566. Arrianus apud Euſtath. c. l. Schol. Apollon. c. l. poſt uſitate Βόσπορος Θράκιος, etſi Θρακικὸς etiam ex Philea refert Schol. Aeſchyli ad Aiacem v. 879. Hinc vero Strabo evincit, Myſos Thraciam gentem fuiſſe. Herodotus, etſi Thracium (Θρηΐκιον, ut poetae) etiam nominat 4, 83. poſt cap. 85. ab urbe adſita deſignat Βόσπορον τῆς Καλχηδονίης. Alii porro varie denotant, ut *Boſporium mare*, (Ovid. Triſt. 2, 298.) κατὰ Βόσπορον πορθμὸς, (Aelian. hiſt. anim. 15, 8.) τὸ στόμα τοῦ Πόντου, (Xenoph. de exp. Cyri 6, 4. in.) πορθμὸς ἐπὶ τοῦ στόματος τοῦ Εὐξείνου πόντου, (Procop. in hiſt. arc. cap. 25. in.) τὸ στόμα, ſc. τοῦ Πόντου, τὸ κατὰ Βυζάντιον καὶ Χαλκηδόνα, (Strabo 12. p. 387. ſ. 563.) et ſic omnino vocem στόμα plures adhibent, ut Aeſchylus in Perſis v. 875. Herodotus 4, 85. 118. Dionyſ. v. 140. Polyb. 4, 39, 4. ut modo Πόντου addant, modo Βοσπόρου. Et ſic Latini vocant *os Ponticum*, (Tacit. Annal. 2, 54. in.) *oſtia Ponti*, (Priſcian. in perieg. v. 135.) *oſtium Ponti*, (Cic. in Tuſcul. 1, 20. in.) qualia conlegit etiam Stuckius ad Arrian. pag. 110. c. l. Noſter diſtinctius totum vocat *canalem*, eius partes *fauces* et *os*. Veteres fere incipiunt inter Byzantium et Chalcedonem et finiunt ad templum Iovis Urii, ut Herodotus 3, 85. Dionyſius apud Strabon. c. l. Menippus apud Stephan. ſ. v. Χαλκηδών, Polyb. 4, 39, 4. cum anguſtioribus terminis concludi verius debeat, uti monet Tournefort T. 2. lettre 15. p. 397.

Recentiores Graeci Gyllii aetate nominarunt λαιμὸν, nunc, quod refert Bioernſtahl (Briefe P. 4. p. 347.) *to Bogazi tis mavris thalaſſas.* Nos vulgo: *Meer-Enge von Konſtantinopel.* Ceterum memoratur etiam *Boſporus* urbs, unde *Boſporani* dicuntur.

faucibus) Sic has quoque partes ab ſimilitudine humani corporis deſignat, intelligens initia maxime anguſta, ſicut in urbe Roma dicit Martialis 2, 17, 1. *Suburae fauces primae.* I. GRONOVIVS *MS.* *Fauces* de Boſporo plures ponunt, ut Plin. 5, 43. ſ. 32. 6, 1. Martian. Capella lib. 6. p. 221. Lucan. 9, 954. Ovid. Triſt. 1, 10, 51. Sic de freto Herculeo Lucan. lib. 8. in. dixit *Herculeas fauces.* Graecis, veluti Herodoto 4, 85. 118. hic uſurpatur αὐχὴν, ſimplicius τὰ στενὰ, uti ab Agathemero 1, 3. in. Et ſic omnino Livius 32, 5. 9. Latinorum *fauces* στενὰ a Graecis vocari adnotat. Mela autem hic eam indicat Boſpori partem, quae erat inter Chalcedonem et Byzantium, ut ab aliis Boſporum notari antea monui, ipſum *os* vocat Ponti aditum.

Calchedon) In Gr. Καλχηδὼν reperitur et Χαλκηδὼν, unde haec varietas ad Latinos etiam transiit, de quo expoſitum in notis crit. p. 573 ſqq. Addo Καλχηδων in marmore, cuius inſcriptionem exhibuit Caylus in libro recueil d'antiquités T. 2. p. 172. qui et ipſe hanc ſcripturam probat. Poſteriores etiam dant *Chalcedonia,* ut Antoninus in itin. p. 139. Iornandes de rebus Get. cap. 10. et paſſim libri, ut in Eutropio 6, 6. ſ. 5. vel *Calcedonia,* ut in Antonino. Et ſic legitur in tab. Peutinger. 8. C. et *Calcïdonia* in itiner. Hieroſol. pag. 571. Quod ab Herodoto 4, 86. Chalcedoniam etiam vocari putat Gyllius 3, 10. c. l. ad regionem commode referri poteſt, ut in Xenoph. de exped. Cyri 6. fin. *Chalcedon* tamen dixit adeo Geogr. Ravenn. 2, 19. etſi prave 5, 9. *Calcidon.* Idem obſervatur in *Babylon* et *Babylonia,*

De nominis origine adeundi Berkelius et Holften. ad Stephan. p. 751. et 352. Gyllius 3, 10. et Codinus de antiqu. Conftantinop. p. m. 3. Megarenfium cum Noftro coloniam ferunt et alii, ut Strabo 7. p. 221. f. 320. 12. p. 387. f. 563. Thucyd. 4, 75. f. Antiqua eius nomina recenfet Plinius 5, 43. f. 32. quae funt *Procerafiis*, *Colpuffa*, *Caecorum oppidum, quod locum eligere nefciffent, feptem ftadiis diftante Byzantio, tanto feliciore omnibus modis fede;* de quo cf. etiam Herodot. 4, 144. Strabo 7. p. 221. f. 320. Tacit. Annal. 12, 63. quem malum loci delectum confirmat Tournefort T. 2. p. 413. c. l. Attamen Conftantinus M. urbem a Perfis deftructam reficere et imperii fedem conftituere decreverat, a quo aquilarum advolatu absterritus deftitit. (Cedrenus in comp. hift. p. 224. Ven.) Incola Καλχηδόνιος et Χαλκηδόνιος ex diverfa fcriptura. Urbs obpofita iacebat Byzantio, (Strabo lib. 7. c. l. Stephanus, alii) et hinc Avien. in perieg. v. 973. *moenia Byzae adfpicit.* Alii fitum a Bofporo varie defignant, ut Thucyd. c. l. et Strabo lib. 12. c. l. ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Πόντου, *poft oftia Ponti* ponit Prifcian. in perieg. v. 770. inter templum Iovis et finum Olbianum Scylax p. 34. Hudf. Plura de hac urbe eiusque fitu, operibus et converfionibus dabit Gyllius 3, 10. p. 356. Portum commemorat Appian. in Mithrid. c. 71. quare etiam et ob commodum fitum commercia ibi vigebant, (Lucianus in Pfeudom. c. 9.) templo item Apollinis antiquiffimo inclaruit, (Lucian. cap. 10. c. l.) cuius figna in numis confpiciuntur. Eius everfionem fupra adtigi. Excitatam tamen laetius effloruiffe inde adparet, quod primo loco in Bithyniae urbibus prodit apud Hieroclem p. 690. metropolis etiam eius paffim vocatur, etfi nomine tantum tenus, cum fuerit vere Nicomedia, ut iudicat ibi Weffelingius, denique concilium ibi contra Eutychianos faeculo 5. medio excepit. Poft in vicum exiguum decrevit prifco nomine fervato, (Gyllius c. l.) nec rudera eius ulla detexit Pococke. (Vid. T. 3. p. 46.) In exiguo

vico confentit Tournefort Tom. 2. p. m. 415. et nomen illi tribuit *Cadiaci.* (i. e. vicus iudicis) Caylus c. l. nominat *Kafi Kievi*, alii *Kadi-Kevi*, quae funt fcripturae converfiones. Cf. etiam Lucas voyage dans la Grèce T. 1. ch. 5. p. 41. qui tamen aliquas fupereffe ruinas teftatur.

templi numen) Templi plures hic meminerunt vel omnino, ut Herodotus 4, 87. Scylax p. 34. Hudf. Polyb. 4, 43. in. — vel addito eius numine. Quia Nofter Iovem dicit, indicat fine dubio templum illud, quod Διΐ Οὐρίῳ tribuunt Menippus apud Stephan. f. v. Χαλκηδὼν, Arrianus in periplo Ponti p. 12. Marcianus Heracl. p. 68. Hudf. et in ore Ponti ponunt. *Ovisuri* corrupte legitur in tab. Peuting. 8. C. (olim *Iovis Urius*) et *Urion* in Geogr. Ravenn. 5, 9. *Iovem* eundem *Imperatorem* diferte vocat Cicero in Verrin. 4, 57. Cf. Stuckius ad Arrian. p. 113. Valef. ad Harpocrat. p. 35. et Weffeling. ad Petitum de leg. Att. p. 503. et in primis Taylor ad marmor Bofporanum Iovi Urio facrum. Locus ille etiam nunc vocatur *Ioro* a corrupto ἱερὸν, ut teftatur Tournefort Tom. 2. p. m. 398. et 431. ubi nomen eius adfert *village de Ioro;* Pococke T. 3. p. m. 148. *Amur-Ieri.* Alii etiam hic aliorum Deorum templa ponunt, ut Plinius 5, 43. f. 32. Ariftides in orat. in Nept. T. 1. p. 21. Iebb. *Neptuni*, cuius conditores Argonautas facit Timofthenes ap. Schol. Apollonii ad 2, 532. confentiente Pindaro in Pyth. 4, 364. templum *Dianae* Ptolem. 5, 1. in. etfi pro ea Οὐρίου Διὸς emendant hic Pintianus et ad Solinum Salmaf. p. 618. quorum conatus ad noftrum locum coercuit Voffius. Omnino autem fama vigebat, Iafonem e Colchide reverfum in hac Afiae parte duodecim Diis, quos recenfet Schol. Apollonii c. l. aram ftatuiffe et facrificaffe, ut difcitur ex Apollon. Rhod. c. l. et Polyb. 4, 39, 6. Phryxum tamen arae eius auctorem commemorat Dionyfius Byzantinus, Phryxi filios Timofthenes c. l. De Iafone, quem Nofter huius templi

conditorem producit, in aliis nihil exſtat, quare deperditos auctores Melam ſecutum eſſe putat Voſſius. Cf. etiam Graevius ad Cicer. Verrin. 4, 58. Stetit autem in hoc templo ſimulacrum aeneum cum inſcriptione, quam detexerunt Whelerus et Sponius, explicavit Chishul in antiqu. Aſiat. p. 61.

§. 6. *Hic)* Ubi fanum eſt. Sic et Polyb. 4, 39, 6. et alii. Procopius de B. Goth. 4, 2. in. Pontum a Byzantio et Chalcedone minus accurate aut adiuncto Boſporo incipit. Sed de his adeundus eſt Gyllius 1, 2. c. l. qui Boſporum poſt fanum illud ad Cyaneas inſulas terminari, et hinc Pontum incipere ait; Tournefort T. 2. p. m. 397. ad columnam Pompeii.

Pontus) Euxinus, de quo deinceps. Eius deſcriptionem dant Strabo 2. p. 85. ſ. 124. Plin. 4, 24. ſ. 12. Procopius de B. Goth. 4, 2 — 5. aliique per ipſum explicationis curſum memorandi. De eius ambitu varie definito cf. Herodot. 4, 85. a quo dimidio maiorem fieri contendit Chardin voyage en Perſe T. 1. p. 146. quia orae menſuram veteres ſint ſecuti; Strabo 2. pag. 85. ſ. 125. Plinius, Procopius c. c. l. l. Eratoſthenes apud Ammian. 22, 8. Varro apud Martian. Cap. 6. p. 214. Agathemer. lib. 2. ſ. unde diſcitur circiter 24000 ſtadiis aeſtimatum. De recentioribus cf. Dapper de l'Archipel p. 516. et Pococke Tom. 3. p. m. 149. a quo longitudo ſtatuitur 900 miliarium, latitudo 350, et Mannert Geogr. T. 4. p. 319 ſq. Stagnaſſe olim, nec exitum per Boſporum habuiſſe, putavit olim Strato, teſte Strabone 1. p. 54. ſ. 49. Cf. Diodor. Sic. 5, 47. cum nota Weſſelingii, Tournefort T. 2. epiſt. 15. p. m. 404 ſq. et qui Diodorum probat Buffon Allgem. Natur Geſch. T. 2. p. 233. ed. Berol. Sic et aliquando limo obpletum iri praedixerunt Strato c. l. et Polyb. 4, 40. et hodie quidam exiſtimant, ut Penzel ad Strabon. p. 404. Buffon Tom. 1.

p. 150. et 235. c. l. contra quam opinionem disputant Gyllius de Bofporo Thrac. 1, 4. p. m. 62. et Tournefort T. 2. p. 410. An gelu altius conftringatur, quod dubium reddere ftuduit Macrobius 7, 2. vid. ibi Pontanus et Dapper et Buffon c. c. l. l. A Graecis h. vocatur *Mauri thalaffa* i. e. nigrum mare (Biörnftahl, Briefe Tom. 4. p. 547.) ob coelum caliginofum, ut putat Gyllius 2, 19. quale olim notavit Valer. Flacc. 4, 729. Turci vocant *Caradenize*, (Pococke c. l.) Germani *das fchwarze Meer.* Periplum huius maris fcripferunt Arrianus, anonymus in Hudfoni Geographis, ex recentioribus de Broffes in Memoires — de Paris T. 32. p. 627 fqq. T. 35. p. 475 fqq. ubi pluribus de eo expofuit.

aperit) Supra 1, 1, 5. *ubi effundit.* Prifcian. v. 138. *panditur*, ut Ammian. 22, 8. Et fic alia in aliis.

promontoria) *Carambis* §. 8. et Κριοῦ μέτωπον 2, 1, 3.

huc atque illuc) In litore meridiano a Bofporo in ortum verfus ad usque flexuram, a qua Colchis incipit, cuius infra meminit. VADIANVS. Recte, opinor. Ipfe hoc Mela declarat §. 12. *Inde is locus eft, ubi finem ductus a Bofporo tractus accipit.* Nec aliter forma Scythici arcus cum nervo intelligitur. Illarum particularum vis unice regitur a voce *promontoria*, ita ut *huc* fit cis promontoria, *illuc* ultra, trans. Adiuvat Strabo 2. p. 86. f. 125. ubi dicit, dextrum Ponti latus comparari cum nervo arcus, Ponti autem oram effe a faucibus ad receffum intimum prope Diofcoriada, quod omnis illa ora, excepta Carambi, parum procedat et recedat. Si quis tamen propter numerum in voce *promontoria* alterum latus fimul adiungere velit, magis id recedit, nec commode fimilem formam reddit.

ſinuatus cetera) I. e. ſecundum reliqua litora in ſinum leniter ab angulis flexus. Flaccus lib. 4. [v. 727.] *atque haec Europam curvis anfractibus angit:* [ſ. *urguet*, ut vult Heinſius] *Hac Aſiam Scythicum ſpecie mutatus in arcum.* VADIANVS.

contra minus) In meridiem. Nam in ſeptemtrionem dextro et ſiniſtro circum circa Cimmerium Boſporum litore paullatim et leniter ſe flectit, faſtigatque, donec per angulos rectum litus attingat, quod fit, ut arcus tenſi ſpeciem habeat. Nam Bithynorum, Paphlagonum et Cappadocum litus rectum chordae tenſae reſpondet, reliqua ab angulis trans Cimmerium flexura arcum incurvum reddit. Laevum autem et dextrum ſecundum latera ortus occaſusque ſumenda ſunt. Eſto aliter Ponti dextrum a Strabone ponatur lib. 12. [p. 373. ſ. 541.] VADIANVS. *Contra* hoc eſt ad ſeptemtrionem, *dextram* — hoc eſt ad orientem et occidentem. SOONVS. Aliorum explicationes dedi in notis criticis p. 577 ſqq. Locus disiectis lucis radiis obſcurus. Eius explicatio propoſita eſt in notis criticis p. 579.

mollibus) Leniter et paullatim litora, quae latius aliquanto diſtabant, contrahit in artius, ut Africam dixit [1, 4, 1.] ſe *faſtigantem molliter.* I. GRONOVIVS *MS.* De formae, figurae leni paullatimque inverſa mutatione. Sic Virgil. ecl. 9, 7. *qua ſe ſubducere colles incipiunt, mollique iugum demittere clivo;* pro quo Caeſar de B. G. 2, 8. *collis paullulum ex planitie editus et contra in fronte leniter faſtigatus paullatim ad planitiem redibat.* Sic Noſter praeter 1, 4, 1. etiam 2, 2, 8. dixit *mollis ambitus;* hic deinceps *non molle litus* i. e. praeceps, arduum; Straboni contra 1. p. 36. ſ. 52. παραλία δίαμμος, μαλακή. Similia dederunt Ciaccon. ad h. l. Drakenb. ad Sil. Ital. 4, 491. Burmann. ad Valer. Flacc. 1, 365. Longol. ad Tacit. Germ. cap. 1. Pro eo *clementer*

dixit Sil. Ital. 1, 274. ut Tacit. Ann. 13, 38. quam vocem cum *mollis* idem coniungit de Germ. c. 1. Ceterum eodem modo in Ponti descriptione locutus est Ammian. 22, 8. *latus austrinum molli devexitate subductum*, cui obponit *patulum* 23, 6. Contra idem coniungit 27, 10. m. *devexitatem facilem et mollem.* Avien. v. 235. *brachia Pontus finibus Arctois molliter inclinans.*

Scythici arcus) Frequentant hanc comparationem prisci auctores, ut Strabo 2. p. 85. s. 125. Dionys. v. 157. Agathemer. 2. extr. Valer. Flacc. 4, 728. Plin. 4, 24. s. 12. Manilius 4, 753. Priscian. v. 147 sq. Avien. v. 238. Ammian. 22, 8. Sallustius apud Servium ad Virgil. Aen. 3, 533. brevius alii, alii prolixius. Quae quidem comparatio ut intelligi possit, cognoscenda est Scythici arcus forma, cuius signa exhibent auctorum narrationes et monumenta. Sic rusticus quidam rudis apud Agathonem Tragicum in Telepho, cuius versus servavit Athenaeus 10, 20. p. 454. dum figuris Thesei nomen describit, eius tertiam literam, σῖγμα, Scythico arcui similem esse dicit. Qua autem olim forma illa litera expressa fuerit, verissime docent exempla numorum et lapidum, quae descripserunt Montfaucon in Palaeogr. Gr. 2, 1. s. 4, 10. Rasche in Lex. num. T. 4. P. 1. p. 1367 sqq. Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 1. proleg. p. 101 sqq. ex quibus discitur, illo maxime tempore, quo invaluit ista Ponti comparatio, per angulos fere fuisse inflexam, Σ, lunatam alteram, C, rarius certe ante Domitiani tempora adparuisse. Nempe passim etiam C in vetustioribus numis conspicitur, et hinc sub Augusto Cleomedes p. 75. lunam cornutam σιγμοειδέα τῷ σχήματι describit. Vid. Bayer in opusc. p. 31. ed. Klotz. Quod notandum est de iis, qui secus de priori forma statuunt. Cf. Vales. ad Ammian. 22, 8. Salmas. ad Solin. p. m. 927. Harduinus in numis populor. et urb. p. 275. De posteriori aetate testantur in primis stibadia, quae inde *sigmata* ab auctoribus vocari

ſolent, uti pluribus docuit Urſinus in append. ad Ciaccon. de tricl. p. m. 254 ſqq. Contra ap. Euripidem in Theſeo apud Athenaeum c. l. imperitus paſtor tertiam in Theſei nomine literam, σῖγμα, comparat βοστρύχῳ εἱλιγμένῳ. Concinunt cum iis etiam epitheta, quae paſſim de Scythico ſ. Parthico arcu leguntur, ut εὐκαμπὲς, (Theocrit. 13, 56.) περιηγὲς, (Dionyſ. v. 157.) quod Euſtathius explicat καμπύλον, et ipſi Parthi ἀγκυλότοξοι dicuntur. (Dionyſ. v. 1040.) Quod putat Winckelmann Geſch. d. Kunſt. P. 1. cap. 3. p. 98. ſ. 162. Latini, ut Ovid. Metam. 8, 30. talem arcum *patulum* vocant, uſitatum et tantum in extremitate curvatum *ſinuoſum.* (Ovid. Amor. 1, 1, 23.) Utriusque generis deſcriptionem habes apud Ammian. 22, 8. p. m. 244. ubi Scythicum dicit *circumductis utrimque introrſus pandis et patulis cornibus* oſtendere *effigiem lunae decreſcentis, medietatem recta et rotunda regula dividente.* Cum Hercules tali arcu armatus fuerit, (Schol. Theocr. 13, 56. ex Herodoto ſ. Herodoro et Callimacho) itaque in numis et gemmis adpareat, luculentius eius forma cognoſci poteſt. Cf. praeter auctores, qui de iis monumentis data opera expoſuerunt, Winckelmann c. l. et, qui nuper acceſſit, Millin in monumens antiques inedits T. 1. ad n. 2. Habebat igitur ſimilitudinem quandam literae Σ obtuſioribus tantum angulis et ad rotunditatem vergentibus. Tales limitum comparationes vel ſimilitudines, Graecis σχήματα, primum invexiſſe Eratoſthenem putat Dodwell in diſſ. de Scymno Chio §. 10. p. 99. Geogr. Hudſ. Vol. 2. Iam de ipſa eius figurae accommodatione aliqua reſtant dicenda. Extremas igitur arcus partes repraeſentant ſinus ſ. flexus duo ad orientem et occidentem. *Orientalem* definit Strabo ad Pityuntem et Dioſcuriadem. (11. p. 343. ſ. 497.) Sic vero Noſtro infra §. 12. *locus eſt*, (prope Colchida) *ubi finem ductus a Boſporo tractus accipit, atque unde ſe in ſinu adverſi litoris flexus adtollens anguſtiſſimum Ponti facit angulum.* Inde qui ſit contra *occidentalis*

patet, notatus etiam a Mela 2, 2, 5. Reliqua indicavi ſupra et in notis criticis p. 579. Recedit vero ab aliorum explicatione Ammian. 22, 4. Ceterum *arcus* ſaepe inſervit notandis flexibus. Cf. Virgil. Aen. 3, 533. Ovid. Metam. 14, 51. Noſter infra 3, 8, 1.

brevis) De ſenſu vocis vid. not. crit. p. 581. Poſt *non profundus.* Propter vada autem et ſaxa cautesque multas periculoſam ferunt navigationem, quae non niſi navigiis modicis pateat. Vid. Pietro della Valle Reiſebeſchr. P. 3. pag. 236. Hinc et olim naves ibi habebant, quarum alveus erat planus, *camaras* dictas, uti diſcitur ex Strabone 11. p. 341. f. 495. f. et Tacit. Hiſt. 3, 47. Vid. ad utrumque interpretes.

atrox) Explicat in ſequ. *fluctuoſus atque fervens.* Porro *nebuloſum* etiam vocat Ammian. 22, 8. et *aquilone* et *pruinis caedi* dicit. Ob nebulas *nigrum* vocatum putant etiam aliqui, ut ſupra notavi ad vocem Pontus. Periculoſum eſſe mare, et ventis, maxime aquilonibus, obnoxium, rarisque ſtationibus teſtatur etiam Pococke T. 3. p. m. 149. Tempeſtatem a vento motam marisque ſaevitiam expertus erat Arrianus, ut ipſe narrat in periplo pag. 4. Hudſ. et teſte Gerlachio apud Martinum Cruſium in Turco-Graecia p. 201. quotannis circiter 60 navigia in eo pereunt.

molli) Sic Strabo 1. pag. 36. f. 52. ad Phaſidem Κολχικὴν παραλίαν dicit eſſe δίαμμον καὶ ταπεινὴν καὶ μαλακὴν, ut μαλακὸς ſaepe et *mollis* hoc ſenſu, de quo ſupra. *Molle litus* Caeſar de B. G. 5, 8.

Axenus) Notus eſt locus Ovidii Triſt. 4, 4, 55. *Frigida me cohibent Euxini litora Ponti; Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.* In nomine eiusque mutatione auctores veteres conſentiunt, ut Strabo 7. p. 206. f. 298.

Plin. 4, 24. f. 12. Cf. Weffeling. obfervatt. 1, 22. Schol. Apollonii ad 2, 550. Poetae tamen plerumque ἄξεινος dicunt, quod etiam propter alterum εὔξεινος praeferendum cenfet Salmaf. ad Solin. p. m. 203. nifi ubi metrum aliud exigit, quamquam in his dominatur ufus. Paffim etiam pro eo dicunt κακόξεινος, (ut explicat Schol. Apoll. c. l.) ἐχθρόξενος, ἀπόξενος, ut docent Stuckius ad Arriani peripl. p 5. et Schmidius ad Pindari Pyth. 4. p. 207. *Inhofpitalem*, converfo Gr. vocabulo, olim nominatum tradit Ammian. 22, 8. uti ἄξεινος Aefchyli de Caucafo reddit Horat. 1. od. 22, 6. Nominis caufam plerique cum Noftro quaerunt in truci et faevo accolentium ingenio, Scytharum maxime, qui adeo hofpites immolarint et comederint. Vid. Strabo c. l. Diodor. 4, 40. Lucian. in Toxari cap. 3. Plin. 6, 1. Schol. Apollonii ad c. l. Videtur hoc nomen ab Argonautis traxiffe, quorum aetate hac de caufa infamis fuit, ut conligere licet ex Diodoro c. l. etfi iam antea hoc nomen geffiffe refert Lucianus c. l. Aliam caufam addit Strabo, διὰ τὸ δυσχείμερον, Euxini autem nomen accepiffe ab Ionibus, qui primi urbem in ora pofuerint. Caufam *mollitis* accolarum *moribus* adfcribit Mela. Quod quidem ad Scythas maxime pertinere patet ex Herodoto 4, 46. qui, cum Darii adhuc aetate ἀμαθέστατα ἔθνεα eum accoluiffe refert, inde tamen eximit Scythas, idque Anacharfidis exemplo probat. Scythas vero olim fuiffe faeviffimos, notum. *Euxinum* tamen dictum effe vult κατὰ σχῆμα εὐφημισμοῦ Euftath. ad Dionyf. v. 146. *a contrario per cavillationem* Ammian. 22, 8. Etfi vero frequentari coepit pofterius hoc, quod iam hic ibi in Herodoto legitur, non tamen plane illud intercidit. Sic ufurpatur, apte quidem, a Pindaro Pyth. 4, 361. quia Argonautarum curfum refpicit, feu fimpliciter a Prifciano v. 663. quod metri caufa factum creditur, etfi librarii quidam *Euxinus* maluerunt. Alia ad Mythographos Latinos notantur pag. 7. et 911. Ufitata manfit Ponti Euxini adpellatio, quae non nifi variationis

caufa aliis verbis indicatur, vel aliunde ex terris et accolis defignatur. Sic Ποντικὸν πέλαγος dicit Strabo 1. p. 14. f. 21. 12. p. 370. f. 538. Plutarch. in Pompeio c. 32. m. et Eumene cap. 3. Ποντικὴν θάλασσαν Ptolemaeus lib. 8. in Afiae tab. 1. *Ponticum mare* Flor. 3, 5, 18. Tacit. Ann. 13, 39. in. de Germ. cap. 1. Eutrop. 5, 5. f. 3. Ampel. c. 7. olim Horatius 3. od. 24, 4. ubi nunc *Apulicum Pontum* fucceffit, et Nofter 2, 1, 5. *Ponti pelagus* Prifcian. v. 138. ut ἡ τοῦ πόντου θάλασσα Libanius V. 1. p. 315. Reisk. Ab accolis varie defignatur, ut *Tauricus pontus*, (Avien. in ora, in.) *Scythicus*, (Valer. Flacc. 2, 379.) *mare Colchicum*, *Caucafeum*, quae notavit Ortelius in thef. Geogr. f. v Pontus. An νοτία θάλασσα fit Arifteae, de eo cf. interpretes Herodoti ad 4, 13.

§. 7. *primum*) Strabo 12. p. 373. f. 541. ingreffis Pontum primos obverfari dicit Bithynos, (ut Procop. de B. Goth. 4, 2. in.) deinde Mariandynos. Illos tamen Mela, quod folet in populorum confinio, magis ad fretum removet. De Mariandynis dictum eft fupra.

ut ferunt) *Ut aiunt*, *fic creditur*, et fimilia faepe in commentis et fabulofis narrationibus inferuntur. Exempla dabit Broukhuf. ad Propert. 2, 23, 113. Cf. ad Melam 1, 11, 3. Sic *ut fama eft* Virgil. Aen. 6, 14. ubi vid. Cerda.

Hercule) Non fcilicet Tyrio, aut Aegyptio, fed qui cum Argonautis huc navigavit, ut teftantur omnes, deinde etiam arma Amazonis Euryftheo regi attulerit, ut fcribit Iuftin. 2, 4, 18. et alii. I. GRONOVIVS *MS.* De Hercule Argonautarum focio multa dabit conlecta Burmann. in catalogo Argonautar. h. v. in ed. Valerii Flacci. Diftinguunt tamen fere utramque expeditionem, ita tamen, ut hanc in Amazones priorem faciant. Vid. Apollon. Rhod. 2, 777 fqq. et Schol. ad 2, 782. Valer. Flacc.

5, 91. Cf. Burmann. ad Valer. Flacc. 1, 34. Heyne ad Apollodor. 2, 5, 9.

Heraclea) Gr. Ἡράκλεια, unde apud Stephanum defcendunt Ἡρακλεὺς, Ἡρακλειώτης, Ἡρακλεώτης. Primum rarius occurrit, alterum in Diodoro 14, 31. Strabone 12. p. 374. f. 543. in. — tertium in Scylace p. 34. Hudf. Xenoph. de exp. Cyri 6, 2, 2. Paufania 5, 26, 6. — et in numis. (vid. Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 416 fqq.) Cum plures fuerint cognomines, uti docent Stephanus et Ortelius, noftra vel ex nexu intelligitur, vel additis verbis ἐν Πόντῳ vel ἡ ἐν Πόντῳ defignatur ab auctoribus et in numis. Euftathius etiam ad Dionyf. v. 787. addidit κατὰ τὸν Πόντον. Ptolemaeus 5, 1. Ἡράκλεια Πόντου, Schol. Nicandri ad Alexiph. v. 15. Ποντική. Mariandynis cum Noftro adfcribunt Scylax c. l. Xenophon de exped. 6, 2. Strabo 12. p. 373. f. 542. Poft adtributa eft Ponto regioni, ut refert idem Strabo, cuius aetate Pontica provincia Bithyniae partem conftituebat. Minus recte Thraciae urbem dicit Stephanus, etfi ad Thraciam Bithynorum referre ex Scylace c. l. malit Berkelius. In notanda origine Herculem Nofter producit, de cuius rebus in illo tractu geftis auctores in proxima nota laudati; famam adpofita eius effigie numi etiam teftantur. Certiora tradunt alii plerique, qui Megarenfes conditores faciunt adiutos etiam a Tanagraeis ex Boeotia, (Xenoph. de exp. 6, 2. in. Diodor. 14, 31. Paufan. 5, 26, 6. Iuftin. 6, 3, 7. alii) praeter Strabonem 12. p. 373. f. 542. qui Milefios fubftituit notante etiam Euftathio c. l. Πόλιν Ἑλληνίδα ideo vocant Scylax p. 34. Hudf. Xenophon c. l. Adpofitam fuiffe Lyco cum Plinio fuo 6, 1. narrat Solin. c. 45. f. 43. etfi vulgo *oppofitum* legitur, quos refutat Salmaf. p. m. 610. ex Arriano in periplo p. 14. Hudf. qui inde removet 20 ftadiis, ut 4 M. P. i. e. 32 ftadiis tab. Peutinger. 9. A. Xenophon 6, 2, 2. c. l. per agrum fluere Lycum fcribit. Plinium

tamen tuetur Harduinus, facto discrimine inter *adpofitus* et *impofitus*. Idem Plinius a Ponti ore removet 200,000 P. Strabo 12. pag. 374. f. 543. a Calchedoniorum templo, quod fitum erat in Bofpori faucibus, circiter 1500 ftadiis i. e. 188 M. P. Πόλιν ἀξιόλογον et εὐλίμενον vocat Strabo, διάσημον Stephanus, quae confirmat hiftoria. Deduxit etiam colonias Cherronefum et Calatin (Strabo) mifitque adeo naves 40 contra tyrannos Bofporanos, (Ariftotel. Oecon. lib. 2. p. 284. ed. Lugd. 1590.) et Xenophontem ex Perfide cum exercitu Graecorum redeuntem navibus adiuvit. (Xen. 6, 2, 11. Diodor. 14, 3. 1.) Hiftoriam eius expofuerunt Stuckius ad Arriani peripl. p. 127 fq. Vinding. in Hellene p. 424. (Gronov. thef. Vol. 11.) Mannert Geogr. Vol. 6. P. 3. p. 611 fq. In hodierno nomine discrepant. Harduinus ad Plin. c. l. Stuckius c. l. *Penderachi* adpellant; Oberlinus in orbe ant. p. 209. *Eregli;* alii, ut Büfching. T. 5. P. 1. p. m. 116. fcribunt *Eregri*, altero etiam nomine adpofito; funt etiam, qui *Erekli* praeferant; Belon in obferv. 1, 68. p. 66. antiquum nomen retinuiffe adfirmat.

Acherufia) Nomen traxit ab Acheronte fl. quem hic memorant Apollon. Rhod. 2, 355. 743. et alibi, Valer. Flacc. 4, 595. Orpheus v. 1131. et Schol. Nicandri ad Alexiph. v. 13. Megarenfes cum huc migraffent, Σοωναύτην vocarunt. (Apollon. 2, 746. Tzetzes ad Lycophron. v. 695.) Andron Teius tamen apud Schol. Apoll. ad 2, 354. nomen ab Acheronte, illius terrae rege ducit. Inde variis formis vocabula defcendunt, ut Ἀχερουσιὰς, Ἀχερουσὶς, de quibus cf. not. crit. pag. 585. Ἀχερωΐδες ὄχθαι Nicander in Alexiph. v. 13. uti pro Ἀχερωνίδες repofuit Schneiderus; Ἀχερουσία Χεῤῥόνησος Diodor. 14, 31. ἄκρα Schol. Apoll. ad 2, 729. χύσις Lycophr. v. 695. quae quidem adiectivi forma de lacu maxime eft ufitata, omninoque Latinorum ufu frequentata. *Acherufidas oras* tamen dixit Valer. Flacc. 5, 73.

Specus autem triplici fere inverfione defignatur, *Acherufius*, (Mela 2, 3, 9. vulgo, Solin. c. 45. f. 43. Martian. Cap. 6. p. 221.) *Acherufia*, (hic et in Plinio 6, 1.) et *Acherufium*. (Ammian. 22, 8. qui addit μυχοπόντιον ab accolis vocari.) Σπέος Ἀΐδαο vocat Apollon. 2, 735. ubi eius vividam habes defcriptionem, cui adiunge Quintum Smyrnaeum 6, 470 fqq. In Mariandynis ponit Apollonius, alii prope Heracleam oftendunt; ultra Trapezunta nimis removet Ammianus. Locum tamen, unde Cerberus extractus eft, varie iidem defignant. In Mariandynis omnino Avien. v. 960. prope Heracleam Plin. 27, 2. Schol. Apoll. ad 2, 354. ad Acherufiada Cherronefon Xenoph. de exp. Cyri 6, 2, 2. Diodor. 14, 31. et ex hoc Euftath. ad Dionyf. v. 791. prope Acherontem Schol. Nicandri c. l. Cf. Spanhem. ad Callim. in Delum v. 291. Alii hic ignorant et ad Taenarum remittunt. Rei tamen famam invaluiffe vulgoque iactatam ab Heraclienfibus, docent numi fub Macrino, in primis fub Gordiano, in quibus Hercules adducta ambabus clava minitansque cerberum trahit. Vid. Rafche Lex. num. T. 2. P. 2. p. 111 fq. et quos adlegat. Egregiam etiam eius facti imaginem exhibent gemmae, quarum ectypa dedit Lippertus in dactylioth. milenar. 1. n. 593 fq. maxime n. 596. explicationem in comment. p. 219 fq. Gemma n. 596. antri fpeciem fiftit et poft tergum Herculis enatum aconitum, quare minus recte ad Taenarium fpecum refertur, nec prodeft locus Ovidii Metam. 7, 409. ad quem cf. quae monuerunt Heinfius et Burmannus, etfi de hoc etiam multi narrant, ut folent in his loca variare, quod docent Apollodor. 2, 5, 12. Paufan. 2, 31. in. 3, 25, 4. Seneca in Herc. fur. v. 813. de Taenaro, at de Laphyftio Boeotiae monte Paufan. 9, 34, 4. Nempe aconitum provenire fcribunt auctores prope Heracleam (Theophraft. hift. pl. 9, 16. Theopompus apud Antigon. in hift. mirab. cap. 131.) f. omnino in Heracleotide (Strabo 12. p. 374. f. 543.) vel in Acone, vicino portu, (Plin. 6, 1. Solin.

cap. 45. ſ. 43. Martian. Cap. lib. 6. p. 221.) vel ad Anconas, urbem vicinam, (Stephanus h. v.) vel in Aconaeis Mariandynorum montibus, (auctor Etymol. M. h. v.) quibus levi disſenſione aut nulla alii Acherontem ſubſtituunt. (Nicander in Alexiph. v. 13. et ibi Eutecnius.) De fabuloſo eius ortu vel ex ſpuma Cerberi, vel ex vomitu, cf. de illa Ovid. Metam. 7, 415. Plin. 7, 2. — de hoc Schol. Nicandri ad c. l. Apollonii ad 2, 354. et quae habet Salmaſ. ad Solin. p. m. 623. De ipſo aconito (Eiſenhütlein, Wolfswurz) cf. Salmaſ. ex veteribus pag. 619 ſqq. ex recentioribus quae conlegit Krünitz in Encyklop. T. 1. p. 364 ſqq.

extractum) Gr. ἀνάγειν, (Diodor. 14, 31.) ἐξάγειν, (Schol. Nicandri c. l.) ἄγειν, (Euripid. in Herc. fur. v. 25. Pauſan. 3, 35.) εἰς φῶς ἀνάγειν, (Euripid. v. 611. c. l.) et ſimilia. Cauſam adfert Apollodor. 2, 5. ſ. qui, Πλούτων, inquit, ἐπέταξεν ἄγειν, χωρὶς ὧν εἶχεν ὅπλων κρατοῦντα. Quamquam nolo in his argutari, Latini tamen plerumque dicunt *adtrahere, abſtrahere, extrahere,* (cum Noſtro Plin. 27, 2.) uti exempla docent ab Heinſio ad Ovid. Met. 7, 413. excitata. Cum Graecis Avien. v. 960. *ſuperas produxit in auras.* Ceterum πόνων τελευτὰν fuiſſe eam expeditionem refert Euripides in Herc. fur. v. 427.

§. 8. *Tios)* Stephano eſt Τίος, ut aliis, nec aliter patitur literarum ordo; Straboni 12. p. 374. ſ. 543. et alibi Τήϊον, pro quo Τίειον emendat Salmaſ. ad Solin. p. m. 624. repugnante Voſſio ad Scylac. p. 82. (in Gronovii Geogr. ant.) qui ex Conſtantino Porphyrog. et Euſtathio vulgatum tuetur, idemque pro Τίθιον in Scylace reponit, uti poſt Politus ad Euſtath. in Homer. Tom. 2. pag. 787. At Τίειον ex Strabone citat etiam Stephanus, tamquam minus ſolitam formam. Plerique enim, immo reliqui omnes, Τίος habent aut Τίον, (Ptolem. 5, 1.)

unde Tianus formatur in numis etiam obvium, etsi hi et Τειος habent et Τειανων. (Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 438.) Milesiorum coloniam cum Nostro faciunt Stephanus, qui etiam de nomine monet, Arrianus in periplo p. 14. Huds. qui simul πόλιν Ἑλληνίδα Ἰωνικὴν vocat, ut Scylax p. 34. Huds. Strabonis aetate fuit oppidulum, quod nihil adferebat memoria dignum praeter Philetaerum alumnum, unde Attalici reges genus duxerunt. Sub imperatoribus R. floruisse docent numi a Domitiano ad Gordianum. H. *Tilios*, *Tios* s. *Neapolis*. (Büsching p. m. 112.)

Paphlagonum) Nomen derivant a Paphlago vel a Paphlagone, de quibus cf. Stephanus, Eustath. ad Homer. Il. 2, 851. p. m. 273. et ad Dionys. v. 787. Constantin. Porphyr. de them. 1, 7. Bochart. in Chan. 12, 10. Terminos utrimque Mela constituit Tion et Armenen; Strabo 12. p. 374. s. 543 sq. Constantin. Porphyrog. de them. 1, 7. Parthenium et Halyn, quod ad idem redit; Plinius post Tium inde a fluvio Billi (Billaeo aliis) ad Euarchum fl. Cappadociae conterminum, in quo consentiunt etiam Marcian. Heracl. p. 73. Huds. et Menippus apud Stephanum s. v. Καππαδοκία. Sinopen Paphlagoniae dat Xenophon de exped. 6, 1, 9. Bithyniae et Galatiae adtribuit omnino Ptolem. 5, 1. et 6. Nempe varii vario tempore fuerunt eius termini, de quibus disserit praeter Geographos Politus ad Eustathium in Homerum Tom. 2. p. 787. Mela antiquiora sectatur. Tium autem Paphlagoniae cum Nostro tribuit etiam Stephanus, Mariandynis Plinius.

Carambis) Gr. Κάραμβις, addito ἄκρα, (Strabo 12. p. 375. s. 545. Ptolem. 5, 6. Marcianus pag. 72. Huds. —) Καραμβιακὴ ἄκρη, (Orpheus v. 733.) vel ἀκρωτήριον. (Marcian. pag. 71.) Μεγάλην ἄκραν vocat Strabo, ἀκρωτήριον ὑψηλὸν καὶ μέγα Marcianus, ἠλίβα-

τον Apollon. 2, 361. *promontorium vaſto excurſu* Plinius 6, 2. ſ. 1. quod multa confirmant. Cum enim alteri promontorio magno, quod Κριοῦ μέτωπον vocant, obpoſitum eſſet, ita illa Pontum quaſi freto coartabant, ut in duas partes divideretur, (Strabo 7. p. 214. ſ. 309.) eſſetque τρόπον τινὰ διθάλαττος. (Idem 2. p. 85. ſ. 124. et 12. c. l.) Ita vocat etiam Dionyſ. v. 156. et ex eo Priſcian. v. 146. *bimarem Pontum*, Avien. v. 235. *geminum mare.* Διδύμην θάλασσαν dixit Sophocles in Antig. v. 978. Hinc quidam hac transvecti duo illa promontoria ſimul ſe vidiſſe narraverant, (Strabo 7. c. l.) parum quidem probabiliter. Diſtant enim 2500 ſtadiis, (Strabo lib. 2. c. l. Ammian. 22, 8.) etſi ſibi Strabo non conſtat lib. 7. c. l. Intervallum Plinius 4, 26. ſ. 12. ſtatuit 170 M. P. qui aequant 1360 ſtadia. At aliquanto longius et contra verum removet Priſcian. v. 144. dum ſecutus Dionyſium v. 154. ſic ſcribit: *gurgite tanto diſtantes*, (colles, quos vocat, ut Ammian. 22, 8.) *quantum ternis transire diebus Evaleat navis.* Quod placide etiam adtolli ſcribit Ammianus, errare eum docuit Valeſius ex Apollonii 2, 361. Cf. ſupra. Et ſic *ſaxoſam* dicit Avien. v. 958. et *nubifera rupe ſurgere* Valer. Flacc. 4, 599. Qua ſitum Paphlagoniae dant plures; ὑπερνοτίην ἄκραν dicit Dionyſ. v. 151. πρὸς τὰς ἄρκτους ἀνατεταμένην Strabo 12. c. l. aliique. Ultra Carambin Halys excurrebat in Pontum, de quo vid. ad §. 9. Cognomine oppidum commemorat Plin. 6, 2. ſ. 1. Κάραμος corrupte in Scylace p. 34. Hudſ. Hodiernum nomen varie prodit, ut *Capo Piſello*, (cf. Ortelius h. v. et Harduin. ad Plin. c. l.) *Ghermi*, (ita in tabula Aſiae minoris adpoſuit Pococke) *Kerempe.* (ita in tabula, quam exhibuit Zach in Geogr. Ephemeriden Vol. 2.)

Parthenius) Gr. Παρθένιος, pro quo corrupte apud Scylacem p. 34. Hudſ. exſtat Παροίνιος. Παρθενίοιο ῥέεθρα dicit Orpheus v. 728. et Καλλίχορον ἐπώνυμον.

cuius caufam adfert Ammian. 22, 8. et antea Apollon. 2, 904 fqq. quare non tam emendatio videtur, quam negligentia Stuckii, qui ad Arriani peripl. p. 130. refert καλλίροον. Nomen *Parthenius* varie explicant, de quo cf. Apollon. 2, 957. cum Scholiafta, Stephan. h. v. Valer. Flacc. 5, 104. Scymnus Chius in fragm. v. 228. Plerique ad lavacrum Dianae referunt, aliqui ad lenem curfum, quem praeterea praedicat Euftath. ad Homer. Il. 2, 854. p. m. 274. f. 362. Ictu tamen rapido in mare decurrere adfirmat Ammian. 22, 8. et fic *rapacem* vocat Ovid. ex Ponto 4, 10, 49. Strabo autem 12. p. 374. f. 543. caufam nominis inde ducit, quod per florida loca deferatur. Vid. quae de Parthenii et Callichori nominibus docte disferuit Mitfcherlichius ad Homeri hymn. in Cer. v. 99. pag. 145 fqq. At diverfi fuerunt fluvii, quos feparat Scylax c. l. et ipfe Apollon. 2, 904 fq. et 937. cum Valer. Flacco 5, 75. et 104. ubi cf. Voffius, Ilgen ad Homerum c. l. pag. 528. et Schneider. ad Orph. p. 167 fq. etfi Iac. Nic. Loenfis in mifcell. epiphyll. 6, 17. ex Orpheo, et quia Parthenii tantum meminerint alii, eundem effe utrumque contendit, parum quidem iis armis valide. Paphlagoniae adtribuunt Plinius 6, 2. f. 1. et Schol. Apollonii ad 2, 938. — alii in finibus Bithyniae et Paphlagoniae ponunt, ut Arrian. in periplo p. 14. Hudf. Fontes habet in Paphlagonia, (Strabo 12. p. 374. f. 543. Euftath. ad Homer. Il. 2, 855. p. m. 274. m.) et inter Tium et Amaftrim (Ptolem. 5, 1.) prope Sefamum (Schol. Apoll. ad 2, 938. de quo tamen vid. deinceps) in mare excurrit. Hodie, quod fcribit Büfching Vol. 1. P. 1. p. m. 111. vocatur *Geredefu*, f. *Gerede-Su*, (Pococke T. 3. p. m. 136.) a Graecis *Bartin*, a Turcis *Dolap*.

Sefamus) Gr. Σήσαμος (Scylax pag. 54. Hudf. Strabo 12. p. 375. f. 544. Euftath. ad Homer. Il. 2, 853. p. m. 274. alii) vel Σήσαμον. (Stephanus h. v. Plin. 6, 2. —) Fuit urbs antiqua, cuius mentionem faciunt

Homerus c. l. Apollon. 2, 941. et origo refertur in priſcis hiſtoriis, teſte Euſtathio, ad Phinea, in his regionibus celebratum, quem et ibi habitaſſe et regnaſſe tradunt Scymnus Chius in fragm. v. 217. et Stephanus. De nominis cauſa adeundus Schol. Apollonii ad 2, 941. Poſt Mileſiorum claſſis ex Ionia eo adpulit, et plures urbes condidit, quas Amaſtris, Darii neptis, poſt Dionyſii, Heracleenſium tyranni, uxor, in unam conlegit, ſuoque nomine *Amaſtrin* adpellavit. (Scymnus c. l. Strabo c. l. Schol. Apollonii ad c. l. ubi vitioſe Δάματρις legitur.) Mileſiorum opus agnoſcere etiam videtur Scylax, dum πόλιν Ἑλληνίδα vocat, uti poſt Amaſtrim Arrianus in periplo p. 15. Hudſ. Ita autem, abolito priſtino nomine, dictam fuiſſe adfirmant etiam alii, ut Plin. 6, 2. Schol. Apollonii c. l. quare etiam poſteriores auctores hoc nomine proferunt, et in numis maxime Ἀμαστριανων mentio reperitur. Hinc promiſcue Parthenius per Amaſtrianorum urbem fluere dicitur, ut in Stephano, quamvis non accurate, cum Arrianus c. l. inde 90 ſtadiis removeat. Demoſthenes tamen apud Stephanum ſ. v. Ἄμαστρις ab Amazone nomen deduxit. Quod vero ipſe Stephanus Cromnam ante dictam fuiſſe ſcribit, aliquatenus tantum probari poteſt, quia ex 4 urbibus, Seſamo, Cytoro, Cromna et Tio Amaſtris coaluit. (Strabo c. l.) Cytoros, Cromna et Tios a poſterioribus etiam commemorantur, at pro Seſamo Amaſtris. Cf. tab. Peuting. 9. B. ubi corruptionem facile deprendas. Igitur ad Seſamum potius nominis mutatio referri debet. Noſter antiqua captat. Pro *Amaſtris* tamen quidam etiam dicunt *Amaſtrion* et *Amaſtra*, de quo vid. Weſſeling. ad Hierocl. p. 696. In tabula *Amaſia* pro *Amaſtris* huc refert Salmaſ. ad Solin. cap. 44. ſ. 46. p. m. 624. *Maſtrum* Mannert Geogr. Vol. 6. P. 3. pag. 27. melius, propter ſitum ad mare, quod probat ſtatio, quae ibi fuit navium (Arrianus c. l.) et intervallum ab ea ad Cromnam, quod

Marcian. Heracl. p. 71. Hudſ. facit 150 ſtadiorum, cum in tabula 7. M. P. i. e. 56 ſtadiis invicem diſtent. Et ſic diſerte urbem maritimam dicit Procop. de B. Goth. 4, 2. in. Lucianus in Toxari cap. 57. qui a Carambi non multum diſtare ſcribit, et alii. Sed quod teſtatius facit, Strabo in paene inſula ponit. H. *Amaſtro.*

Cromnos) Gr. Κρώμνα, Κρῶμνα, Κρώμνη. (Hoc legitur apud Tzetz. ad Lycophr. v. 522. ex dialecto.) De inſolita terminatione in *os* dixi in not. crit. p. 588. Stephanus inde derivat Κρωμνίτης, Κρωμναῖος et Κρωμναιεὺς, pro quo Euſtathius ad Homerum Il. 2, 855. p. m. 274. reddit Κρωμνιεύς. Stephanus urbem Paphlagoniae dicit, alii etiam χωρίον Ἀμάστριδος, eodem teſte. Quod ipſe poſt *Amaſtrim* nominatam eſſe adfirmat ſub h. v. in quo adſentientem habet Geneſium de rebus Conſtantin. lib. 3. p. 28. Ven. id ex ſuperiori nota iudicari poteſt. Cf. tamen praeterea Politus ad Euſtathium in Homer. Tom. 2. p. 784. Urbis antiquitatem tuetur Homerus Il. 2, 853. et Apollonius 2, 942. In edito loco ſitam fuiſſe, adparet ex Valerio Fl. 5, 106. ubi *Cromnae iuga* commemorantur, etſi ad viciniam etiam referri poſſit, uti vult Heinſius. In numis commemoratur adpoſito capite Iovis. (Raſche in Lex. num. T. 1. P. 2. p. 1084.) Neptunum tamen in ea cultum fuiſſe tradit Tzetzes ad Lycophr. v. 522. Hactenus urbs innotuit.

Cytiſoro) In nomine variant auctores. Herodot. 7, 197. Apollon. Rhod. 2, 1157. Κυτίσσωρος; Κυτίσωρος cum Latinis plerique alii, et in metro Valer. Flacc. 5, 463. idque genuinum cenſet Valckenar. ad Herodot. c. l. alterum metri cauſa ponendum eſſe. Cf. etiam notae criticae ad h. l. pag. 589 ſq. et quae ad Apollon. c. l. monuit Brunckius. Quidam *Cytorum* eundum vocant; quod nexus declarat, ut Strabo 12. p. 376. ſ. 545. Ste-

phanus h. v. Phryxi filium cum Noſtro faciunt Herodotus, Apollonius, Strabo, Apollodor. 1, 9, 1. Stephanus, Anonymus in vita Apollonii extr. Ipſe Phryxus migratione ſua et traiectu ſatis vel ex Palaephato c. 3. notus eſt, ubi vid. quos laudavit Fiſcherus.

poſita) Sic 2, 2. f. et apud alios pro *condere.* Exempla conlegerunt la Cerda ad Virgil. Aen. 8, 53. Heinſius ad Ovid. Faſtor. 4, 72. idem et Burmann. ad Ovid. Metam. 3, 13. hic etiam ad Phaedr. 2, 5, 9. Hinc *poſitor* de conditore Ovid. Metam. 9, 448. Eodem ſenſu *conſtituere* Noſter 1, 11, 2. *ſtatuere* Vellei. 1, 1, 2. et alii. Vid. Ruhnken. ad Vellei. 1, 2, 5. *Fundare* et *ponere* promiſcue adhibuit Phaedr. 3, 9, 2. 6. Sic et in Graecis τίθημι.

Cytoros) Gr. Κύτωρος plerumque. Variatur tamen genus. Nam ὑλήεντα Κύτωρον dicit Apollon. Rhod. 2, 942. etſi paſſim talia in Homero de femininis obſervantur conlecta ab Euſtathio ad Il. 2, 567. p. m. 217. qui diſerte ad Il. 2, 853. p. m. 274. in. praeponit ἡ. At Strabo 12. p. 375. ſ. 545. Ptolem. 5, 1. neutro genere uſurpant. Latini *Cytoros* ſ. *Cytorus.* An eadem dicta etiam fuerit Κοτύωρα, diſceptatur. Sed vid. de eo Stephanus, Suidas, Euſtathius c. l. et ex recentioribus Voſſius ad Scylacem p. 81. (ed. Gron.) Weſſeling. ad Diodor. 14, 31. et in primis Berkelius ad Stephan. p. 474. et 486. et de utriusque permutatione Politus ad Euſtath. in Homer. T. 2. p. 783 ſq. Berkelius putat antiquum nomen fuiſſe Cytorum, a Cotye Paphlagoniae rege propter inſigne beneficium in Cotyora transiiſſe, ſed eo mortuo priſcum revocatum eſſe. Strabo, qui Cotyorum vocat, a Cytoro ſitu etiam diſtinguit. Cotyorum enim, uti et alii vocant, (Scymnus Chius in fragm. v. 177. —) Tibarenorum fuit verſus Ceraſunta (Strabo, Xenoph. de exped. Cyri 5, 5, 3. Plin. 6, 2. et 4. Ptolem. 5, 1. et 6.)

et hinc Cytorum a Carambi 120 ſtadiis removet, Cotyora a Ceraſunte 330. Arrianus in periplo Ponti p. 15 ſqq. Hudſ. Incola Cytori Κυτωριεὺς, Κυτωρίτης, Κυτώριος, (Stephanus et ex eo Euſtath. c. l.) et pro hoc Κυτοριος in numis. (Raſche in Lex. num. T. 1. P. 2. p. 1171.) Πόλιν Ἑλληνίδα vocat Scylax, emporium Sinopenſium Strabo. Montem eodem nomine memorat Plin. 6, 2. et inde Martianus Cap. 6. p. 222. quem falſo Macedoniae dat Servius ad Virgil. Georg. 2, 437. a multis ideo notatus. *Cytorios montes* tamen etiam dixit Plin. 16, 28. ſ. 16. ut tractum montium innuat. Inclaruit autem maxime *buxo* ſive mons, ſive ager, unde Catull. 4, 13. *Cytoros buxifer.* Cf. Strabo c. l. Theophr. in hiſt. plantar. 3, 15. Plin. 16, 28. ſ. 16. Euſtathius c. l. Hinc ὑλήεντα explicat Schol. in Apollonii l. c. et in Valerio Fl. 5, 106. *pallentem Cytorum* Heinſius et Burmannus. Hinc *Cytoriacus pecten* intelligitur apud Ovid. Metamorph. 4, 311. Cf. 6, 133. et la Cerda ad Virgil. c. l. Nomen antiquum ſua aetate tenuiſſe adfirmat Euſtathius, recentius *Kiedrus* in tabula Aſiae adiunxit Pococke; portum *Quitros* laudat hic Tavernier voyage 3, 6.

Cinolis) Gr. Κίμωλις, Κιμωλὶς, ſ. Κίνωλις, Κινωλίς; priorem formam praeferunt Plin. 6, 2. Ptolem. 5, 4. et in Strabone 12. p. 376. ſ. 545. libri editi; poſteriorem Strabonis codices, Marcianus Heracl. p. 72. Hudſ. (Κινώλης vulgo) Arrian. p. m. 15. anonymus in deſcript. Ponti Euxini, in Hudſ. Geogr. min. Vol. 3. p. 3. ex quo alia formae mutatio diſcitur. Ita enim ille, Κίμωλις, inquit, νῦν Κινώλης λεγομένη, etſi in poſterioribus ſcriptoribus urbis mentionem non inveni. Tum idem κώμην vocat, ut Marcianus. Ab Arriano emporium et ſtatio navium ibi commemoratur. Scylaci, etſi vulgo ibi male Κορωνὶς legitur, eſt πόλις Ἑλληνίς. Abulfeda tab. 18. p. 309. nominat *Kinuli* ad mare.

Anticinolis) Graeci per μ et ν, ut praecedentem fcribunt. Producunt Strabo, Marcianus. (ubi tamen corrupte Ἀντικίνων.) Plinius, Ptolemaeus aliique ignorant. Nominis caufa, ut in fimilibus, non eft obfcura.

Armene) Gr. Ἀρμένη, cum et fine adfpiratione, quam reiecit etiam Plinius 6, 2. et, quod gravius eft, Geogr. Ravenn. 2, 17. 5, 10. (*Armone* perperam) cuius aetate eam praemittere folebant. Unus, quod fciam, Xenophon de exped. 6, 1, 9. quod et ex eo notat Stephanus, fcribit Ἀρμήνη, quod ex dictantis voce natum videtur. Arrianus enim p. m. 15. ex Xenophonte reddit per ε. Incola Ἀρμεναῖος apud Stephanum. Scylax p. 33. Hudf. πόλιν Ἑλληνίδα dicit cum portu, quem et norunt Arrianus et Marcianus p. m. 72. Strabo 12. p. 376. f. 545. et alii. Iidem κώμην plerumque adpellant, (Sinopenfium addit Strabo adfentiente Xenophonte) ἄκρον tamen epitome Strabonis p. 155. Hudf. Plinii aetate intercidiffe, docet formula in his frequentata *fuit*, (6, 2.) at poft excitatam, mentio eius in Geogr. Ravenn. c. c. l. l. Quod Mela hic terminos Pamphyliae ftatuit, alii ulterius promovent, de quo fupra dictum eft ad *Paphlagonum*.

§. 9. *Chalybes)* Gr. Χάλυβες. Quaeritur de nomine et fitu. A Chalybe, Martis filio, id ducit Schol. Apollonii ad 2, 374. In Homero Il. 2, 856. Halizones, qui procul Alybe venerant, huc arceffit Strabo 12. p. 379. f. 549. ubi prolixam interpofuit disputationem, quam talium cupidi ipfi legant, additis Euftathio ad Homerum et Dionyf. v. 767. Stephano et Heynio ad Homer. c. l. Nempe Ἀλύβη pro Χαλύβη dictum volunt, quod non inufitatum effe exemplis probat Bochart in Phaleg 2, 17. f. Alii Chaldaeorum id prifcum nomen fuiffe putarunt, de quo cf. Strabo et Euftathius. Et fic fimpliciter Plutarch. in Lucullo cap. 14. ad Pontum Tibarenis vicinos ponit Chaldaeos, ubi Chalybes alii often-

dunt. Utrum Chaldaei ex Babylonia huc commigrarint, ut docere nititur Ditmar über das Vaterland der Chaldäer, an corruptio adſperſa fuerit nomini, quod putat Euſtathius ad Dionyſ. v. 768. dubium eſt. Contra hanc Chalybum terram antiquiſſimam Chaldaeorum patriam putat Michaelis in ſpicilegio Geogr. Hebr. P. 2. p. 77. ubi et ſqq. de iis etiam a Forſtero prolixe exponitur, et duplex inde Chaldaea conſtituitur, ad orientem una, altera ad boream; ipſi populi Hebraeis ſunt כַּשְׂדִּים. Quod Strabo de nominis mutatione obſtare videtur, ita illum locum facta inverſione legit: οἱ νῦν Χάλυβες Χαλδαῖοι τὸ παλαιὸν ὠνομάζοντο, quod Strabonis aetate Chalybum nomen notius fuerit et uſitatius. Xenophon de exped. lib. 7. extr. utrumque populum diſtinguit, ut in ipſa narratione 5, 5, 1. et 9. vicinum tamen facit. Nihil vero, nec niſi nominis forma, differre cenſet Mannert Geogr. Vol. 6. P. 2. p. 411. et Perſice Chaldaeos eſſe vocatos. Cf. Conſtantin. Porphyr. de them. 1, 8. Promiſcue adhiberi coeptos Chalybes et Chaldaeos docet Plutarchi locus, magisque confirmant, quae ex auctoribus innoteſcunt et declarant, poſt nomine contracto regionem dictam eſſe Χαλδίαν, gentem Χάλδους, de quo conſule Euſtathium c. l. et in primis Conſtantin. Porphyrog. c. l. Hinc et Geogr. Ravenn. 2, 16. hic ponit patriam Chaldaeorum. Conſtantinus cauſam nominis a Samariae captae incolis ducit, quos huc deduxerint Aſſyrii, ſacra ſcriptura teſte. Cf. 2. Reg. 17, 2 — 6. 18, 9 — 11. Ex migrationibus et commiſtionibus explicat etiam Uphagen in parerg. hiſtor. p. m. 147. — Sed de ſedibus aliqua. Herodotus 1, 28. conlocat inter Mariandynos et Paphlagones; ſed paullo id latius. Et ſic multi alii, poſteriores maxime, omnino Ponticam gentem adpellant, ut Schol. Eurip. ad Alc. v. 983. Vibius Sequ. p. 34. Quod etſi omnino verum eſt, propius tamen alii ita deſignant, ut parum ſtabiles fuiſſe adpareat. Ultra Halym enim Argonautarum tempore ad Thermodonta et Amazonum terram

removet Apollon. 2, 1000. ſubiunctis iisdem populis, quos Mela deinceps commemorat. Cf. etiam Schol. ad 2, 374. etſi idem fluctuatur ex poſteriorum narrationibus, et ad 1, 1323. et 2, 374. Scythiae gentem facit ultra Thermodontem, et ad 2, 141. Mariandynis conterminam. De Thermodonte conſentit etiam Scylax pag. 33. Hudſ. cum Strabone 12. p. 378. ſ. 548. Poſt enim ad Halyn proceſſerunt, intra quem Croeſi tempore ponit Herodotus c. l. Xenophon de exped. Cyri 5, 5. in. ita iter deſcribit, ut a Moſſynoecis Chalybas adierit et hinc ad Tibarenos pervenerit. Omnino autem auctores, ut praeter Scylacem, Strabonem Plinius 6, 4. Stephanus ſ. v. Χάλυβες, Dionyſ. v. 768. et ex eo Priſcian. v. 744. Avien. v. 947. — in terminis ponunt Thermodontem et modo propius admovent, modo longius ſeparant, omnique Geogr. anonym. in deſcr. Ponti pag. 11. (Vol. 3. Geogr. Hudſ.) prius habitaſſe dicit a Polemonio urbe ad Thermodontis flexus. Conſtantinus c. l. ulterius ad orientem reiicit, dum Trapezuntem illorum metropolim facit. Cf. etiam praeter Geographos Oberlin. ad Vibium p. 387. De eorum armis et adparatu hoſtili narrat Xenoph. 4, 7, 10. In primis autem illorum regio ferro duriori innotuit, et hinc *σιδηροφόρον γαῖαν* ſ. *χθόνα* vocat Apollon. Rhod. 2, 141. 1005. ipſos incolas agriculturam plane neglexiſſe; et Schol. ad 2, 1008. victum ferro vendito ſibi paraſſe ſcribit, cum terra ſterilis fuerit. De ferro praeter ſuperiores auctores cf. etiam Aeſchyl. in Prom. v. 720. (*σιδηροτέκτονας* vocat) Virgil. Georg. 1, 58. Valer. Flacc. 4, 611. Plin. 7, 57. ſ. 56. alii. Hinc et factum eſt, ut *chalys* poſt de ferro duriſſimo frequentaretur. Si ſupra notatus Homeri locus Il. 2, 857. huc valet, olim ibi fuit *ἀργύρου γενέθλη*, et poſt defecit, niſi cum Gurlitto velis, Homerum ferri illius colore argenteo deceptum fuiſſe. Vid. Fabricii bibl. Gr. Vol. 4. p. 642. ed. Harl.

Amiſon) Gr. Ἀμισὸς, in Theophraſti hiſt. pl. p. 416. f. vitioſe Ἀμυσὸς, poſteriores etiam, ut Suidas, Conſtantin. Porphyrog. de them. 1, 7. et alibi Ἀμινσὸς, ut olim vulgo in Strabone 2. p. 47. ſ. 68. *Miſſos* in tabula Peut. 9. C. et genere neutro Plinius 6, 2. *Amiſum liberum*, etſi *Amiſos* etiam ſcribit 5, 37. ſ. 9. in. ut in priori loco emendat Pintianus, cum alii feminino genere efferant, et in numis Αμισου ελευθερας legatur. Hinc deſcendit Ἀμισηνός. Stephanus etiam addit Ἀμίσιος ex Philone. An etiam Ἀμισεὺς, de eo vid. ad Polyb. 25, 4, 9. Scylax et Xenophon non adtingunt, etſi Datamis aetate ſtetiſſe ex Polyaeno 7, 21. f. adparet. An olim *Heneta* fuerit nominata, incertum eſt, et unius Zenodoti auctoritate nititur, qui in Homero Il. 2, 852. pro ἐξ Ἐνετῶν teſte Strabone 12. p. 374. ſ. 543. legit ἐξ Ἐνέτῆς, et ad Amiſum retulit. Plura de eo dabit Salmaſ. ad Solin. cap. 44. ſ. 46. p. m. 624. Πόλιν Ἑλληνίδα et Ἑλλήνων ἄποικον vocat Conſtantin. Porphyr. c. l. Atheníenſium coloniam Arrian. in periplo pag. 16. Hudſ. et Appian. in Mithrid. cap. 8. Priores tamen inducit ex Theopompo Strabo 12. p. 377. ſ. 547. quibus ſucceſſerint Athenienſes et tunc Piraeeum vocatam, unde et quidam Πειρα in numis ad eam referunt; quod tamen valde incertum eſſe pronuntiat Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 390. Scymnus Chius tamen in fragm. v. 184. Phocaeenſes ex Ionia gente conditores memorat. An ab Amazonibus fuerit condita, de eo ex numo apud Patinum de Imperr. R. p. 227. disquirit Petit ſur les Amamazones pag. 454 ſqq. De urbis dignitate et opulentia teſtantur multi. Sic Strabo c. l. et ex eo Stephanus vocant πόλιν ἀξιόλογον, Plutarch. in Lucullo cap. 14. m. εὐδαίμονα καὶ πλουσίαν. Cicero pro L. Manilia cap. 8. in ea et Sinope iactat regis (Mithridatis) domicilia, omnibus rebus ornata atque referta. Tulit etiam viros eruditos, in quibus Strabo nominat Demetrium, et, quo praeceptore uſus erat, Tyrannionem Grammaticum.

ſpſam urbem a Ponticis regibus ſubactam in bello Mithridatico expugnavit Lucullus, (Strabo 12. p. 377. f. 547. Appian. in Mithrid. c. 78. Plutarch. in Lucullo c. 19.) in bello civili diripuit Pharnaces, (Strabo c. l. Appian. de B. Civ. 2, 91.) Iul. Caeſar libertate donavit, Antonius regibus ſubiecit, in priorem libertatem reſtituit Auguſtus adtributis aliis urbibus. (Strabo c. l.) Hinc libera vocatur in auctoribus (Plinio 6, 2. et altero in epiſt. 10, 93.) et numis. Secundum Plinium 6, 2. f. illi iunctum fuit oppidum Eupatoria, (Strabo c. l.) a Mithridate conditum, (Appian. in Mithr. cap. 78.) quo victo una cum Amiſo Pompeiopolis nomen tulit. Eupatoria autem haec non debet confundi cum cognomini ad Lyci et Iris confluentem, ut docent Cellarius in Geogr. ant. 3, 8, 82. et Schweighaeuſer. ad Appian. in Mithr. c. 115. Eandem ab Mithridate Eupatore conditam, ob receptos Romanos poſt dirutam, Pompeius inſtauravit et *Magnopolim* vocavit. (Appian. c. l. Strabo 12. p. 383. f. 556.) Quod cum idem ſit, quod Pompeiopolis, videtur miſcuiſſe Plinius et ad priorem Eupatoriam transtuliſſe. Nam Amiſus nomen ſuum ad poſteros propagatum ſervavit. (Geogr. Ravenn. 5, 10.) Situm eius pro temporum ratione varie indicant auctores; in Galatiae ora maritima Ptolemaeus 5, 4. cf. ad §. 8. de Paphlagonibus; in Ponto Stephanus, Eutrop. 6, 8. f. 7. Oroſius 6, 2. f. uti aliae urbes ſic promiſcue in Ponto vel in Paphlagonia ponuntur; cf. Schol. Homeri ad Il. 2, 855. Leuco-Syris dat Scymnus Chius in fragm. v. 181. qui Cappadoces ſunt aliis, (vid. Strabo 12. p. 377. f. 544. Marcian. pag. 73. Hudſ.) in Paphlagoniae urbibus recenſet Plin. 6, 2. Sitam fuiſſe in ora docet Melae curſus, et ſic diſerte παραθαλασσίαν πόλιν vocat Conſtantin. Porphyr. de them. 1, 7. ἰσθμὸν ad eam memorat Euſtath. ad Dionyſ. v. 620. H. vocatur *Samſun.*

Sinopen) Gr. Σινώπη, et ſic cod. Leid. in Hierocle p. 702. ubi vulgo Σινόπη. Incola, teſte Stephano,

Σινωπεὺς et Σινωπίτης, quorum illud etiam numi praeferunt. Σινωπαῖος apud Schol. Apollonii ad 2, 958. Σινωπικὸς ap. Strabon. 12. p. 373. f. 540. et de agro Σινωπῆτις. Latini *Sinopeus*, ut Ovid. ex Ponto 1, 3, 67. *Sinopensis* in numis. (Rasche in Lex. num. T. 4. P. 2. pag. 1108.) De causa nominis vid. Scymnus Chius in fragm. v. 205. Anonym. in descr. Ponti p. 8. (Vol. 3. Geogr. Hudf.) Eudocia p. 375. et Schol. Apollonii ad 2, 948. Urbem Graecam vocat p. m. 53. coloniam Graecorum Constantin. Porphyr. de them. 1, 7. Milesios nominat Strabo 12. p. 376. f. 545. aliique plures apud Cellar. in Geogr. ant. 3, 8, 55. Coloniae deducendae praefuit forte Critias Cous, cuius eam κτίσμα dicit Eustath. ad Dionyf. v. 775. ex quo recte emendant in Stephano vitiatum κτίσμα Μακριτίου, nisi ex Scymno c. l. et anonymo in descr. Ponti c. l. legendum est Κριτίνου. Autolycum tamen conditorem colebant incolae. (Strabo.) Antiquissimam certe eius originem ad Argonautarum tempora refert Strabo, unde post Milesii occuparunt. Alii, ut Scymnus, Plutarchus in Lucullo c. 23. Appian. in Mithrid. c. 83. hac serie recensent, Amazones, Syros, Graecos. Hinc etiam a Sinope Amazone nomen ducunt praeter superiores Apollon. Rhod. 2, 949. cum Scholiasta, Diodor. 4, 72. Priscian. in perieg. v. 751. Genesius de rebus Constantin. lib. 3. p. 27. Ven. et quos producunt Wessel. ad Diodor. c. l. et Schrader ad Avien. v. 953. Celeberrimam urbem praedicant multi. Olim diu fuit libera, post expugnata sub Pharnacis fuit ditione, unde post Mithridatem, qui regni sedem ibi constituerat, Romanis cessit. (Strabo c. l.) Hinc in Ponto conlocatur a Scylace p. m. 40. Stephano h. v. Vitruvio 7, 7. Plinio 35, 13. f. 6. — magis proprie in Paphlagonia a Diodoro 14, 31. Imposita fuit cervici paene insulae, quae longe in mare prominebat, de quo situ maxime consulendi sunt Polyb. 4, 56. et Strabo 12. p. 376. f. 546. Marcian. pag. 72 sq. Hudf.

Naturam arte etiam adiutam fuiſſe addit Strabo, qui praeterea moenia, gymnaſium, forum, porticus, opera, laudat. Cum bis expugnata fuiſſet, primum a Pharnace, poſt a Lucullo, facta eſt colonia Romanorum, qualem vocant Strabo, Plin. 6, 2. et in primis numi, in quibus legitur C. I. F. S. (Colonia Iulia Felix Sinope) vel C. I. Aug. F. Sin. (Col. Iulia Auguſta Felix Sinope) uti docet Raſche in Lex. num. T. 4. P. 2. p. 1105 ſqq. A Sinope rubricae genus (μίλτος) inclaruerat nomine *Sinopis*, de quo Plin. 35, 13. ſ. 6. et quae notarunt Harduinus ad c. l. Salmaſ. in Solin. c. 53. ſ. 56. p. m. 813. Plura de ipſa urbe congeſſerunt Fontenu in Memoires — de Paris T. 10. p. 465 ſqq. et Belley ſur les ères de Sinope T. 26. pag. 456 ſqq. de epochis etiam Sinopenſibus Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 391 ſqq.

Diogenis) De eo vid. in primis Diogen. Laert. 6, 2. Brucker in hiſt. philoſ. T. 1. p. 871 ſqq. et Lexica hiſtorica. Inde ſimpliciter *Cynicus Sinopeus* ab Ovidio ex Ponto 1, 3, 67. vocatur. Porro notandum, quod uſitate *Cynicus* in Graecis et Latinis poſtponitur. Denique ex Strabone alii cives clari addi poſſunt.

Halyn) Gr. Ἄλυς, quod nomen traxiſſe ferebant ἀπὸ τῶν ὀρυκτῶν ἁλῶν. (Strabo 12. p. 386. ſ. 561. et quae Euſtath. ad Dionyſ. v. 784. adpoſuit de cauſa omiſſae adſpirationis.) Quod tradit Herodotus 1, 72. ex Armenio monte defluit per Cilices, et inde inter Matienos et Phrygas, tum verſus ſeptemtrionem Syrios Cappadoces, (Syros 1, 6. ſimpliciter, de quo alibi) ſic ut a mari, quod Cypro obiectum eſt, inferiora Aſiae ad Pontum usque dirimat. Quae ex hac deſcriptione difficultates obiiciuntur, expedire ſtuduerunt Cellarius in Geogr. ant. 3, 8, 57. et Mannert Vol. 6. P. 2. p. 453. Armenium montem, quod equidem puto, partem Tauri prope Armeniam minorem vocavit, Cilices autem

Armeniis et Cappadocibus facit finitimos et inde extendit ad mare Cyprium, quod conſtat ex lib. 5, 49. Ita vero, quod Cilices tantum noverat verſus Euphratem, propius fontes ad oram auſtralem admovet 1, 6. quo nomine reprehenſus eſt olim ab Arriano in periplo Ponti p. 16. Hudſ. et Anonymo de Ponto Euxino p. 9. (Vol. 3. Geogr. Hudſ.) qui monent, ab ortu potius ſolis decurrere, etſi Weſſelingius Herodotum ad 1, 6. ita tuendum ſuſcipit, ſi de ortu ſolis hiberno intellexit, Armenium autem montem, in quo et alii fontes aperiunt (Dionyſ. v. 786. et Priſcianus v. 757.) Ταύρου ἀπόσπασμα vocat Euſtathius ad Dionyſ. v. 694. παρατεῖνον ἕως καὶ εἰς Ἀρμενίαν. Quam enim late Armenius mons ſ. montes pateant, diſcitur inde, quod Phaſin etiam in iis oriri ſcribit Dionyſ. v. 694. pro quibus alii Moſchicos ponunt, ut infra notabo, porro v. 775. Thermodontem et v. 856. Euphratem. Hinc vero Plinius 6, 2. in radicibus Tauri fontes agnoſcit; Strabo 12. pag. 377. ſ. 546. in magna Cappadocia oſtendit prope Ponticam provinciam apud Cambyſenam. (Camiſenam) Si recentiorum narrationes conſulas, (vid. Büſching Tom. 5. P. 1. p. 129.) verſus orientem a Siwas prope Kodſche - Hiſar in planitie oritur, et inde curſu ab oriente tendit ad occidentem. Olim, Croeſi tempore, Lydorum et Medorum regna dividebat, (Herodot. 1, 72.) poſt Paphlagoniam verſus occaſum terminabat, (Strabo 12. p. 374. ſ. 544.) unde etiam Paphlagoniae fluvium vocat Schol. Apollonii ad 2, 366. uti ad 2, 965. Leucoſyriae i. e. Cappadociae. Quam Croeſo fuerit fatalis, ut loquitur Lucan. 3, 272. conſtat ex notiſſimo illo oraculo. Cf. quos indicat Daviſius ad Cicer. de divin. 2, 56. et Max. Tyr. 19, 5. Excurrit in Pontum inter Chalybes, (Noſter et ex eo Boccatius de flum. h. v.) prope Carambidis litora (Apollon. 2, 366. Dionyſ. v. 785. et interpretes Latini) inter Sinopenſium et Amiſenorum agros, (Arrian. in periplo p. 16. Anonym.

de Ponto c. l.) crebro vortice tortus. (Ovid. ex Ponto 4, 10, 48.) H. vocatur *Kiſil-Irmak* ſ. *Kizil-Ermak.*

Thermodonta) Gr. Θερμώδων. Si ſpurio Plutarcho de fluviis p. 765. (ed. Lipſ.) fides habenda eſt, nomen olim geſſit *Cryſtallum*, quod tamen etiam confirmat Euſtathius ad Dionyſ. v. 781. *Araxem* etiam nominatum fuiſſe, ſcribit Schol. Apollonii ad 2, 974. et 4, 133. contra alii ex Araxe Lycum, Phaſin et Thermodontem derivabant, de quo cf. Apollon. Rhod. 4, 133. et Orpheus in Argon. v. 748. et quae ibi monentur. Cauſa in eo quaerenda videtur, quod fuerunt etiam Amazones Sauromatides, ad quas pertinet proprie Araxes, unde nomen ad alios fluvios translatum et latius etiam uſurpatum eſt, de quo ad 3, 5, 5. Oritur in Armenio monte, (Dionyſ. v. 733. Avien. v. 856. Ammian. 22, 8.) quem paullo ante indicavi. Plinius 6, 4. oriri eum ſcribit ad Phanaroeam caſtellum, praeterque radices Amazonii montis labi, in quo ipſo fontes ponit Apollon. 2, 977. unde vario flexu diffuſusque procurrat. Sed Strabo, qui optime illa loca norat, lib. 12. p. 377. ſ. 547. Phanaroeam ſupra Amaſiam verſus Pontum in illa convalle ponit per eamque Irin fl. ducit. Idem non diſpergi in rivos dicit, ſed ex multis rivis uno alveo conligi. Quae conciliari ſic poſſunt, ut rivi illi ex Amazonio monte defluant, dum prope Phanaroeam coniungantur. Tum vero Amazonii montes removeri debent ad receſſum illius convallis Phanaroeae, ubi aliis ſunt Armenii montes, qui ſic latiſſime intelliguntur. Ptolemaeus 5, 6. ex indicio graduum fontes ponit in confinio Ponti Polemoniaci et Cappadocii. Labitur per Themiſcyrium agrum (Strabo) iuxta ipſam urbem (Anonym. de Ponto Euxino T. 3. Geogr. Hudſ. p. 11.) et hinc in Pontum effluit ſub flexuoſum promontorium. (Apollon. Rhod. 2, 984.) Ceterum celebratur ob ſedes maxime Amazonum. Cf. ad Vibium

pag. 205. a viris doctis notata. At quia Amazones a Marte geniti feruntur (Apollon. Rh. 2, 990. Euſtath. ad Dionyſ. v. 654.) vel bellicoſae erant (Euſtath. ad Dionyſ. v. 774. —) ipſe fluvius inde vocatur Ἐνυάλιος, (Dionyſ. v. 774.) *Martius amnis*, (Prician. v. 748.) *Gradivo ſacer.* (Valer. Flacc. 5, 123. conl. 4, 602.) *Citum* dicit Ovid. Metam. 2, 249. Εὖρος illi tribuit τριῶν πλέθρων (300 pedum) Xenophon de exped. 5, 6, 3. aequale Iridi propinquo. *Vatiza* hodie, quod nomen in tabula Aſiae minoris adpoſuit Pococke. De *Lycaſio* dictum eſt in notis crit. pag. 598. Initium inde ducit Plinius Themiſcyrenae regionis, contra Menippus apud Stephanum a Chadiſio.

campus) Commemoratum inveni Θοιάντιον πεδίον Θερμώδοντος apud Schol. Apoll. ad 2, 990. de quo deinceps. At quia in eo campo Noſter Themiſcyrum ponit, Themiſcyrius eſt ille campus, vel uterque pars Phanaroeae, quae late hic patebat, et parvis montibus dividebatur; (Strabo 12. p. 377. ſ. 547. f. et p. 383. ſ. 556.) *Phanagoriam* campum vitioſe adpellat Ptolem. 5, 6. Plures hinc ad Thermodontem campos commemorat Plutarch. in Lucullo cap. 14.

Themiſcyrum) Gr. Θεμίσκυρα, ἡ, (Strabo 12. p. 377. ſ. 547. alii) Θεμίσκυραι, (Plutarch. c. l.) rarius Θεμίσκυρον, de quo vid. not. crit. p. 600. Adiacebat Thermodonti (Herodot. 4, 86. Appian. in Mithrid. cap. 78. —) prope exitum (Anon. de Ponto Eux. p. 11. Vol. 3. Geogr. Hudſ.) Πόλιν μεγάλην vocat Diodor. 2, 45. f. in eaque ponit regiam Amazonum 4, 16. in. Πόλιν Ἑλληνίδα vocat Scylax p. 33. Hudſ. ab Amazonibus conditam fuiſſe refert Diodor. 2, 45. et ab Amazone nomen inditum Appian. c. l. ubi eius obſidionem a Lucullo factam commemorat, poſt quam forte expugnata et devaſtata eſt, quod Mela utitur verbo *fuit.*

Multi eodem nomine deſignant etiam campum, πεδίον vel etiam χώραν, ut Strabo 1. p. 36. ſ. 52. 12. p. 377. ſ. 547. et epitome, Hecataeus apud Stephanum ſ. v. Χαδισία, perque eum campum Strabo lib. 12. c. l. Thermodontem et Iridem ad mare deducit. Sic apud Plinium 6, 3. f. 24, 102. ſ. 17. *Themiſcyrena regio* occurrit, *Themiſcyrii campi* apud Iuſtin. 2, 4, 2. Salluſt. fragm. lib. 6, 13. Curt. 1, 2, 15. vel *Themiſcyrae*, Curt. 6, 5, 24. *Themiſcyraei* (melius per *e* pro *ae*) luci, quos interlabitur Thermodon, Ammian. 22, 8. Sed Apollon. Rhod. 2, 373. vocat Δοίαντος πεδίον et v. 988. Δοιάντιον, ubi cf. Schol. In Nonni Dionyſ. 13, 516. δάπεδον Δοίαντος pro eo legitur. Nomen traxit a Doeante, (Schol. Apoll. ad 2, 373. et 988.) quia fuit πόλις Ἑλληνὶς, (Scylax) et hinc Themiſcyra Δοιαντὶς dicitur ab Orpheo v. 737. uti pro Βοιαντὶς voluerunt viri docti et nuper repoſuit Schneiderus. De aliis nominibus dictum eſt antea. De ſedibus notis Amazonum cf. Petit ſur les Amazones pag. 347 ſqq. et Guyon hiſt. des Amazones p. 130 ſqq. Hinc ipſae etiam Themiſcyriae (ει) vocantur ab Apollonio Rh. 2, 995. et, quam 2, 371. dixit Θεμισκύρειον ἄκρην, poſt v. 965. Ἀμαζονίδων λιμενήοχον ἄκρην effert. Portum memorant Apollodor. 2, 5, 9. Schol. Lycophr. ad v. 1327.

Amazonum) De antiquis earum ſedibus verſus ſeptemtrionem et ultra Pontum cf. infra ad §. 19. et ad 3, 5, 1. A Tanai, incertum quam ob cauſam, huc digreſſae ſunt, ut dicit Salluſt. apud Servium ad Virgil. Aen. 11, 659. ubi *Threiciae* hinc adpellantur i. e. Scythicae ſ. Sarmaticae ſenſu latiori. E Scythia enim veniſſe docet locus claſſicus Iuſtini 2, 4. in. Cauſam exponit Ammianus 22, 8. Hyrcaniae finitimas facit Curtius 6, 5, 24. in Caucaſo, qua mare Hyrcanum ſpectat, ponit Plutarchus in Pompeio cap. 35. et inde huc veniſſe contendit Procop. de B. Goth. 4, 3. Cf. Aeſchylus

in Prometheo v. 728 ſqq. quae ex variis migrationibus intelligi debent. Herodotus tamen 4, 110 ſq. antiquam illarum ſedem ad Thermodonta conſtituit, ut Diodor. 2, 45. unde ab Hercule victae ad paludem Maeotida verſus Scythiam migraverint. Cf. et Dionyſ. v. 653 ſqq. Inde tamen iterum adiunctis Scythis ad Thermodonta rediiſſe videntur, traiectoque Boſporo Cimmerio per Thraciam profectae denique in Atticam irrupiſſe. Vid. Diodor. Sic. 4, 28. et infra ad §. 19. *Caſtra* igitur in rei memoriam dicti ſunt Themiſcyrii campi, ubi conſederant, quos hinc *Amazonum campos* vocat Curtius 6, 4, 17. et hanc regionem τὸ τῶν Ἀμαζόνων οἰκητήριον Strabo 12. p. 377. ſ. 547. ut alia omittam de re decantata. Sed, ut Noſter, Ἀμαζόνων στρατόπεδον ad Thermodonta commemorat etiam Procop. 4, 2. c. l.

Amazonium) Plinius 6, 4. in oppidis recenſet, ita tamen, ut de ſitu iudicari certo non poſſit. Sic in Attica Ἀμαζονεῖον eadem de cauſa memorat Diodor. 4, 28. Sed cf. notae criticae p. 602.

§. 10. *Tibareni)* Gr. Τιβαρηνοὶ uſitate, vel, ut Stephanus ſ. v. Τιβαρηνία notat, etiam Τιβαρήνιοι. Iidem etiam ex alia dialecto ſupra 1, 2, 5. adpellavit *Tibaranos*, ad quem locum cf. notae criticae p. 120 ſqq. Regio Τιβαρηνία, (Stephan. ſ. v.) Τιβαρηνὴ, uti ex codice refinxit Weſſelingius in Diodoro Sic. 14, 30. f.) vel pluribus verbis Τιβαρηνῶν χώρα, (Xenoph. de exped. Cyri 5, 5. in.), Τιβαρηνὶς γαῖα, (Apollon. Rh. 2, 1010.) — In ſedibus cum Noſtro conſentiunt et alii, ut Apollon. Rhod. 2, 375 ſq. Strabo 12. p. 382. ſ. 555. Xenoph. c. l. Accuratius de ſitu iudicari poteſt ex eo, quod Xenophon Cotyora (ω) urbem iis tribuit, aliique (Scymnus Chius in fragm. v. 177. et anonymus de Ponto Euxino p. 12. Vol. 3. Geogr. Hudſ.) a Cotyoro (ſic) ad Polemonium continuis agris habitaſſe ſcribunt;

in Ponto igitur Polemoniaco, de quo Ptolem. 5, 6. Latius extendit Strabo 7. p. 214. f. 309. ad confinia Trapezuntis, ut Scythicam gentem facit, qua originem forte, Schol. Apoll. ad 2, 377. et 1012. Regionem ipfam Xenophon, teftis oculatus, πεδινὴν vocat et χωρία ad mare ἧττον ἐρυμνὰ memorat, ipfos incolas πολύῤῥηνας Apollon. R. 2, 377. Dionyf. v. 767. et hinc *gentem pecorum divitem* Prifcian. v. 743. De moribus poft. Ceterum fecundam fyllabam corripiunt poetae praeter Avien. v. 947. ubi cf. Schraderus.

bonum) Scymnus Chius in fragm. v. 179. γελᾷν σπεύδοντες ἐκ παντὸς τρόπου εὐδαιμονίαν εἶναι ταύτην κεκρικότες, quae repetit anonymus de Ponto Eux. c. l. Eadem paene notavit Ephorus, tefte Stephano h. v. cuius verba brevitate Romana Melam hic transtuliffe exiftimat Rutgerfius Varr. lectt. 4, 20. Morem eorum alium, hoc omiffo, commemorat Apollon. Rhod. 2, 1011 fqq. ut viri pro feminis edito partu vicem fufcipiant in lecto cubantes, quod Scholiaftes Nymphodori teftimonio confirmat; ipfa verba ex parte reddit Valer. Flacc. 5, 149. Similem morem de Hifpaniae feptemtrionalis populis narrat Strabo 3. p. 114. f. 165. de Corficis viris Diodor. Sic. 5, 14. Prolixius et data opera de eo ritu (Männer-Wochen) expofuit Meiners. Iuftiffimos praeterea eos dicit Schol. Apoll. ad 2, 1012. qui pugnam non committant, nifi indicto antea loco, die et hora pugnae.

Mofyni) Gr. Μόσυνοι vel Μοσύνοικοι, modo fimplici σ, modo duplici. Pofterius nomen frequentant Graeci, prius Latini, etfi nec alterum utrique fpernunt, ut Orpheus v. 740. et Ammian. 22, 8. Nomen ductum eft a μόσυν f. μόσσυν, uti tradunt Apollon. Rh. 2, 1018. Dionyf. Hal. 1, 26. Euftath. ad Dionyf. v. 766. Schol. Apoll. ad 2, 379. — Explicant autem πύργος, (Apollon. c. l. Hefychius, Euftath. c. l.) οἰκία ξυλίνη, (Etymol. M.)

nempe, quod Noſter ait, quia turres ligneas ſubibant. Hinc ſatis quidem remote et duriter *Durateûm* gentem vocat Avien. v. 946. quia Dionyſius c. l. dixerat: οἳ μόσσυνας ἔχουσι δουρατέους, cum alii, in iis Ortelius, nomen proprium gentis eſſe voluerint. Chalybas et Tibarenos et alii faciunt conterminos, in primis Xenophon de exped. Cyri 5, 4. Cf. et Apollon. Rh. 2, 379. In Ponto locat illorumque urbem Metropolim commemorat Stephanus. Ad Tanain iuſto longius reiicit Tibull. 4, 1, 146. Accuratius ſitum indicat a Cotyoro ad Ceraſunta anonymus de Ponto Eux. p. 12. (Vol. 3. Geogr. Hudſ.) etſi Xenophon artioribus limitibus continet. Metropolim adtigit idem 5, 4, 7. et ex eo Diodor. 14, 30. Ceterum eadem de cauſa Tyrrhenos ſic olim adpellatos fuiſſe quidam putarunt teſte Dionyſ. Hal. 1, 26. et a domiciliis Troglodytae populi quidam.

perſignant) Plin. 6, 4. *notis ſignantes corpora.* De re Xenoph. c. l. ποικίλοι τὰ νῶτα καὶ τὰ ἔμπροσθεν πάντα ἐστιγμένοι ἀνθέμιον. Pro στίζειν Diodor. Sic. 14, 30. dicit καταποικίλλειν. Similia narrantur de Thracibus, (Euſtath. ad Dionyſ. v. 322. στίζονται) de Agathyrſis, (Mela 2, 1, 10.) de Britannis. (3, 6, 5.) Sic hodie Mauri et Maurae pulvere pyrio et antimonio notas ſibi imprimunt, (Poiret voyage en Barbarie P. 1. p. 53.) aliique multi, ut Novi Hollandi, Selandi, Ottaheitenſes — de quibus adeundi, quos teſtes produxit Iſelin Geſch. der Menſchheit T. 1. p. 170 ſqq. (ed. 5.) et ego indicavi ad citata Melae loca. Ceterum de Moſynis Xenophon etiam haec tradit: λευκοὶ πάντες οἱ ἄνδρες καὶ αἱ γυναῖκες.

propatulo) Adiici alias ſolet praepoſitio *in*, ut pluribus locis docuit Waſſius ad Salluſt. Catil. 13, 3. De re omnino Xenophon c. l. ἐν ὄχλῳ ὄντες ἐποίουν, ἅπερ ἄνθρωποι ἐν ἐρημίᾳ ποιήσειαν, ἄλλως δὲ οὐκ ἂν τολμῷεν· μόνοι τε ὄντες ὅμοια ἔπραττον, ἅπερ ἂν μετ᾽ ἄλλων ὄντες,

quae cum levi variatione defcripfit Euftath. ad Dionyf. v. 766. Sic Scymnus Chius in fragm. v. 165. et anonym. de Ponto Eux. c. l. ἐν φανερῷ ἕκαστα πράττειν φασί. Cf. etiam Apollon. Rh. 2, 1022. Quod de cibis refert Mela, idem fupra 1, 9, 6. de Aegyptiis dixerat. Ipfa autem alimenta commemoravit Xenophon c. l. in quibus etiam reperitur vinum.

concumbunt) Hoc vivide in primis declarat Apollon. Rhod. 2, 1024. Οὐδ' εὐνῆς αἰδὼς ἐπιδήμιος, ἀλλὰ, σύες ὥς φορβάδες, οὐδ' ἠβαιὸν ἀτυζόμενοι παρεόντας, Μίσγονται χαμάδις ξυνῇ φιλότητι γυναικῶν. Diodor. Sic. 14, 30. ταῖς γυναιξὶν πλησιάζουσι πάντων ὁρώντων. Teftatur Xenophon 5, 4, 18. Idem de Indis tradit etiam Herodot. 3, 101. de incolis Caucafi ex Onefícrito Strabo 15. p. 488. f. 710. Cf. etiam de promifcuo et publico coitu Sextus Empir. in Pyrrhon. Hypot. 3, 24, 209. et ibi Fabricius, Ariftoteles Politicor. 2, 2. Hodie etiam mos ille dominatur in barbaris gentibus, ut Mongolis, Sibiris. (Georgi Befchr. der Ruff. Völker p. 370. Pallas Nordifche Beyträge P. 1. p. 261.) Promifcuum autem concubitum pluribus tribuunt, ut Agathyrfis Herodot. 4, 104. Cafpii maris accolis idem 1, 203. Britannis Zonaras 12, 10.

vinculis) Idem refert Scymnus Chius in fragm. v. 166. et ex eo anonym. de Ponto c. l. τόν τε αὐτῶν βασιλέα δεδεμένον ἐν πύργῳ τε συγκεκλεισμένον τηρεῖν ἐπιμελῶς τὴν ἀνωτάτω στέγην ἔχοντα. Conferri praeterea poffunt Nicolaus Damafc. de moribus gentium pag. 3851. (in Gronov. thef. Vol. 6.) et Apollon. Rh. 2, 1027. Xenophon de exped. Cyri 5, 4, 15. Diodor. c. l.

inedia) Apollon. c. l. ἢν γάρ πού τι θεμιστεύων ἀλίτηται, Λιμῷ μιν κεῖν' ἦμαρ ἐνικλείσαντες ἔχουσι. Similia tradunt Scymnus, anonymus de Ponto, Nicolaus

(hic λιμῷ ἀποκτείνουσι) c. c. l. l. Ephorus et Nymphodorus apud Schol. ad Apollon. c. l. Idem fere de rege Taprobanes infulae narrat Plinius 6, 24. f. 22. *rex, fi quid delinquit, morte multatur, nullo interimente, averfantibus cunctis, et commercia etiam fermonis negantibus.*

afperi) Ἔθεσι καὶ νόμοις καὶ ἔργοις βαρβαρικοῖς fuiffe dicit Scymnus c. l. quae quidem fuperiora fpectant. Quod pernoxii adpulsis fuiffe Nofter fcribit, id omnino adfirmat Valer. Flacc. 4, 613. de populis poft Chalybas ad Colchida. Ipfa vox *pernoxii* videtur effe unici exempli. Aliud enim ignorant Lexica, nec mihi occurrit.

§. 11. *Macrocephali)* Graeca hac adpellatione commemorant Scylax p. 33. Hudf. Plinius 6, 4. Stephanus h. v. et quidam alii. Scylax eadem eos ferie ponit, qua Nofter, item Plinius, iuxta Colchos Stephanus. Palaephatus in Troicis, quod teftantur Harpocration et Suidas h. v. pofuit in Libya fupra Colchos, fatis miro nexu. Adiuvat tamen et difficultatem expedit Stephanus, qui Libyftinos (vid. h. v.) producit, gentem olim Colchis vicinam, unde *Cytaea Libyftica* urbs in Colchis commemoratur a Lycophr. v. 1312. ubi vulgo male Λιγυστικὴ legitur, Κύτα Stephano, Κύτος auctori Etym. M. utrique in Colchide, unde et Κυταιεὺς Αἰήτης dicitur ab Apoll. Rh. 2, 403. Cf. Holften. ad Stephan. p. 189. Cerafunta oppidum iis fubiungit Plinius. Nominis caufa in promtu. Negant tamen alii, tales unquam populos exftitiffe, et narrationes de iis ad fabulas reiiciunt, ut Strabo 1. p. 29. f. 45. de Hefiodo et de Scylace Philoftratus in vita Apollonii 3, 47. quem dicit ᾄδειν. Neque tamen a vero abhorret, fi audias Hippocratem de aer. cap. 35. Nempe recens natorum infantium capita manibus fafciisque ita eos coegiffe, ut ad eam formam excrefcerent, quam temporis progreffu ipfa natura adiuverit. Ita nominis caufam explicat etiam Muretus Varr. Lectt. 12, 8. Idem Genuenfium

exemplis confirmat Scaliger ad Theophrast. de cauf. plant. 5, 9. pag. 287. Tales etiam in pagis aliquot Cherfonefi Tauricae inveniri ex amico audiverat Pallas. (Vid. Journal für Fabrik — T. 15. P. 2. p. 113.) Cum olim Macrones hanc capitis formam habuerint, eosdem etiam esse contendit ex auctorum comparatione Olearius ad Philostrati vitam Apoll. 3, 47. p. 134. Convenit utique fitus et vicinia populorum, quos hic Mela recenfet, uti cognofcitur ex Apollonio Rhod. 2, 1242. Dionyfio v. 766. Prifciano v. 740. Avieno v. 946. Sic praeter alios etiam Strabo 12. p. 378. f. 548. Macrones in hoc tractu novit. Cum Mofynoecis et Tibarenis coniungit Herodot. 3, 94. conl. 7, 78. ad Thermodonta verfus Colchos ponit idem 2, 104. Sannos poftea dictos refert Strabo c. l. et Euftathius ad Dionyf. c. l. et quod hic addit, magis proprie pofteriori aetate, confirmante id Procopio de B. Goth. 4, 1. *Tzanos*. Plura dabit de iis eorumque in hac parte fedibus idem Procopius de B. G. 4, 2. de aedificiis 4, 67. Rem plane conficit anonym. de Ponto pag. 14. (Vol. 3. Geogr. Hudf.) qui a Trapezunte ad infulam Ariftiadis, olim Cerafunta, prius habitasse fcribit *Acrones* five *Acrocephalos*, in quo aberratio librarii facile deprenditur. Et fic locorum etiam feries confentit in anonymo et Procopio de B. Goth. 4, 2. Quod Plinius 6, 4. facit diverfos, et primum Macrocephalos, poft interiectis aliis gentibus Macrones et poft Sannos ponit, fecutus eft, ut faepe, diverfos auctores, incurius, utrum re, an verbis tantum discreparent. Numi, quos quidam ad Macrocephalos referunt, in primis Goltzius, dubii funt, vel Corcyrae adfcribi debent. Vid. Rafche in Lex. num. Tom. 5. P. 1. p. 70. et Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 2. p. 355.

Becheri) Gr. Βέχειρες, rarius, ut certo quidem adpareat, Βέχειροι, de qua variatione dictum eft in not. critic. pag. 613. Ποντικὸν ἔθνος καὶ Σκυθικὸν vocat Euftath. ad Dionyf. v. 762. Situs ex connexu aliorum

cognofcitur. Poftea Sannis f. Tzanis adnumeratos fuiffe, inde adparet, quod Lazi funt antiqui Colchi, Tzani autem Lazis fuerunt contermini, uti contendit Procopius de B. Goth. 4, 1. Late per oram fparfos Bechirum fedes patuiffe, ex Argonautarum curfu adparet apud Apoll. Rh. 2, 394. et 1244. eorumque etiam urbem et portum commemorat Scylax p. m. 33. Macrias Bechirum gentem quosdam olim habuiffe, refert Schol. Apoll. Rhod. ad 1, 1024.

Buzeri) Ufitatius *Byzeres*, de quo dictum eft in notis criticis p. 613. Poft Colchos inverfa progreffione ponit Scylax p. m. 32. Βυζηρικὸς λιμὴν notatur a Stephano et Euftathio ad Dionyfium v. 762. Ipfos *vagos* adpellat Valer. Flacc. 5, 153. et Heptacometarum genti adfcribit Strabo 12. p. 378. f. 549. et ex eo Stephanus, quam Strabo conlocat in vertice montis Scydiffes, qui cum Mofchicis montibus in Colchide connectitur.

Cerafus) Gr. Κερασοῦς, incolae Κερασούντιοι (Xenoph. de exped. 5, 5, 7.) f. Κερασόντιοι, quod ex numo adfert Rafche in Lex. num. Tom. 1. P. 2. p. 477. cum, tefte Eckhelio in doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 350. alii exhibeant per ου. Nomen ἀπὸ τῶν φυτῶν τῶν κεράσων derivat Euftath. ad Homer. Il. 2, 853. p. m. 273. et ad Dionyf. v. 456. fimilium adpofitis exemplis, etfi alii contra ab ipfa urbe cerafa dicta volunt, de quo deinceps. Πόλιν Ἑλληνίδα vocant Scylax p. m. 33. et Diodor. Sic. 14, 30. qui addit Σινωπέων ἄποικον, adfentientibus Xenophonte de exp. 5, 3, 4. et Arriano in periplo Ponti Eux. p. 17. Hudf. Ποντικὴν πόλιν vocat Euftathius c. l. *civitatem Ponti* Servius ad Virgil. Georg. 2, 18. propius in Ponto, qui poft Polemoniacus dictus eft, locat Hierocles pag. 702. in Cappadocia Ptolem. 5, 6. quod ex diverfa defcriptione diverfo tempore facta explicandum eft. Colchidis urbs vocatur a Xenoph. c. l. ex quo etiam maritimam urbem fuiffe adparet 5, 7. c. l. ubi plura de ea narrantur. Innotuit maxime, et ideo forte Nofter inluftrem vocat, quod cerafa inde ante incognita in Italiam

devexit Lucullus in bello Mithridatico, ut narrant plures, in quibus Athen. 2, 11. f. 35. Plin. 15, 30. f. 20. Tertullianus in Apolog. c. 11. p. 12. Ammian. 22, 8. Hieronym. ad Euftach. p. 131. Servius c. l. — qui quidem dubium reddunt, utrum ab urbe, an contra nomen natum fuerit. Sed qui plura defiderat, dabunt Krünitz Encyklopädie T. 39. p. 21 fq. Penzel ad Strabon. T. 3. p. 1854. et qui de veterum cerafis expofuerunt Schneider. ad Pallad. 11, 7. p. 178 fq. et Beckmann de hiftoria nat. vett. p. 50. Ipfam urbem κατοικίαν μετρίαν cum Hermonaffa vocat Strabo 12. p. 378. f. 548. Ceterum disputationem movit Arrianus c. l. ubi dicit, olim adpellatam ita fuiffe *Pharnaciam*, ex quo bis idem repetit anonymus de Ponto c. l. Nempe alii utramque urbem ut nomine, ita fitu diftinguunt, in quibus Plin. 6, 4. Ptolem. 5, 6. et in primis Strabo 12. c. l. qui adeo difficultatem augere videtur, dum Pharnaciam ex Cotyoro conditam fuiffe fcribit. Quod etfi de colonia intelligi poteft et debet, quia alii etiam has urbes feparatim memorant, repugnat tamen fuperioribus. Cellarius in Geogr. ant. 3, 8, 74. expediri difficultatem fic poffe putat, ut Arriani aetate Cerafus plane fuerit everfa, nifi obftet, quod poftea Cerafus tamquam urbs epifcopalis memoratur, cum nulla Pharnaciae fiat mentio. Si vera retulit Arrianus, repentinas viciffitudines illo tempore utraque urbs eft experta. Stuckius ad Arrianum pag. 125. duas Pharnacias fuiffe putat, unam veterem Trapezunti viciniorem, alteram Arriani novam, olim Cerafunta. Confuli etiam poteft Mannert Vol. 6. P. 2. p. 386. H. a Graecis vocatur *Kirifontho*, (Büfching Geogr. Vol. 5. P. 1. p. m. 169.) *vulgo Cerafonte*. Plura de hac urbe narrat Tournefort voyage du Levant Tom. 2. lettre 17. p. 98 fq.

Trapezus) Gr. Τραπεζοῦς, incolae Τραπεζούντιοι, ut et Latini; numi quidam Τραπεζοντιων. (Rafche Lex. num. Tom. 5. P. 1. p. 1573.) Praeterea Stephanus adfert Τραπεζούσιος, unde Τραπεζουσία χώρα dicitur

ab Euſtathio ad Dionyſ. v. 687. Ipſa urbs alio nomine olim dicta eſt Οἰζηνίς. Nominis cauſam a forma, quae quadrati oblongi ſpeciem repraeſentat, ducunt Büſching p. m. 169. c. l. et ante eum Stuckius ad Arrianum in periplo Ponti p. 67. Πόλιν Ἑλληνίδα vocat Scylax p. 33. Hudſ. cum Strabone 12. p. 377. ſ. 548. Σινωπέων ἀποικίαν Xenophon de exp. Cyri 4, 8, 17. et ex eo Diodorus c. l. et ſic Arrianus, qui ab ea periplum ingreditur, et Stephanus c. l. Σινωπέων ἄποικον, Euſtathius ad Dionyſ. c. l. Σινωπέων κτίσμα; latius Conſtant. Porphyr. de them. 1, 8. Ἑλλήνων ἀποικίαν. Ex Arcadia Trapezuntios huc migraſſe et receptos fuiſſe ut ὁμωνύμους ſcribit Pauſan. 8, 27, 4. Poſſedit poſtea Mithridates, quo devicto *libera* facta eſt, uti eam vocat etiam Plin. 6, 4. Macrocephalis tribuit Scylax, in Ponti regione ponit Ariſtoteles de mir. auſcult. c. 17. et Agathemer. 2, 9. magis diſtincte Xenoph. de exp. 4, 8, 17. et ex eo Diodor. c. l. et Euſtath. in Dionyſ. v. 772. in Colchide; Strabo 12. p. 378. ſ. 549. ſua aetate prope Colchida et 7. p. 214. ſ. 309. iuxta Tibareniam et Colchida; Ptolemaeus 5, 6. in Ponto Cappadocio et latius Stephanus ad Pontum Euxinum, pro quo a Xenophonte dicitur ἐν, maritimam urbem indicans. Ὅρμον ibi fuiſſe, in cuius loco portum moliebatur Hadrianus, diſcitur ex Arriani periplo p. 17. Hudſ. Inſulae arduae oppidum adeo vocat Ammian. 22, 8. cum Pityunte, vage, cum id alii ignorent, et Plinius tantum *vaſto monte clauſum oppidum* fuiſſe ſcribat. Celebritatem urbis varie declarant: Zoſimus 1, 33, 2. πόλις μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος, Euſtath. ad Dionyſ. v. 687. μέγα ἐμπόριον. Poſt etiam facta eſt Chaldiae metropolis. (Conſtantin. Porphyr. c. l.) In rebus porro memorabilibus reponitur mel venenatum, quod ſanos in inſaniam convertat, inſanos reparet. Teſtis rei adeſt Xenoph. de exp. 4, 8, 16. narrantque alii multi, quos recenſet Beckmann. ad Ariſtotel. p. 44 ſq. c. l. ubi et de eo melle disquirit. H. *Taraboſan* ſ. *Trebiſonde*. De recentiori ſtatu v. Tournefort voyage du Levant T. 2. lettre 17. p. m. 101 ſqq. Sauveboeuf Reiſen durch die

Türkey T. 1. pag. 210. ex quibus adparet, etiam nunc urbem eſſe ſatis amplam et incolis frequentem, portum neglectum. Hiſtoriam urbis enarrat Allgem. Welt-Geſch. T. 8. p. 291.

§. 12. A Boſporo, inquit, Thraciae, tractus litoris maris porrigitur longo ſpatio in orientem usque ad Trapezunta et hinc recurvatur in angulum, quem inhabitant Colchi. MVENSTERVS. *Phaſiacum angulum* vocat Noſter 2, 2, 5. Graeci μυχὸν, quem ad Phaſidem ponit etiam Apollon. Rh. 2, 1246. Cf. Valerius Flacc. 5, 155. Καμπὴν autem hanc ἀξιόλογον Strabo 11. p. 342. ſ. 497. a Trapezunte extendit ad Dioſcoriada, ad quam longiſſime verſus orientem Pontus porrigatur.

Colchi) Colchos, ut ſolet etiam in aliis, ſimul innuit. Gr. Κόλχοι, regio Κολχὶς, vel auctis verbis Κολχὶς γῆ, (Euſtath. ad Dionyſ. v. 688.) Κόλχων χώρα. (Arrianus pag. 4. Hudſ.) Κολχικὴν etiam vocant Agathemer. 2, 6. Syncellus in Chronogr. p. 283. Ven. Quod olim in Horatii epod. 5, 21. et Ovid. epiſt. 6, 136. legebatur *Colchos*, ſublatum nunc eſt. Inde gentilia notantur *Colchus*, *Colchicus*, *Colchis*. Ipſi Colchi ex Aegypto huc deſcendiſſe feruntur a multis, quos memorant Schraderus et Wernsdorf. ad Avien. v. 874. Cf. etiam Larcher ad Herodot. 2, 104. T. 2. p. m. 573 ſq. et, qui pro hac ſententia fortiter pugnat, Bochart in Phaleg 4, 31. cui adiungi poteſt Martin in diſſert. ſur — Eſpagne §. 2. 3. quae adnexa eſt eius libro hiſt. des Gaules T. 1. p. 535 ſq. Factum hoc eſt, ut quidem tradunt Herodotus c. l. et Valer. Flacc. 5, 419. cum Seſoſtris prima bella Getis inferret; etſi reluctatur in hoc Bochartus, aliamque alii viam aperiunt, in his Strabo 12. pag. 343. ſ. 498. Diodor. 1, 28. et 55. — Iudaeorum tamen ſubolem putat Stuckius ad Arrian. p. 99. Poſtero tempore Lazos dictos fuiſſe, regionem ipſam Lazicam, ex pluribus conſtat. Vid. Procop. de B. Goth. 4, 1. ſ. Tzetzes ad Lycophr. v. 887. — Hinc et in Lazorum patria Phaſin ponit

Geogr. Ravenn. 2, 12. In ora tamen Colchidis maxime habitaſſe, adfirmat Ptolem. 5, 10. ubi tamen prave Λάζαι vocantur, ut ex Plinio 6, 4. adparet, qui in Colchorum populis recenſet. Plura conlegit Stuckius ad Arrian. pag. 103. De Colchorum nomine cf. Euſtath. ad Dionyſ. v. 689. Regio olim late patuit, quippe cui Xenophon de exped. 5, 3, 4. adtribuit Ceraſunta, et 4, 8, 17. Trapezunta, quod quidem eius ditionem ſpectare videtur. Arrianus in periplo p. 11. Hudſ. conterminos facit Trapezuntios. Nempe poſt artius contracti ſunt limites. Ita Strabo 11. p. 342. ſ. 497. 12. p. 378. ſ. 548. a Trapezunte incipit. Ptolemaeus 5, 10. intra Phaſidem et Coracem fl. prope Dioſcoriadem includit, et Procop. de B. Goth. 4, 2. impugnat eos, qui ad Trapezunta extendant, veterum finium immemor. De Colchorum moribus et doctrina conſuli poteſt Bochartus c. l. de recentiori ſtatu Tournefort p. m. 102. c. l. H. vocatur *Mingrelia.*

Phaſis) Gr. Φᾶσις ſ. paſſim Φάσις, Φάσιδος, penultima longa et genere maſculino, ut poetarum loca docent. Cf. etiam Burmann. ad Lucan. 3, 271. Ex nota periphraſi dicitur *Phaſidos, Phaſiacae undae.* Prius nomen fuit *Arcturus,* (Pſeudo-Plutarch. de fluviis ſ. v. Phaſis) cui ſucceſſit *Phaſis,* a Phaſide, in quo quidem conſentientem habet Euſtathium ad Dionyſ. v. 689. A Syris tamen repetit Bochartus in Phaleg 4, 31. ut ſit rivus, flumen. De eius ortu discrepant auctores, ex quibus tamen omnium minime audiendus eſt Orpheus Argon. v. 748. qui ex Araxe deducit. Plinius 6, 4. fontes oſtendit in Moſchis, Solinus c. 20. ſ. 75. in Moſchorum montibus. Secundum Strabonem 12. pag. 343. ſ. 498. quem reddit etiam epitomator, oritur in Armeniae montibus ſupra Iberiam et ex multis fontibus conligitur. (idem 12. p. 345. ſ. 500.) Sic Dionyſ. v. 694. ἀπ' οὔρεος Ἀρμενίοιο ἀρξάμενος, uti et repetit Priſcian. v. 675. et tradiderat Eratoſthenes, teſte Schol. Apollonii Rh. ad 2, 401. Amarantorum, Colchici populi, montes

natalem eius locum facit Apollon. Rh. 2, 401. et 3, 1220. quos Colchidis montes esse ex Herodiano et Ctesia notavit Scholiastes. Consentiunt Stephanus et Vibius p. m. 16. ubi corrupte legitur: *qui de monte Garamante fluit.* Hinc ipse Ἀμαράντιος vocatur ab Apollonio 3, 1220. Ad Caucasum ablegat Aristotel. Meteor. 1, 13. adnuentibus Avieno v. 876. Procopio de B. Goth. 4, 2. Agathia lib. 2. p. 42. Ven. et Geogr. Ravenn. 4, 20. Quae opinionum diversitas nata esse videtur ex vaga illorum montium notione, qui proprie uno omnes nomine Ceraunii, ex aliis aliisque populis accolentibus diverso adpellantur, quod optime postea explicat Mela. Intelliguntur igitur montes, qui adtingunt Armeniam, (hinc *Armenii*) *Iberas*, (*Moschici*) *Amarantos*, (*Amarantii*). Atque huc etiam extendi Caucasios montes, adparet ex Ptolemaeo 5, 9. Ex Armenia huc delabi, adparet etiam ex narratione Xenophontis de exp. 4, 6, 3. Hinc vero non longe ab eius ostio remotos esse fontes scribit Agathemer. 2, 10. recteque Relandus in dissert. misc. 1. p. 10. reiicit spatium 800 M. P. quod currere dicitur a Iulio Honorio p. 697. (ed. Gron. ad Melam) meliusque Aethicus in Cosmogr. pag. 719. Gron. 305 M. P. habet. Latius *Scythicum fluvium* vocat Valer. Fl. 1, 2. Scythiae fluvium Pseudo-Plutarchus c. l. Plura de origine dabit Hesselius ad Vibium p. 163. ed. Oberl. Ut refert Procop. de B. Perf. 2, 29. in Armenia, in qua oritur, nomen gerit *Boas*, post auctus, ubi Caucasus et Iberia terminantur, alterum sortitur. In cursu excipit *Glaucum* et *Hippum*, quibus aliisque auctus fit navigabilis. (Strabo c. c. l. l.) In aliis autem Plinius 6, 4. nominat *Cianeum* praeter Hippum, Agathias c. l. *Doconum* (ω) non procul ab insula. Qualem veteres cognoverint, docent epitheta passim obvia, ut εὐρυμενὴς (Orpheus Argon. v. 1050.) καλλίροος (id. v. 655) καλλιρέεθρος (id. v. 757.) δινήεις (Apollon. Rhod. 2, 401.) Latina ex Lexicis facili opera petuntur. Sic *gelidas* eius *undas* vocant Claudian. in Eutrop. 2, 575. et Lucan. 2, 585. In primis autem de hoc fluvio eiusque cursu pluri-

bus expoſuit Arrianus in periplo p. 8 ſq. Hudſ. ubi aquam dulcem, putredinis immunem adeoque levem deſcribit, ut Ponto innatet. Poſterius confirmat etiam Procop. de B. Perſ. 2, 30. m. et ſimilia adfert Plin. 2, 106. ſ. 103. In eo pugnant auctores, quod multi lenem placidumque vocant, ut docuit Nicolaus Loënſis in miſcell. Epiph. 4, 4. alii contra fluvium eſſe volunt τραχέα, βίαιον (Strabo 12. p. 345. ſ. 500.) δινήεντα (Apollon. Rhod. 2, 401.) *rapidum* (Ovid. Metam. 7, 6.) *celerem* (Priſcian. v. 673.) *fremebundo curſu* (Ammian. 22, 8.) et ſic porro, de qua diſcrepantia aliqua notavit Nic. Loënſis c. l. plura Burmann. ad Valer. Flacc. 5, 180. qui litem hanc dirimit ex variis anni temporibus, quod et de aliis valeat; ceterum Chardino teſte rapidum ferri. Cf. Chardin voyage en Perſe T. 1. pag. 148. (ed. 1735.) et praeterea Herodot. 4, 45. Olim eum terminum Aſiae et Europae ſtatuebant, ut et notat ex Aeſchyli Prometheo ſoluto Arrian. p. 19. aliique, in quibus Agathemer. 1, 1. auctor Peripli Ponti in. (Vol. 1. Geogr. Hudſ.) Procop. de B. Goth. 4, 2. et in primis, ubi plura, ex veterum etiam locis adfert, 4, 6. Reſpicere hos Europae terminos ab Herculis columnis ad Phaſin videtur Plato in Phaedone p. 247. (ed. Bip.) Eos non probat Geogr. Ravenn. 2, 20. ſed pro Tanai pugnat. Cauſa autem forte quaerenda eſt in eo, quod Phaſin olim navigationis terminum ponebant, de quo cf. Strabo 11. p. 343. ſ. 497. (etſi hic de Colchidis parte explicat) et ex eo Euſtath. ad Dionyſ. v. 687. Accedit etiam Argonautarum expeditio, qua Phaſis inclaruit. Eius accolae verſus Armeniam, ut nexus docet, vocantur Φασιανοὶ a Xenophonte de exp. Cyri 4, 6, 5. et ex hoc a Diodoro 14, 129. et hinc Φασιανὴ χώρα teſte Euſtathio c. l. Latet adhuc eius nomen in Phaſianis avibus, quas inde Argonautae avexerunt et propagarunt. Vid. praeter alios Martialis 13, 72. Petron. in Satyr. 93. in. et Euſtath. ad Dionyſ. v. 689. Plura de Phaſide conlegit Stuckius ad Arriani peripl. pag. 88 ſqq. Urbs cognominis ſita erat ad oſtia. (Agathias lib. 1. p. 68. Ven.) Cf. deinceps. Ipſe fluvius

posteriori tempore dictus est *Erax*, ut refert Constantin. Porphyr. de administr. imp. cap. 45. Hodie nominatur *Fasz*, vel, ut adfirmat Chardin c. l. Turcis *Fachs*, accolis *Rione*. Cf. et Güldenstädt Reisen Vol. 1. p. 393 sq. Reineggs Beschr. des Caucasus T. 2. p. 35 sq.

oppidum) Commemorant plures, in iis Stephanus, qui ad flumen ponit, ut Strabo 11. p. 343. s. 498. In ora autem sitam fuisse, adparet ex Scylace p. 32. Hudf. et Ptolemaeo 5, 10. Sed et Strabo ab una parte a mari cingi refert, et in *faucibus fluvii* ponit Plinius 6, 4. ad eius ostia Agathias lib. 1. p. 68. Ven. Urbem Graecam vocat Scylax, et a Milesiis conditam scribit Stephanus. Primum etiam Heniochos, post Milesios ad fluvium habitasse diserte narrat Heraclides Ponticus de Politiis Gr. s. v. Phasiani. *Deductum*, quo verbo hic utitur Noster, notum est coloniae indicium. Vid. Arntzen. ad Aurel. Vict. de V. I. 5, 3. Quis vero praeter Melam conditorem faciat Themistagoram, ignoro. Repetiit tamen ex Mela Boccatius in Genealogiis Deor. 13, 68. Colchorum emporium fuisse, ex Strabone discitur. Gentile Φασίτης cum aliis a Stephano notatur. Hodie, quod refert Baudrandus in Ferrarii Lexico h. v. ab Italis vocatur *Faso*, a Gallis *Fase*, et adhuc urbs est amplissima. Alii putant dici *Polistonia*, (Oberlin ad Vibium p. 166.) vel *Putili* aut *Poli*. (Mannert Geogr. Vol. 6. P. 2. p. 360.)

templum) De eo in primis consuli potest Strabo 11. p. 343. s. 498. qui narrat, a Phrixo in honorem Leucotheae exstructum esse, et eius Deae oraculum habuisse; post a Pharnace et Mithridate vastatum. Dubitari tamen potest, an sit idem, quia ponit in Moschis supra fluvios Phasin et Cyrum. Quodsi tamen idem fuit, succedit alia dubitatio, an recte hic Mela commemorare potuerit. Contra in aditu Phasidis ad sinistram Phasianam Deam constitutam fuisse refert Arrian. p. 9. quod ad templum etiam pertinere potest. Ipse ex specie et forma Rheae similem existimavit. Aliud ἱερὸν s. fanum a Phrixo, cum Colchos peteret, prope Byzantium fuisse conditum, com-

memorat Dionyſ. Byzantin. de Boſporo Thracio pag. 19. (Vol. 3. Geogr. Hudſ.) De Phrixo et aureo vellere in vulgus omnia ſunt nota. Cf. tamen Palaephat. cap. 31. et quos ibi nominat Fiſcherus. Ceterum Noſtrum iisdem paene verbis reddidit Boccatius de fluminibus ſ. v. *Faſis.*

§. 13. *Rhipaeis)* Vid. ad finem capitis.

exporrigunt) Extendunt. Sic 3, 1, 10. Coniungit Seneca de vita beata cap. 4. *diffundi*, et obponit *colligi* et *cogi*. Plinius 6, 5. in. ita haec deſcripſit: *Sequitur Ponti regio Colica, in qua iuga Cauċaſi ad Rhipaeos montes torquentur, altero latere in Euxinum et Maeotin devexa, altero in Caſpium et Hyrcanum mare. Reliqua litorum ferae nationes tenent* — (uti quibusdam interpoſitis Noſter progreditur.) De Caucaſo tantum narrat, quod Noſter de Ceranniis montibus adfert. Sed ut hic Mela, ita fere Plinius alios addit, alios eximit. Locum vero illum male ad Ceraunios Epiri transfert Solin. c. 41. ſ. 38. quo nomine caſtigatur a Salmaſio p. m. 562.

Ceraunii) Gr. Κεραύνια ὄρη, vel etiam ſubintellecta poſteriori voce. Plinius 5, 27. ubi Noſtrum fere exſcripſit, ſingulis nominibus recenſitis, ſubiicit: *in univerſum fere Graece Ceraunius.* At deſidero auctorem Graecum ex noſtris, qui hic Ceraunios commemoret eo quidem ambitu, etſi in multis regionibus Ceraunii commemorantur, veluti in Epiro maxime, de quibus ſuo loco; in Libya; (Mela 3, 8. extr. Diodor. 3, 67.) in Phrygia, ubi Sipylum olim ita dictum eſſe ſcribit Pſeudo-Plutarchus de fluviis ſ. v. Maeander. Sed quis Graecorum, vel Geographorum veterum inde ab hoc flexu ad Rhipaeos usque Ceraunios porrectos fuiſſe ſcripſerit, ignoro. Commemorantur illi quidem in Aſia, ſed ita, ut partem Caucaſi montis efficiant, qua hic iuxta Iberiam Caſpium mare adtingit, ut diſerte eos deſignat Strabo 11. p. 345. ſ. 501. etſi idem p. 347. ſ. 504. Caucaſi partem, maxime ſeptemtrionalem ita dictam fuiſſe ſcribit, ubi olim

Amazones habitarint, quarum tamen sua aetate nec nomen, nec memoriam relictam fuisse adfirmat Procopius de B. Goth. 4, 3. in. Ad septemtrionem vero Caucasi borealis ponit etiam Eustath. ad Dionys. v. 389. Alii, qui in Asia ponunt, minime sibi constant, in iis Plinius 6, 10. et 11. s. 10. Ibi Armeniam, Sophenis tantum interpositis, ab iis claudi scribit; hic Colchicarum solitudinum latus ad Ceraunios verti, ubi Moschorum est tractus ad Iberum amnem, qui in Cyrum defluit. Quae notio fluxa et vaga orta est ex Cerauniorum descriptione in varios montes, quibus illud nomen contineretur. Vid. Plin. 5, 28. s. 27. Ulterius autem Noster progreditur, dum 3, 5, 4. Rha fl. ex iis deducit, si comparemus Ptolemaeum, etsi et hic ultra Caucasum Ceraunios montes promovet. At ceteri omnino Caucasum ad Colchida ponunt, et inde versus Caspium mare extendunt. Sic apud Strabonem 11. p. 363. s. 527. Caucasus Albanos, Iberas circumdat, Armeniam adtingit, et cum Moschicis Colchicisque montibus ad Tibarenos coniungitur. Sic Argonautae, ubi propius ad Colchida advecti sunt, dicuntur Caucasum, Promethei cubile, conspexisse. (Apollon. Rh. 2, 1246 sq. Valer. Flacc. 1, 155 sq.) Arrianus etiam pag. 12. testis adfirmat, se a Dioscuriade Caucasum vidisse, quem inter Euxinum et Caspium mare Isthmum occupare ait Strabo 11. p. 342. s. 497. Cf. etiam Procop. de B. Goth. 4, 3. in. Prope Caucasum Colchos ponit Dionys. v. 690. et hinc Priscian. v. 672. Sic et Plinus de Caucaso idem narrat, quod de Cerauniis hic Mela, etsi de Cerauniorum nominibus singulis cum Nostro consentit, Graecorumque etiam auctoritatem ostendit. Effici hinc posse videtur, utrumque montem non solum promiscue dictum fuisse, adeoque latius Ceraunios patuisse. Forsitan igitur Cerauniorum nomen est antiquius, quod Colchi Epiri montibus imposuerunt, cum frustra quaesita Medea, nec sine ea domum redire ausi ibi consedissent. Varia enim novorum domiciliorum vestigia passim posita reperimus, in quibus sunt Pola, Absyrtides — Cf. Eustath. in

Dionyſ. v. 488. Quod tamen Apollonius Caucaſum commemorat, ſuae aetati tribuit. Proprie igitur et ex uſitata ratione, ut ex ſuperiori Strabonis loco diſcitur, incipiunt hinc montes Colchici, qui progreſſi cum aliis cohaerent.

Taurici) A Tauricis ſ. Tauris accolis prope Maeotin et Euxinum mare nomen nacti videntur, maxime cum Plinius 6, 5. iuga Caucaſi, quem in eodem nexu nominat pro Ceranniis Melae, in Euxinum et Maeotida devexa eſſe dicat. At quia nulli montes Taurici ibi memorantur, immo proximus adiacet *Corax*, quem Noſter ſubiungit, ne temere tranſilire et vagari cogatur, ad ordinem propius facit, de Tauro ſenſu ſtrictiori intelligere, qui erat in Armenia prope Elegiam, unde facilis eſt tranſitus ad Moſchicos montes. Vid. Plin. 5, 20. ſ. 24. Obſtat, quod ſentio, hoc, quod a gentibus accolentibus nomina ſumta fuiſſe Noſter profitetur. Tum Taurus ille proprio nomine pertinet ad Armeniam ab hac ora, quam hactenus deſcripſit, (dicit enim *hinc*) remotam, vel ſic vocari poteſt: Tauricos vero montes nusquam apud alios inveni. Plinius 5, 27. ſ. praeponit hoc ordine *Paryaradres*.

Moſchi) Gr. Μοσχικὰ ὄρη. Plinius 5, 27. in ſingulari *Moſchicus*. Nomen traxerunt a Moſchis populis, de quibus ſuo loco. Quod ad ſitum, Strabo 11. p. 339. ſ. 492. ſ. Colchida et Caucaſum adponit, poſt pag. 359. ſ. 521. ab iis Armeniam ad Iberas et Albanos circumdari refert, et p. 363. ſ. 527. Caucaſum, ubi Armeniam adtigit, cum iis connecti. Sic 1. p. 42. ſ. 61. iisdem et Cyro fl. Iberiam ab Armenia ſeparari ſcribit. Conſentit Plutarchus in Pompeio cap. 34. qui Iberas ad Moſchicos montes et Pontum, Albanos ad Caſpium mare pertinere narrat. Cf. ſupra ad §. 12. et de Amazonicis montibus ad §. 9. ubi de fontibus Thermodontis disquiritur.

Caſpii) Aliquoties in Ptolemaeo unitatis numero 5, 13. commemoratur Κάσπιον ὄρος, et ſic *Caſpius*, ſc. mons, in Plinio 5, 27. τὸ Κάσπιον in Strabone 1. p. 63. ſ. 91. legitur. Ita vero Caucaſum ab accolis vocari tradi-

derat Eratosthenes, teste Strabone 11. pag. 343. s. 497. a Caspiis forte, ut quidam volunt, portis, quae tamen hinc nimis remotae sunt, si Caucasus a Colchide ad Caspium mare extenditur. In priori loco Eratosthenes a Dioscuriade removit 5 dierum itinere, Hipparchus 1000 stadiis i. e. 31 miliaribus Germanicis. At multum discrepat Ptolemaeus 5, 13. qui Caspium montem ponit inter Armeniam maiorem et Mediam, et ad gradum 42. extendit haud procul ab Artaxatis. Quod Strabo a Caspiis derivat nomen, ad populos commodius referri potest, de quibus ad 3, 5, 4.

Coraxici) Modo in singulari, modo in plurali efferuntur. Illo a Plinio 5, 27. et ipso Mela 3, 5, 6. hoc a Plinio 6, 10. 15. s. 13. Nomen habent a Coraxis, quos ponit post Heniochos Scylax pag. 31. Huds. Cf. et Mela in sq. Unde intelligitur, cur iidem a Plinio 6, 10. *Heniochii* etiam adpellentur. Inde et situs ipsius montis disci potest, supra Dioscuriadem, quae urbs erat in finibus Heniochorum, ut infra adfirmat Noster. Tum vero idem est Κόραξ ὄρος Ptolemaei 5, 9. in hoc tractu positum. Neque tamen sic expedita res est. In illis enim montibus Cyri fl. fontes aperiunt auctores, ut Noster infra 3, 5, 6. Plin. 6, 10. et 15. s. 13. In quo si alia comparemus, enascitur difficultas. Ex illo enim Corace Ptolemaei nullus exsistit hoc nomine fluvius, et, qui inde deducitur, Corax fluvius, supra Dioscuriadem in Pontum effluit, cum Cyrus a Nostro 3, 5, 6. per Iberas et Hyrcanos in Hyrcanum sinum emittatur, a Plinio c. c. l. l. in mare Caspium, quod ad idem omnino redit. Neque tamen diverso sensu et usu idem nomen recte adhibere Mela potuit. Cyri igitur quaeri debent fontes, ut ipsorum montium illorum situs cognoscatur. Iam vero Strabo 11. p. 344. s. 500. oriri Cyrum dicit in Armenia et per Albaniam in Caspium mare elabi, cum in cursu Arrabonem ex Caucaso missum exceperit. Plutarch. in Pompeio c. 34. (ubi Κύρνος vocatur) ex Ibericis montibus eum deducit, ex Caucaso monte Ptolemaeus 5, 12.

in quo Κύῤῥος ex curſu de Cyro agnoſcitur. Ex quibus quidem efficitur, parum ſtabile fuiſſe hoc nomen et ad Caucaſum referri debere. Sic et Cambyſen in Caucaſiis montibus oriri dicit Plinius 6, 15. ſ. 13. qui infra apud Noſtrum 3, 5, 6. ex Coraxico monte editur.

Caucaſii) Sic et Plin. 6, 15. ſ. 13. Καυκάσια ὄρη Strabo 11. p. 347. ſ. 504. Agathemer. 2, 9. in. Dionyſ. v. 663. aliique. Proprie uno verbo *Caucaſus* vocatur, per periphraſin varie, ut *Caucaſiae rupes, iuga* — Intelligitur autem hic verus ille Caucaſus, quem multi cum Indico confundunt, de quo aliqua monui ſupra ad 1, 15, 2. plura Salmaſius ad Solin. p. m. 554 ſqq. De finibus varia leguntur, et Euſtathius adeo ad Dionyſ. v. 663. maxime boreale Tauri ſegmentum dicit promovetque ad mare Cranium et Rhipaeos olim montes; prope Caſpium mare ponit Eratoſthenes apud Schol. Apollonii Rh. ad 2, 1251. per Aſiam alii ducunt verſus mare Orientale, de quo vid. Heyne ad Apollodor. 2, 5, 11. Poetae Scythiae montem vocare ſolent, ut Ovid. Metam. 2, 224. 8, 798. unde varia illi tribuuntur, quae aſperitatem eius geluque declarent. Verius fines deſcribunt Geographi, in iis maxime Strabo 11. p. 342. ſ. 497. ubi dicit: inter Euxinum et Caſpium mare iſthmum intercludere, verſus auſtrum adtingere Iberiam et Albaniam, Sarmatiam verſus boream; cum quo conſentiunt in ſingulis partibus varie indicatis Herodot. 1, 204. Eratoſthenes apud Schol. Apoll. c. l. Plutarch. in Pompeio c. 34. in. Avien. v. 875. Oroſius 1, 2. Theodor. Gaza de origin. Turcor. pag. 121. Ven. Euſtathius ad Dionyſ. v. 689. — Vid. Stuckius ad Arriani peripl. p. 106. Docent id etiam Caucaſiae portae, per quas ex Sarmatia itur in Iberiam, ut ex Plinio 6, 12. ſ. 11. adparet, qui ſimul monet, male a nonnullis confundi cum Caſpiis. Cf. Cellar. in Geogr. ant. 3, 10, 7. et Plin. 6, 15, 13. De Caſpiis autem portis vid. ſupra ad 1, 15, 2. Caſpium tamen eundem etiam vocari ab accolis antea notavi. Porro eius altitudo celebratur, unde etiam ὀρῶν μέγιστον vocat Stephanus, et hoc nomine cum Rhipaeis

comparat Agathemer. 2, 9. cum Alpibus Celticis Arrianus in periplo p. 12. Hudſ. nubibus altiorem praedicat Procopius de B. Goth. 4, 3. in. ut nec nix unquam, nec pluvia eius cacumen tangat, etſi poetae *nivalem* dicunt, ut Seneca in Herc. Oetaeo v. 1451. Cf. antea et Strabo 11. p. 348. ſ. 506. ubi etiam de difficili eius adſcenſu. Ariſtoteles Meteorol. 1, 13. inde a Maeotide conſpici poſſe adfirmat. In fabulis innotuit Promethei cubili, uti vocat Valer. Flacc. 5, 155. Iugum eius Strobilum nominari, adfirmat Arrian. c. l. Locum illum viſendi cupiditate ductus adſcendit Pompeius in bello Mithridatico (Appian. in Mithrid. c. 103.) viſit etiam Apollonius. (Philoſtrat. in vita 2, 2 ſq.) Nomen autem montis antiquius fuit *Boreae lectus*, poſt *Caucaſus*, ut refert Pſeudo-Plutarch. de fl. ſ. v. Phaſis, ubi et habes cauſas. Ceterum ex dictis adparet, quam varia et fluxa fuerit illorum montium adpellatio, cuius cauſa quaerenda eſt in multis Tauri Caucaſique ramentis, quae a variis accolis varie vocabantur vel ob vicinitatem commiſcebantur. Plures autem montes fuiſſe ad Caucaſum praeter alios refert Plutarch. in Lucullo cap. 14. varia eius nomina Oroſius 1, 2. Idem cum Tauro coniungi negat, contraque ſentientes refutat, in quibus eſt in primis Plin. 5, 27. At quibusdam partibus cum Tauro connecti et Strabo 11. p. 342. ſ. 497. refert, et recentiores confirmant. Plura autem omnino dabunt de Caucaſo Salmaſ. ad Solin. p. m. 555. et, qui data opera nuper de eo expoſuerunt, Lünemann et Rommel. Varia hodie gerit nomina, v. c. *Kaern*, *Tau*, *Aente*, vel, adſcitis accolarum nominibus, *Karakalkan-Daglar* — de quibus vid. Reineggs Beſchr. des Caucaſus T. 1. p. 3.

aliis —) Plin. 5, 27. f. *plurimis ſe gentium nominibus hinc et illinc implet.* Solin. c. 41. ſ. 38. *a populis adpellationem trahit.* Ceterum haec Melae formula varietatem, multitudinem indicat, eamque inluſtravit exemplis Geſner. in theſ. L. L. h. v. Ex Livio etiam multa congeſſerunt Gronov. et Drakenb. ad 24, 20, 9. ex Salluſtio ad B. Iug. 72, 2. Corte. Plerumque et ex

frequentiori uſu propter ſequentem vocalem interponitur *atque.*

§. 14. *iam curvi)* Iam procedentis verſus ſeptemtrionem. I. GRONOVIVS *MS.*

conſtituiſſe) Sic ſupra cap. 11, 2. *conſtituta urbs mirae magnitudinis Babylon;* cap. 17, 2. *Colophon, quam Mopſus ſtatuit.* Sic Caeſar de B. Civ. 1, 15. in. *quod oppidum Labienus conſtituerat.* Cf. Virgil. Aen. 2, 295. Eutrop. 1, 1. et Ruhnken. ad Vellei. 1, 2. f. Aeque frequenter hoc ſenſu *ponere* dicitur, de quo ſupra ad §. 8.

caeca) I. e. obductis nubibus, ſic ut ſidera, vel ſolem, quae duo antiqui ſolebant contemplari et obſervare, agnoſcere non poſſent. I. GRONOVIVS *MS.* Sic *caeca nox* Cicero pro Milone cap. 18. Ovid. Metam. 10, 476. Triſt. 3, 6, 32. *tenebrae* Lucret. 3, 87. *turbo* Ovid. in Nuce v. 161. et ſimilia, in quibus indicat, nihil tunc conſpici potuiſſe. *Agere* verbum aptum et ſic uſitatum; gravius *iactare.*

cycni) Servius ad lib. 1. Aen. 397. *Cygni* (augurium) *nullis dant, niſi nautis. Sicut lectum eſt in Ornithologia.* [Macri Aemilii] *Cycnus in auguriis nautis gratiſſimus ales; Hunc optant ſemper, quia nunquam mergitur undis.* CIACCONIVS. Plura in hanc rem ad Virgil. c. l. conlegit Cerda. Apollini dicatos fuiſſe et ab eo divinationem habuiſſe dicit Cicero in Qu. Tuſc. 1, 30. Sic vero *Ardea* ab augurio avis nominata eſt, ut refert Hyginus de Italicis urbibus apud Servium ad Virgil. Aen. 7, 412. Sic *Mycaleſſus* a mugitu (ἀπὸ τοῦ μυκήσασθαι) Gorgonum vel vaccae Cadmi; (Euſtath. ad Homer. Il. 2, 498. et ibi Politus Tom. 2. p. 535. et de Thebis et Boeotia idem ad Euſtath. Il. 2, 535. Tom. 2. p. 545.) Celebrantur in hoc praeterea *corvi* et *columbae*, velut in Cyrenis, (Callim. in Apoll. v. 66.) Cumis Italiae. (Vellei. 1, 4.) Vid. quae de eo diſſeruit Gaetano d'Ancora (Neap. 1796.) p. 8 ſq. et quae ego adtuli ad init. capit. de eiusmodi ſignis.

Cycnum) Unus, quod fciam, Plin. 6, 4. duo oppida huius nominis commemorat, quorum unum, fitum ad Phafin, interciderat, alterum longius hinc aberat. Holftenio ad Stephan. p. 331. videtur effe Τυῆνις Stephani. Vid. ibi plura.

incultae) De populis paffim. Sic infra 3, 6, 5. de Britannis. Alia conlegit Heinfius ad Vellei. 2, 90.

Melanchlaeni) De iis cf. ad 2, 1, 13. De illorum fedibus in Afia aeque atque in Europa dixi in notis crit. p. 622. ubi in notatione Herodoti 4, 20. pro Afia, ut docet nexus, legi debet Europa. De proximis populis etiam aliqua narrant notae criticae p. 622 fqq. *Coli*, Gr. Κῶλοι, ad Caucafum ponuntur a Stephano h. v. Earum regio vocatur Κωλικὴ, (idem) quam Plin. 6, 5. Ponto adfignat.

Coraxi) Stephanus: Κόραξοι, ἔθνος Κόλχων, πλησίον Κώλων. Scylax p. 31. Hudf. Achaeis, Heniochis et Colicis facit finitimos. Poft Melanchlaenos ponit Plin. 6, 5. qui illis tribuit Diofcoriadem, et ex adverfo Coraxorum gentis 2, 105. f. 102. cum Ariftotele in Meteorol. 1, 13. βαθέα πόντου, quae vocant, commemorat, ubi altiffimum eft mare. Ipfa regio a Stephano vocatur Κοραξικὴ χώρα.

Phthirophagi) Gr. Φθειροφάγοι, qui pediculos vorant. Conterminos iis facit Soanes Strabo 11. p. 344. f. 499. ponitque in fummo Caucafi cacumine fupra Diofcoriadem. Cf. 11. p. 342. f. 497. Ex Strabone adtingit tantum Stephanus. Vicinos iis facit *Suanos* Plin. 6, 4. quos a recentioribus *Salas* nominari adfirmat. Illorum fordes, quas et nomen indicat, notavit Strabo, qui praeterea auriferos eorum fluvios commemorat, unde fabula de aureo vellere enata fit. Ex Strabone idem repetit Euftath. ad Dionyf. v. 689. Ceterum easdem fordes in vorandis pediculis commemorat de Budinis Herodotus 4, 109. et ex eo Arrian. in periplo p. 18. Hudf. fed hic tantum de gente Scythica, quae olim prope Niticam habi-

tavit; Nitica autem a Diofcoriade, fi intervalla computes, abeft 500 ftadiis. Quod φθεὶρ de pediculo pifce intelligunt auctores Anglicani hiftoriae univerfalis T. 4. p. 128. refragantur veterum narrationes, adfuntque recentiorum de Tataris hodiernis teftimonia.

Heniochi) Gr. Ἡνίοχοι, regio Ἡνιόχεια tefte Stephano, at melius, opinor, in Strabone 11. p. 342. f. 495. et Euftathio ad Dionyf. v. 680. Ἡνιοχία, etfi in priori codices mei variant. Idem Strabo adfirmat, Lacones eam inde ab Iafonis expeditione occupaffe, et hinc Dionyf. v. 687. fcribit: Ἡνίοχοι Ζύγιοί τε Πελασγίδος ἔκγονοι αἴης, et Lacedaemonios vocat Lucan. 3, 269. Cf. Prifcian. v. 668. Avien. v. 871. Nominis caufam arceffunt a duobus aurigis Caftoris et Pollucis, etfi in nominibus discrepant. Sic Rhecas et Amphiftratus fcribit Strabo c. l. Telchius et Amphitus Plin. 6, 15. et Solin. c. 20. f. 15. etfi a libris etiam adfertur Cercius; Amphitus et Cercitus Ammian. 22, 8. Ifidor. orig. 15, 1. Fudius (al. Rhecas) et Amphiftratus Iuftin. 42, 3, 3. Cf. etiam Muncker. ad Hygin. fab. 275. Quod fcribit Heraclides Ponticus de politiis Gr. f. v. Φασιανῶν, ad Phafin initio habitarunt. Ultra Trapezunta ante Lazos ponit Plin. 6, 4. et Arrianus in periplo p. 11. Hudf. qui et regem eorum fua aetate producit Anchialum. Ulteriora etiam loca occuparunt, quia Diofcoriadis originem illis, certe aurigis memoratis, quidam tribuunt; Achaeis eos finitimos defcribit Scylax p. 31. Hudf. cum Plinio 6, 12. f. 11. ubi tamen plura eorum genera indicat. Cf. etiam Strabo 11. p. 342. f. 496. de fitu. Eorum feritatem plures notant, in iis Plin. 6, 5. Lucan. 2, 590. 3, 269. Avien. v. 870. et ἀνθρωποφάγους adeo olim fuiffe adfirmat Heraclides.

Achaei) Gr. Ἀχαιοὶ, regio Ἀχαΐα, (Strabo 11. p. 342. f. 495. ex quo male Φθία refertur in Euftathio ad Dionyf. v. 682.) Originem eorum repetit Strabo a Phthiotis Achaeis, qui in expeditione Iafonis ibi confederant. Alii in Troiano bello Troia vento huc devectos

eſſe ſcribunt, ut Dionyſ. v. 683. et ex eo Priſcian. v. 665. et Avien. v. 868. in primis vero Appianus in Mithrid. cap. 102. ubi Achaeos Scythicos vocat, et Ammian. 22, 8. Ἀλκήεντες vocat Dionyſ. v. 682. feritatem notant plures, quos producit Valeſ. ad Ammian. c. l. In ſitu ultra Heniochos verſus Maeotida conſentiunt auctores.

Cercetii) Gr. Κερκέται, (Strabo 11. p. 342. ſ. 496 ſq. Scylax p. 31. Hudſ. Nicolaus Damaſc. de moribus Gr. h. v.) et ſic *Cercetae* Latini. Sed cf. notae crit. p. 627. *Cercetii* etiam ex Dionyſio v. 682. vocantur a Priſciano v. 663. De utraque forma in hoc nomine et aliis vid. Gavel in obſervatt. miſcell. T. 4. p. 454. An etiam *Cercitia gens* ex periphraſi dicatur, ut Κερκῖται, de eo disquirit Schrader ad Avien. v. 866. Κερκεταῖοι Palaephatus et Hellanicus dixerunt teſte Stephano ſ. v. Χαριμάται. Syllabam *ce* producit unus Avienus. Regio, ut notat Euſtath. ad Dionyſ. c. l. vocata eſt ἡ Κερκετός. In Sindonum autem et Achaeorum confinio ponere eam ſolent auctores, etſi discrepare monet Strabo c. l. eos, qui de rebus Mithridaticis expoſuerunt. Cf. Stuck. ad Arrian. pag. 102. et quae conlegit de hac gente et vicinis, etſi Ecrecticen Ptolemaei 5, 10. Colchidis regionem hinc disſitam minus bene ad eos refert.

Sindones) Gr. Σίνδοι vel Σινδοὶ, accentus ſede variata, uti et monet Schol. Apollonii Rh. ad 4, 322. Nec aliter Latini efferunt, de quo omnino monui in not. crit. p. 628. Vitioſe apud Scylacem p. 31. Hudſ. Σιντοὶ legitur, cum deinceps Σινδικὸς λιμὴν recte ſcribatur. Ita apud Polyaenum 8, 55. ubi cf. Caſaubonus. Ex Orpheo v. 1044. ubi antea ambigebant interpretes, nuper τ mutavit in δ Schneiderus. Σίντοι enim, hinc alieni, Thraces fuerunt, de quibus ad 2, 7, 8. Loca de Sindis conlegit de St. Croix in Memoires de literature — de Paris T. 46. p. 403. *Sindones* inſolenter dixit Noſter. Ipſa regio Σινδικὴ vocatur, pro quo paſſim abſorpto σ legitur Ἰνδικὴ, ut apud Herodot. 4, 86. ubi cf. Weſſeling. et interpretes

ad Hefych. Tom. 2. p. 234. Apollonius Rh. c. l. Sindis tribuit ἐρημαῖον μέγα πεδίον. Prope Cimmerios, poft Tanain et Sauromatas, ponunt Dionyfius eiusque interpretes Latini, et Maeoticis populis adnumerat Strabo cum Mela. Cf. et Stephanus h. v. et quae ex Hellanico retulit Schol. Apollonii. Quidam etiam tefte Stephano Μαιωτῶν ἀπόσπασμα dixerunt. In Europa tamen Sindos ponit prope Achilleon dromon Ammian. 22, 8. eosque poft heriles in Afia cafus coniugiis dominorum et rebus potitos effe refert, unde et *degeneres* vocat Valer. Flacc. 6, 86. Hinc et *Scythia Sendica* f. *Sindica* ad Hypanim in Europa commemoratur a Plinio 4, 26. f. 12. poteftque huc referri, quod de Scythis eorumque uxoribus narrat Iuftin. 2, 3. f. Noftros autem ἀγερώχους vocat Orpheus c. l. Sepulturae ritum apud eos ufitatum commemorat Nicolaus Damafcenus c. l. Ipfos Zichos etiam dictos fuiffe, vel a nonnullis habitos, notat Euftathius ad Dionyf. v. 680. Sindones noftri fedes olim habuerunt in hodierna regione *Anap* f. *Anapa*. Cf. Reineggs T. 1. p. 277.

Diofcorias) Graeci fere Διοσκουριάς, ut docui in notis criticis p. 629. In Latinis modo *u*, modo *o* reperitur. In Scylace p. 32. Hudf. exftat Διοσκουρὶς πόλις; quod ad ufitatam formam revocat Voffius; in Appiano de Mithrid. c. 101. ἐν Διοσκούροις forfitan de gente, quam et *Tyndaridas* vocat Dionyf. v. 689. et ex eo Prifcian. v. 670. vel de urbis incolis, uti et intelligit Wernsdorfius, qui etiam cum Cellario in Geogr. 3, 9, 19. de fimili Plinii lectione 6, 4. confuli poteft. Διοσκουρὶς χώρα eft in Euftathio ad Dionyf. v. 687. Nomen fluxit a *Diofcuris*, quales per excellentiam vocantur Caftor et Pollux, tamquam eius conditoribus, quos et agnofcunt alii, ut Appianus c. l. Hygin. fab. 275. Ifidor. Orig. 15, 1. Milefiorum coloniam dicit Arrian. p. m. 11. Quod Nofter fcribit: *Pontum ingreffis* Argonautarum expeditionem fpectat. Antiquius tamen nomen fertur *Aea*, quod ex Nicanore adfert Stephanus h. v. ipfe Colchorum urbem vocat, ut Herodot. 7, 197. cf. 193. Apollon. Rhod. 2, 1095. —

unde elucet, iam Argonautarum tempore ſtetiſſe. Quod ſi eſt, *condere*, ut Graecorum κτίζειν, ſenſu latiori valet. At praeter Nicanorem nemo novit eam nominis mutationem, immo Stephanus Dioſcoriadem cum aliis ad Pontum ponit, Aeam autem inde 300 ſtadiis removet, 15. M. P. et hinc dimidio ſpatio minus, omninoque verius, ſi Ptolemaeum 5, 10. ex codice Palatino, qui pro Θιάπολις adfert Αἶα πόλις. Succedit nomen *Sebaſtopolis*, quod Dioſcoriadi quidam tribuunt, ut Arrian. p. m. 11. et 18. Ptolem. 5, 10. (ex cod. Palat.) Stephanus ſ. v. Διοσκουριάς. Diſerte tamen utramque urbem diſtinguit Plin. 6, 4. et 5. et Ammianus 22, 8. Dioſcoriadem ſua etiam aetate notam fuiſſe adfirmat; quod quidem de ſervata nominis priſci memoria valere poſſit, ſi reliqua de ſitu congruunt. Plinius autem Sebaſtopolim tribuit Abſilis, Sannigarum vicinis, in quibus etiam oſtendit Arrian. p. 12. Attamen Plinius 6, 5. ita habet: *a Dioſcuriade oppidum Heracleum; diſtat a Sebaſtopoli* 70. *M. P.* quae obſcure dicta ad intervallum inter Dioſcoriadem et Sebaſtopolim referri nullo modo iudicat Cellarius in Geogr. ant. 3, 9, 17. ubi de hoc disſidio disquirit; bidui enim itinere Sebaſtopolim a Pityunte removeri a Procopio de B. Goth. 4, 4. in. quod efficiat circiter 45 M. P. in quo conſentiant de intervallo Dioſcoriadis et Pityuntis Strabo et Arrianus. Mannert (Geogr. Tom. 4. p. 405.) ita expedit, ut Plinium nomen antiquius et recentius coniunxerit. Forte ſic intelligi poteſt. Plinius 6, 4. Sebaſtopolim a Phaſide removet 100 M. P. Arrianus p. m. 10. ſi ſingula computes, 800 ſtadiis i. e. 101 M. P. Dioſcoriadem vero Strabo 600 ſtadiis. Plinius 6, 5. ſua aetate deſertam urbem fuiſſe dicit, unde forſitan in eius locum ſucceſſit vicina Sebaſtopolis, quod et de aliis ſic paſſim notatum eſt, uti et eandem Sebaſtopolim caſtellum reparatam poſt et in urbem evectam a Iuſtiniano fuiſſe adfirmat Procop. de aedif. 4, 7. Ceterum Dioſcorias adeo olim clara fuit, ut Timoſthenes, teſte Plinio, 300 nationes disſimilibus linguis in eam deſcendiſſe prodiderit. Cf.

et Strabo c. l. qui commercii frequentis caufa id factum effe docet. Idem eam c. l. et 2. p. 86. f. 125. in intimo Ponti receffu locat, ut Dionyf. v. 688. et Agathem. extr. et terminum imperii R. ibi ftatuit Arrian. p. m. 18. etfi alii aliter, fcilicet diverfo tempore, de quo cf. Cellarius in Geogr. ant. 3, 9, 15 fq. Hodie in illo tractu invenitur *Iskuriah.*

Sindos) Ptolem. 5, 9. Σίνδα κώμη, ut Stephanus; Plin. 6, 5. *Sindica civitas.* Ufitatum autem hoc nomen et urbi et regioni fuiffe videtur, unde epitomator Strabonis lib. 11. p. 141. Hudf. παραθαλάσσιος πόλις Σινδικὴ τὸ τῶν Σινδῶν βασίλειον, ubi Strabo 11. p. 341. f. 495. ἐν τῇ Σινδικῇ τὸ βασίλειον τῶν Σινδῶν. Hinc idem p. 342. f. 496. Σινδικὸς λιμὴν καὶ πόλις, uti habent libri quidam pro vulgato Σινδιακός. Et fic faepe *Sindica* occurrit, ut ad utrumque poffit referri, tantum pro eo aliquoties abforpto σ legitur Ἰνδικὴ, de quo cf. Voffius ad Scylac. pag. 74. (ed. Gron.) Weffeling. ad Herodot. 4, 86. Holften. ad Stephan. p. 294. Ad mare et Bofporum omnes ponunt, et hinc faepe memoratur Σινδικὸς λιμὴν, ut in Scylace, Strabone. In Sarmatia Afiatica urbem et portum recenfet Ptolem. 5, 9. Hefychio videtur effe Scythiae pars, quod fcribit: ἡ Σινδὶς ἡ Σκυθία. Tefte Scymno in fragm. v. 155. unde fua haufit auctor peripli Ponti Euxini in. portus habuit οἰκήτορας Graecos, qui huc ex propinquis locis venerant. Forte Milefios refpicit, quos Arrianus p. m. 11. Diofcoriadem dicit deduxiffe, ut alii in alia loca. Cf. poft Cepoe et coniuncta. De Sindis fupra.

§. 15. *Obliqua)* Refpectu eius, quam modo transiit, quae leniter quidem inflexa, velut recto tamen curfu procedebat. I. GRONOVIUS *MS.* Afia enim ad Sindicam regionem hinc Euxino, illinc Maeotide urgente, valde angufta eft, et prope paene infula. Plin. 6, 6. latitudinem minimam duorum iugerum effe fcribit; eam Eionem vocari, quo vocabulo Graeci proprie litoris quafi

taeniam ſignificant, uti docet Hermolaus. VADIANVS. Cf. Noſter 2, 1, 2. Hanc vero innui et Iſthmum vocari ab Aeſchylo in Prometh. v. 735. putat Schütz. p. 190. nec aliter patitur itineris progreſſio, quod factura erat Io. De Ponto cf. ſupra, de palude §. 16.

Boſporum) De Boſporis v. omnino ſupra. Hunc Cimmerium vocant plerumque, ut Strabo 1. pag. 4. ſ. 6. Herodot. 4, 12. 100. — Plin. 6, 5. ſ. 6. Homeroque etiam cum Cimmeriis populis innotuiſſe contendit Strabo. Cf. Homer. Odyſſ. 11, 14. Nomen traxit a Cimmeriis populis, ut adfirmat Strabo 7. p. 214. ſ. 309. 11. p. 340. ſ. 494. quos Mela 1, 2, 5. ſuper Amazones et Hyperboreos ponit, et inde a Boſporo ad Ioniam ante Homerum, vel Homeri aetate omnia loca devaſtaſſe ſcribit Strabo 1. p. 4. ſ. 6. 11. p. 340. ſ. 494. Cf. et Plutarch. in Mario cap. 11. Ita autem *στόμα Μαιώτιδος* vocari ait Strabo 7. p. 214. ſ. 310. item anonymus in periplo Ponti pag. 4. Hudſ. Euſtath. ad Dionyſ. v. 549. pro quo *στόμιον* habet Scymnus Chius in fragm. v. 134. Maeoticum inde vocari, notat Euſtathius ad Dionyſ. v. 143. ubi et anguſtias maximas 20 fere ſtadiis definit. Strabo 7. p. 214. ſ. 310. ubi obpoſita eſt Phanagoria, latum facit 70 ſtadiorum, ſed deſinere addit in fretum aliquanto anguſtius. Longitudo 78 eſt ſtadiorum. (Agathemer. 1, 3.) Quod multos Cimmerios ad eum habitare refert Dionyſ. v. 167. antiqua reſpicit tempora. Poſteriores enim accolas vocant *Boſporanos* Europaeos et Aſiaticos, ut in primis Strabo 11. p. 341. ſ. 495. Cf. et 7. p. 215. ſ. 310. Uturguros ſua aetate accolas dictos eſſe adfirmat Procop. de B. Goth. 4, 4. m. qui cum aliis et hic ponit Boſporum urbem, de qua vid. Cellarius in Geogr. ant. 2, 6, 33. De nominis varietate addi poteſt, quod narrat Procopius c. l. Tanaim ab indigenis vocari, quippe quem multi per Boſporum in Pontum deducunt. *Patares anguſtias* vocat Ammian. 22, 8. de qua obſcura adpellatione cf. ibi interpretes, et Voſſius ad anonymi periplum Ponti pag. 4. Hudſ. qui melius emendat *Panticapes anguſtias*, ut Holſten. ad Stephan.

pag. 71. H. *Stretto di Caffa* f. *bocca di S. Giovanni. Meer-Enge von Zabache.*

Corocondame) Locus non fatis diftincte expofitus a Noftro, unde et varie tentatus eft et explicatus, de quo cum fatis dictum videatur in not. crit. p. 631 fqq. fequentia non moror.

quatuor) Quas adpellatio ipfa dictat effe Graecas. Unde adparet, quantopere omni arte curaverint hoc Graeci, ut effent potentes omnium litorum, quae circa hanc partem circumdant Pontum Euxinum, ut, fi nihil aliud, certe frumentum et falfamentum ex his regionibus conquirere poffent. I. GRONOVIVS *MS.*

Hermonaffa) Ἑρμώνασσα Strabo 11. p. 341. f. 494. et Stephanus h. v. qui infulam dicit cum urbe cognomini. Ἑρμώνειαν vocari a Scymno monet idem, ubi tamen hodie in fragm. v. 152. legitur Hermonaffa, ut in anonymi periplo p. 2. Hudf. qui illum reddere folet. Stephani tamen lectionem probat Berkelius p. 352. Iones conditores facit Dionyf. v. 553. his verbis: ναιετάουσιν Ἰωνίδος ἔκγονοι αἴης, ubi vitiofe in Euftathio legitur: Παιόνων ἄποικοι πόλεις, nempe Hermonaffa et Phanagoria. Ionas tuetur etiam Metaphraftes cum Prifciano v. 565. Graecos omnino nominat Ammian. 22, 8. De nomine vid. Euftathius c. l. Quod vero Stephanus putat, a Strabone lib. 7. pag. 211. f. 306. Hermonactis pagum vocari, fallitur, quia Strabo hunc ponit ad Tyrae oftia fatis hinc remota, atque idem probat Ptolemaeus 3, 10. Εὔκτιτον vocat Dionyf. c. l. et in primo aditu Bofpori conlocat Plin. 6, 6. non longe a Sindico portu Ptol. 5, 9. Cognomine oppidum fuit prope Trapezuntem, de quo Strabo 12. p. 378. f. 548.

Cepoe) In numero variant Graeci. Scymnus in fragm. v. 151. Κῆπος, fed, qui eum exfcripfit, anonymus in periplo Ponti p. 2. Hudf. habet Κῆποι. Eodem modo Κῆπος adlegat Harpocration ex Aefchine (in Ctefiphont. p. 562. Reisk.) ubi tamen Κῆποι hodie exftat. Κῆποι etiam habet Scylax p. 31. Hudf. ut libri fcripti in Stra-

bone 11. p. 341. f. 495. *Cepi* Plin. 6, 6. Cf. Diodor. 20, 24. et ibi Weſſel. et Procop. de B. Goth. 4, 5. Promiſcue poſteriori maxime aetate *Cepi* et *Cepos* dictum fuiſſe videtur, cum hoc in tab. Peuting. 9. B. occurrat, *Ceppos* in Geogr. Ravenn. 5, 10. Nomen illud urbs ſine dubio nacta eſt a loci amoenitate. Conditores faciunt Scymnus et Plinius Mileſios, quos omnino ad Pontum plures urbes fundaſſe vel frequentaſſe conſtat. Ad inſulae ſuperioris ſiniſtram partem locat Strabo; in ipſa inſula cum Noſtro anonymus ille c. l. prope Cherſonem Procopius, ad Boſporum Harpocration. Ad Maeandri oſtia τόπος οἱ Κῆποι κατὰ τὴν παράλιον memoratur a Cedreno p. 444. Ven.

Phanagoria) In Gr. modo per αι, etſi negant Cellar. in Geogr. ant. 3, 9, 4. et Wernsdorf. ad Avien. v. 733. modo per ι effertur. Prius exſtat in Scymni fragm. v. 152. (de quo cf. deinceps ex anonymo) Stephano, Arriano ap. Euſtath. ad Dionyſ. v. 306. et 549. poſterius magis quidem frequentatur. Cf. Strabo 11. p. 341. f. 494. et epitomator, Ptolemaeus 5, 9. Agathem. 2, 14. anonymus in periplo Ponti p. 2. Hudſ. — Luculentius alii variant. Ita Dionyſ. v. 552. Φαιναγόρη, quod repetunt Metaphraſtes, Priſcian. v. 565. Avien. v. 733. et pro eo Euſtathius Φαιναγόρα. Ipſe Stephanus parum ſibi conſtans ſ. v. Ταυρικὴ ſcribit Φαναγόρα; Ammian. Marcell. 22, 8. *Phanagorus;* Procopius Φανάγουρις; Scylax pag. 31. Hudſ. Φαναγόρου πόλις, quam tamen a Phanagoria diſtinguit anonymus in periplo c. l. nempe quia iudice Voſſio alterum de inſula valet, etſi in eo alii minime conſentiunt. Strabo enim c. l. paullo poſt utrumque promiſcue ſic dici ſcribit, et epitomator ſervat Φαναγορία in utroque loco. Qui Strabonis illum locum adlegat Conſtantin. Porphyrog. de them. 2. fin. inde refert Φαναγόρειον. Stephanus Φαναγόρεια de urbe et inſula ponit, de hac etiam Φαναγόρη. Inſulam autem etiam vocari, ad Corocondamen monitum eſt. Ut Mela, ſic et Plin. 6, 6. Auctor urbis ſec. Euſtathium ad Dionyſ. c. l. fuit Phana-

goras ὁ Τήϊος, uti pro Τῖος leg. ibi eſt ex Scymno et anonymo c. c. l. l. qui Teios conditores faciunt; Ionas Dionyſ. c. l. Graecos omnino Ammian. 22, 8. Phanagorae etiam originem adſcribit Stephanus. Non ignobile oppidum fuiſſe adparet inde, quod Strabo huc merces tamquam in emporium ex Maeotide et ſitis ultra regionibus devectas eſſe putat; Veneris etiam inſigne templum ibi fuiſſe refert, denique ipſam urbem metropolim Boſporanorum vocat. *Taman* ibi hodie ſtare cenſet de l'Isle in adnotationibus in tabulas Geographicas ex Conſtantino Porphyrogeneta adornatas.

Cimmerium) In Strabone 11. pag. 340. ſ. 494. vocatur Κιμμερικόν; Κιμμερὶς apud Scymnum in fragm. v. 148. et anonymum in periplo Ponti p. 2. Hudſ. cum Noſtro in *Cimmerium* conſentit Plin. 6, 6. Aliud oppidum *Cimmericum*, quod cum noſtro confundi non debet, ponitur in Cherſoneſo Taurica a Scymno in fragm. 91. anonymo in periplo Euxini p. 5. Hudſ. et Ptolem. 3, 6. qui tamen mediterraneis accenſet contra atque illi. Cf. Voſſius ad anonymum in periplo c. l. Noſtrum antea *Cerberion* vocatum eſſe, tradit Plin. c. l. eadem quidem de cauſa, qua Cimmerium, quod a tyrannis Boſporanis conditum nomen fortitum eſſe ſcribit Scymnus cum anonymo c. l. Cimmerii enim dicti olim ſunt Cerberii, ut tradit Euſtath. ad Homer. Odyſſ. 11, 14. conſentiente Heſychio h. v. in utroque. Scribit enim alios urbem Κερβερίαν, alios Κιμμερίην vocare, etſi genere diſcrepat. Urbs ſecundum Strabonem foſſa et aggere claudebat iſthmum, ceteroquin in paene inſula ſita. Ad oris exitum ponit Scymnus c. l. et in ultimo oſtio Plinius c. l. De ipſis Cimmeriis cf. ad 1, 2, 5. et Heyne in excurſu ad Virgil. Aen. 6, 107.

§. 16. *lacus)* Maeotis, qui Graecis uſitate dicitur Μαιῶτις λίμνη, ut Straboni 2. p. 50. ſ. 73. p. 86. ſ. 125. — Stephano ſ. v. Μαιῶται et ſic tantum non omnibus; Herodoto forma ſua Μαιῆτις λίμνη, ut 1, 104.

4, 86. — femel, ni fallor, Μαιῶτις, quae inconftantia forte a librariis repeti debet, ut Μαιῶτις ex lib. 4, 45. adfert Procop. de B. Goth. 4, 6. Saepe etiam abfolute Μαιῶτις in Graecis et Latinis dicitur, quam rationem fequitur Nofter, vel etiam λίμνη, ex nexu fcilicet, ut in Strabone lib. 11. in. Scymno Chio fragm. v. 134. Cafus obliqui penultimam, quod fciam, habent impuram, praeter accufativum, qui facit Μαιώτιδα et Μαιῶτιν in iisdem etiam auctoribus, etfi pofterior forma eft frequentior. Sic Latini *Maeotim* dicunt, ut Plin. 10, 10. f. 8. et *Maeotida*, ut Mela 1, 3, 1. 2, 1, 1. Cf. quae de flexione utraque monuit Arntzen. ad Mamertini genethliac. Maximiano dictum cap. 16. An *Maeotis* in genitivo dicatur, ut in Plinio 4, 24. f. 12. 27, 1. in. disputatur; probat tamen Garaton. ad Cic. de leg. agrar. 2, 19. et contra Rullum 2, 19. Cf. ad Qu. Tufc. 5, 17. Porro a Graecis ufitate vocatur λίμνη, a Latinis *lacus*, etiam *Maeotius lacus*, (Plin. 6, 1. 15. f. 13.) paffim tamen etiam *palus*, ut a Noftro 1, 2. extr. a Plinio 2, 67. f. 66. *palus Maeotica*, ut et libri quidam habent apud Lucan. 2, 641. pro *Maeotia palus*. Cf. Pier. ad Virgil. Aen. 6, 799. Heinf. ad Georg. 3, 349. Levi variatione aliis dicitur *Maeoticum aequor*, (Avien. in ora v. 32.) *Maeotia aequora*, (Valer. Flacc. 4, 720.) *unda*, (Virgil. Georg. c. l.) *Maeotides undae*, (Lucan. 3, 277.) *Maeotides paludes*. (Orof. 1, 2.) A prifcis accolis defignatur, ut *Cimmeriae paludes*, (Claudian. in Eutrop. 1, 249.) *mare Bofporicum* f. *Cimmerium*, (Gellius 17, 8.) *Scythicae undae*, *paludes*. (Ovid. Epift. 6, 107. Trift. 3, 4, 49.) Scytharum nomen, tefte Plinio 6, 7. fuit *Temerinda*, de quo verbo cf. Ortel. in thefauro Geogr. h. v. tefte vero Tzetze Chil. 8, 773. Καρπαλοὺκ, quod matrem fignificat, de quo deinceps. Pofteriores Galatiam nominarunt, ut legitur in notit. Gr. epifcop. p. 348. Ven. *Tanais* excitat ex Evagrio 4, 22. Ortelius. *Maeotin* autem vocem effe multi volunt Graecae originis, unde etiam μητέρα τοῦ Πόντου vocant, ut Dionyf. v. 165. quia μαῖα fit τροφός.

Cf. Euſtath. ad Dionyſ. c. l. Weſſeling. ad Herodot. 4, 86. Schrader ad Avien. v. 245. Wernsdorf ad Priſcian. v. 155. Berkel. ad Stephan. p. 528. Nempe ex ea Pontum naſci aliqui putabant. Cf. Procop. de B. Goth. 4, 6. Agathemer. 2, 14. Quosdam a Scythis nomen derivaſſe tradit Euſtath. ad Dionyſ. v. 549. quod ad ſuperiora redire videtur. Certe a Maeotica gente dictum putat Scymnus in fragm. v. 126. et ex eo anonymus in periplo Ponti p. 4. Hudſ. idemque p. 2. a Maeotis Iaxamatis. Cf. et Plin. 4, 26. ſ. 12. Ipſam paludem non multo minorem putat Herodot. 4, 86. dimidio Scylax p. 30. Hudſ. Qui menſuram adſcribunt, plerumque 9000 ſtadia numerant, ut Strabo 2. p. 86. ſ. 125. 7. p. 215. ſ. 310. Arrian. in periplo pag. 20. Hudſ. Agathemer. 1, 3. quae efficiunt 1200 M. P. ut diſerte monet anonymus ille init. Plinius 4, 24. ſ. 12. ex aliis paullo plus minusve habet. Porro veterum quidam ſeptemtrionalis Oceani ſinum eſſe crediderunt, ut Caſpium mare, quod notant Plin. 2, 67. ſ. 66. Plutarch. in Alex. cap. 44. Procop. de B. Goth. 4, 6. Arrian. in periplo maris Erythraei extr. quem quidem errorem, ut alios, advexit aetas et expeditio Alexandri. Rectius plerique cum Ponto connectunt. Noſter 1, 1, 4. cum aliis interni maris finem facit, quo et reſpicere putant quidam Scythicam vocem *Temerinda*, quaſi maris terminus. Quod Polyb. 4, 40. una cum ipſo Ponto obpletum iri praedixit, tempus minime comprobavit. H. adpellatur *mar delle Zabacche, della Tana.* Alia populorum nomina dabit Dapper de l'archipel p. 519.

terras) Cum Aſiae, tum Europae. Iterum enim illic adproximant, ad Tanain coiturae. VADIANVS.

incurvo) Nusquam recto tractu, ut eſt Pontus in latere meridiano. I. GRONOVIVS *MS.*

aequali) Ut ita competat in eum ſimilis deſcriptio, quae attribuitur ſinui Perſico 3, 8, 2. *Prope Ponto,* non ut habeat plenam ſpeciem arcus Scythici, ſed ut etiam circa introitum habeat in utroque latere rectum marginem,

et in obverſa parte verſus ſeptemtrionem habeat omnia curvata. Neque id ulterius extendi debet, prout facit errans Voſſius, qui quaerit ſpeciem arcus Scythici, de quo hic nihil cogitari poteſt. I. GRONOVIVS *MS.* Vocem praecedentem *obductus* explicat Kappius in indice h. v. In anguſtum contractus, ut 3, 6, 4. *a tergore obductus.* *Ob* eſt circum, et ad Melae deſcriptionem valet; anguſtiae notio eſt in lacu. Cf. ad 3, 3, 1.

§. 17. *Maeotici)* Ita et cum Noſtro vocat Plin. 6, 7. in. Graecis ſunt Μαιῶται, ut Straboni 11. pag. 340. ſ. 493. Dionyſio v. 653. Stephano, Schol. Apollonii ad 3, 199. *Maeotae* ex Latinis habent etiam Priſcianus v. 644. Avien. v. 853. Ammianus 22, 8. ſua dialecto Herodotus 4, 123. Μαιῆται. Femina Μαιῶτις apud Polyaen. 8, 55. in. Gentem Scythicam maximam et numeroſam dicit Stephanus, bellicoſam Strabo c. l. et ex eo Euſtath. ad Dionyſ. v. 549. Regioni, quae Μαιῶτις nominatur ab Appiano in Mithrid. cap. 102. Mithridatico tempore praeerant multi reguli. Continentur autem eo nomine omnes, qui a Boſporo ad Tanain usque habitabant. (Strabo cum Mela.) In iis Ixamatas fuiſſe, aperte declarat anonymus in periplo p. 2. Hudſ. In aliis disſentiunt, aut certe variant, quia illi populi ſedes ſaepe mutarunt. Ab ipſo Strabone 11. p. 341. ſ. 495. Maeotis adnumerantur *Sindi*, *Dandarii*, *Toreatae*, *Agri*, *Arrichi*, *Tarpetes* (η), *Obidiaceni*, *Sittaceni*, *Doſci*, *Aſpungitani*, omiſſis aliis. Ex iis Toretae alii propius ad Pontum locant iuxta Cercetas, ut Dionyſ. v. 682. cum ſuis interpretibus. Antiquae illius ſedis veſtigia deprehenduntur in Τορετικὴ ἄκρα, uti pro Ταρετίκη apud Ptolem. 5, 9. legunt alii editores; recte quidem, quia ad Cerceticum ſinum ponitur. Ita Sindos Noſter ad confinium Maeotidis ponit, de quo vid. ad §. 14. Reliqui Strabonis populi praeter Arrechos et Dandarios obſcuri ſunt. Plinius, Melae ſectator, 6, 7. in. ad Tanain usque a Boſporo in Maeoticis recenſet *Valos*, *Serbos*, *Arrechos*, *Zinchos*, *Pſeſios*. Ptole-

maeus 5, 9. a Tanai inde ad flexum Maeotidis oſtendit *Iaxamatas*, ſub iis *Seracenos*, et verſus Coraces montes in illo tractu *Arichos*, *Zinchios* et *Conapſenos* et quosdam alios, praeteritis Dandariis. In *Arrechis* omnes conſentiunt, etſi in ſcriptura variant, de qua cf. notae criticae p. 637 ſqq. ubi et de proximis populis. Qui poſteà populi hic conſederint, docet Procop. de B. Goth. 4, 5.

oſtio) Nimirum maximo, et quod habet aquas magis affluentes, unde id unum ponit auctor, cum certe conſtet, Tanain 2 oſtiis in mare illabi. I. GRONOVIVS *MS.* Cf. poſt ad §. 18.

Ixamatae) De ſcriptura vid. not. crit. p. 640 ſqq. Maeotas facit anonymus in periplo p. 2. Hudſ. ex Scymno in fragm. v. 139. Situm ſatis Mela declaravit. Plinius 6, 7. hic Sarmatas ponit, pro quibus quidem Iaxamatas ſubſtituebat Hermolaus. At Plinii narrationem de Sarmatis ſ. Sauromatis confirmant etiam alii, ut Scymnus, anonymus c. c. l. l. qui iis ſubiungunt Maeotas Ixamatas. Cf. Scylax pag. 31. Hudſ. Dionyſ. v. 653. qui eis proximos addunt Sindones. Ita vero Sarmaticae genti tribuit Ixamatas.

merent) Sic Livius etiam 24, 18, 9. et de Orbilio Sueton. in inluſtr. Grammat. cap. 9. *equo, corniculo.* Similia alia ſubminiſtrabunt Lexica. Ceterum etiam Galactophagorum mulieres militaſſe narrat Nicolaus Damaſcenus de moribus Graecorum in. Cf. de mulieribus Scytharum Diodor. Sic. 2, 44. Sarmatarum Mela 3, 4, 3. Plura conlegit Bochart in Phaleg. 3, 15.

conficiunt) Sic dum loquitur, oſtendit, ſe alludere ad amphitheatrum Romanorum, ubi id verbum proprium erat de adverſariis devictis, ſive homines forent, ſive belluae, cum interficerent, ut ſaepe occurrit apud Suetonium. Itaque ſic tacite hic ſubponit fieri aliquid ſimile, quod fiebat in amphitheatro Romano, nempe inter retiarios et ſecutores, de quibus agit Lipſius Saturnal. 2, 8. niſi quod illi utebantur reti, hi laqueo. I. GRONOVIVS *MS.*

Eundem pugnandi morem habitumque Sagartiis, Perſico populo, tribuit Herodotus 7, 85. Auchatis Valer. Flacc. 6, 132. quae quidem iam Voſſius exempla hic adpoſuerat. Addo de Sauromatis, quos et huc referri poſſe ex ſuperiori nota intelligitur, Pauſan. 1, 21, 8. qui ob ferri penuriam his et ſimilibus armis eos uti monet. Ita vero vel laqueo vel reti adverſarium conficere docuerat olim Pittacus, etſi ab illo hic repetere vanum ſit. Vid. Menag. ad Diogen. Laert. 1, 74.

modus) Non aetate nubiles, ſed factis aeſtimant. SCHOTTVS. Non aeſtimatur annorum numero, ut fiebat a Iure conſultis Romanis. I. GRONOVIVS *MS.* Idem vero de Sauromatis, qui cum Amazonibus coaluerant, narrat Herodotus 4, 117. ut de Sarmatis, quos promiſcue dicunt, Mela 3, 4. f. Cum Herodoto et Mela conſentit Nicolaus Damaſcenus h. v. ita: *παρθένον οὐ πρότερον συνοικίζουσι πρὸς γάμον, πρὶν ἂν πολέμιον ἄνδρα κτείνῃ.* Numerum hoſtium adeo definit Hippocrates de aere cap. 42. *μέχρις ἂν,* inquit, *τῶν πολεμίων τρεῖς ἀποκτείνωσι.* Similia de aliis contulit Bochart in Phaleg. 3, 13. Cf. etiam Tacit. de Germ. cap. 18. et notata ad Melam 3, 4. f.

§. 18. *Tanais)* Gr. Τάναϊς. Olim, quod tradit Plutarchus ille de fl. h. v. nomen geſſit *Amazonius,* ab Amazonibus accolis vero ſimilius, quam quod alii iactarant, ab earum in illo lavacris. Aliud nomen a Scythis frequentatum fuit *Silis*, (Plin. 6, 7. Euſtath. ad Dionyſ. v. 14.) etſi illud proprie ad Iaxarten refert Plinius. Multi ſive ignorantia, ſive adulatione cum Alexandri militibus Caſpium mare Maeotida paludem dixerunt, et Iaxarten, qui in id elabitur, Tanain. (Cf. Strabo 11. p. 351. ſ. 510. Arrian. de exped. Alex. lib. 3. f. Plutarch. in Alex. cap. 45. f. Suidas ſ. v. Ἰαξάρτης, et quos nominat Schweighaeuſer. ad Polyb. 10, 48. in.) A vero Tanai diſerte alterum diſtinguit Arrian. c. l. De nominis cauſa conferri poſſunt Pſeudo-Plutarchus c. l. Euſtath. ad Dionyſ. v. 14. ex recentioribus Uphagen in parergis hiſtor. p. m. 21. et

quos memorat. De origine fluvii et fontibus variae exſtant veterum narrationes. Noſter illum deducit ex Rhipaeo monte, ut Plin. 4, 24. ſ. 12. Lucan. 3, 272. Procop. de B. Goth. 4, 6. Sidon. Apollinar. carm. 2, 243. Iornandes de rebus Geticis cap. 16. ex ſitus comparatione Ptolemaeus 3, 5. aliique. Sunt porro, qui ex Caucaſiis montibus edi ſcribant, ut Theophanes apud Strabonem 11. p. 340. ſ. 493. Dionyſ. v. 663. Priſcian. v. 653. (etſi libri quidam Rhipaeos montes praeferunt) Avien. v. 861. Ammian. 22, 8. Alii ex Araxe derivant, ut Ariſtotel. Meteorol. 1, 13. Orpheus Argon. v. 747 ſqq. Scymnus in fragm. v. 28. anonymus in periplo Ponti pag. 4. Hudſ. Nempe, quod tradit Ariſtoteles Meteorol. 1, 13. pars eſt Araxis, ex quo ſeiunctus in paludem perfluit, unde et Avien. v. 30. de Tanai dicit: *ſciſſus Araxeo prius aequore.* At hoc verum eſſe non poſſe, niſi Araxes de Rha fl. (Wolga) intelligatur, docuit Voſſius ad Melam 3, 5, 4. Tum vero de foſſa intelligi debet, quae flumen Rha cum Tanai committebat, a Scytharum ſervis facta et ab Herodoto memorata 4, 3. Cf. Bouhier in diſſert. Herod. c. 6. p. 191. et Wernsdorf. ad Avien. c. l. At falſo, opinor, Scytharum illa foſſa huc refertur, quippe quam ab altera, nempe occidua Maeotidis parte a Taurica Cherſoneſo fuiſſe ſatis clare adparet ex Herodoto 4, 20. eamque ipſam eſſe, quam poſt obrutam et in denſam ſilvam converſam eſſe narrat Conſtantin. Porphyrog. de adminiſtr. imperii cap. 42. et monet ad Herodot. 4, 3. Weſſeling. Neque hinc alteram foſſam deſignatam hodie inveni. Cf. Büſching. T. 1. P. 1. Geogr. p. m. 705. Alii denique ex vaſta palude arceſſunt, cuius terminus deſcribi nequeat, ut Herodot. 4, 57. cuius ſententiam reddunt Arrian. c. l. Euſtath. ad Dionyſ. v. 14. et Ephoro tribuunt Scymnus et anonymus c. c. l. l. Incognitos omnino eius fontes eſſe pronuntiat Strabo 11. pag. 539. ſ. 492. quia ipſa terra ultra Tanain ſit incognita; et ſic Agathemer. 1, 14. Marcianus pag. 55. Hudſ. Omnes tamen iſtarum regionum peritos a ſeptemtrione eum deducere,

contendit Strabo p. 73. ſ. 107. et inde aliorum opiniones refutat. Hodie res eſt comperta, adparetque, Herodotum omnium veriſſima retuliſſe. Prodit enim ex lacu magno, quem *Iuan* vocat Bayer in opuſc. pag. 85. ed. Klotz. ubi plura de hoc fluvio leguntur, Büſching c. l. *Iwan-Oſero;* Hermann (Schilderung von Ruſsland) pag. 138. *Iwanowskoe* in Tatariae minoris et Ruſſiae Magnae confinio. Antiquiora teſtimonia de lacu, veluti Aeneae Sylvii, adtulerat Stuckius ad Arriani peripl. Ponti p. 150. Quod de Caucaſo monte ſcribitur, ad Tanain minorem, (h. *Donetz*) qui in maiorem influit, pertinere putat Cluver. in Germ. ant. 1, 1. Hic enim oritur prope Belgorod urbem, Sarcel olim, ut quidam putant, etſi repugnante Büſchingio p. 874. c. l. Certe inde Tanain arceſſit Conſtantin. Porphyrog. de adminiſtr. imp. cap. 42. et, quod prope Belgorod cretati ſunt montes, non ſolum intelligitur, cur vocem Sarcel album hoſpitium explicet Conſtantinus, ſed Tanain *album* vocet Sidon. Apollin. c. l. niſi quis velit ad calcis colorem referre, quem trahit eius aqua. De montibus Rhipaeis vid. infra. Exit autem, ut tradunt ex multis Herodot. 4, 123. Dionyſ. v. 14. in Maeotida, duobus oſtiis, (Strabo 11. p. 340. ſ. 493.) tribus hodie fere obrutis. (Büſching p. 705. c. l.) Non enim audiendus eſt Seneca in Troad. v. 9. qui ſeptena iactat. Sed et hic quidam impediunt, qui Tanain in Pontum vel ſimpliciter, vel ex Maeotide erumpere ſcribunt, ut Tibull. 4, 1, 146. ubi pro Iſtro poſitum putat Voſſius ad anonymi periplum p. 80. Hudſ. Ovidius ex Ponto 4, 10, 55. conlatis antecedentibus et praeter poetas Arrian. in periplo Ponti p. 19. Hudſ. Nec expedit Voſſius, qui ad c. l. Tanain omnino Boſporum Cimmerium dictum eſſe docet. Magis huc valet, quod Procop. de B. Goth. 4, 4. narrat, alveum illum, qui a Maeotide in Pontum effluit, Tanain vocari. Hinc anonymus ille p. m. 4. bifidam tribuit Tanaidi aquam, quod exeat vel in Maeotida, vel in Boſporum.

Hunc vero alterum Tanain canalem arbitror, qui Corocondamen insulam facit, de qua supra. Maeotidis ostium *Burlic* vocat Constantin. c. l. In maximis autem Europae fluviis Tanais recensetur. (Scylax p. 30. Huds. Agathemer. 2, 10. —) Terminum Asiae et Europae in illo plerique statuunt, ut dictum est ad 1, 1. f. Scythiae tribuunt multi, ut Plutarchus ille c. l. Vibius Sequ. h. v. Servius ad Virgil. Georg. 4, 517. et hinc *Scythicum* vocat Lucan. 9, 413. Nempe per Scythiam et Sarmatiam fluebat, ut refert Dionys. v. 15. et quia Sarmatia saepe pars Scythiae fertur, latiori etiam id sensu fit, quod de Maeotide, de quo cf. Oberlin. ad Vibium Sequ. p. 279. H. *Don*, Tataris *Tuna* s. *Duna*.

deiectus) Apte sequentia, impetus notione subposita verbo. Praecipitem cursum illi tribuunt etiam alii, et Dionys. v. 664. adeo, *πηγαὶ*, inquit, *τῆλοθι μορμύρουσιν*.

iuxta) Pari modo, pariter. Sallust. Catil. [2, 8.] *eorum ego vitam mortemque iuxta aestumo.* VADIANVS. Imitari videtur Noster voluisse Livium 5, 6, 5. *iuxta hieme atque aestate bella gerere*, ubi *iuxta* ex praepositione degenerat in adverbium. I. GRONOVIVS *MS.* De hac dicendi forma cf. Corte ad Sallust. c. l. ubi et hunc Melae locum adposuit, Drakenb. ad Liv. 41, 6, 10. In ipsa autem re dissentiunt alii, et Dionys. v. 667 sqq. glaciem ex variis effectis vivide describit, etsi Hill pag. 246. de aquis ad ripas intelligi vult. Dionysium et hic reddunt Avien. v. 33. et Priscian. v. 655. Quod de brumali rigore praemittit Noster, confirmant alii prolixius. Vid. Herodot. 4, 28. Strabo 7. p. 212. s. 307. quorum etiam testimoniis usus est Eustath. ad Dionys. c. l. Notae sunt Ovidii querelae in epist. ex Ponto 4, 7, 7 sqq. Cf. etiam Macrobius Saturnal. 7, 12. et ibi Pontanus. Ceterum totum hunc locum, ut alia quaedam, parvo discrimine repetiit Iornandes de reb. Geth. c. 19.

Sauromatae) Asiatici, Latinis sec. Plin. 4, 25. s. 12. *Sarmatae.* Hinc utramque gentem Scythicam

vocat Stephanus, aliique, Graeci etiam, promiſcue Sauromatae dicunt et Sarmatae. Ptolemaeus 3, 5. et 5, 9. Sarmatiam in Europa habet et in Aſia. Sic Strabo ſupra Maeotin inde a plaga glaciali verſus auſtrum 1. p. 78. ſ. 114. ponit Sauromatas et Scythas, idem 11. p. 349. ſ. 507. Sarmatas et Scythas inter Tanain et Caſpium mare. Eodem contra modo Iazygas Sarmatas 7. p. 212. ſ. 306. inter Iſtrum et Boryſthenem, et lib. 11. c. l. Sauromatas ultra Pontum et Iſtrum. Sic Sarmatas memorat in Aſia hac ſede Scymnus fragm. v. 137. et ex eo anonymus in periplo p. 2. Hudſ. contra Sauromatas vocant ad Tanain Scylax p. 31. Hudſ. Dionyſ. v. 653. Priſcian. v. 645. Sarmatas Avien. v. 442. et 854. Sed ut pluribus exemplis parcam, ipſe Mela hic et 2, 1, 2. habet Sauromatas, cum alii commemorent Sarmatas, et mirum videtur, quod Sarmatas ponit Plin. 6, 5. in Caucaſi iugis et a vicinis Sauromatis diſtinguit. Veteres tamen fere Sarmatas trans ultraque Iſtrum ponere videntur. Sauromatas ad Tanain nominat Herodot. 4, 57. ut Scylax p. 31. Hudſ. cum hic Syrmatas in altera Europae ripa pag. 30. producat. Cf. etiam Stephanus h. v. Erant autem Sauromatae gens Scythica, de cuius origine et migratione ex Media, incrementis et ſedibus ad Tanain vid. Diodor. Sic. 2, 43. conl. Plinio 6, 7. et Bocharto in Phaleg 3, 14. f. unde et Sarmatarum et Scytharum ſaepe fit commiſtio. Sarmatiam Aſiaticam igitur extendunt a fontibus Tanaidis ad oſtia eius et Boſporum et hinc ad Caſpium mare et Scythiae fines. Cf. Ptolem. 5, 9. Agathemer. 2, 6.

§. 19. *haerentia)* Proxima. Ex mediterraneis innuit Tanain labi in regionem Scythicam; [cf. antea] ripas autem tam in Aſia, quam in Europa intelligit. I. GRONOVIVS *MS.* De Aſiaticis tantum Sauromatis intelligit Vadianus. Certe Europaeos lib. 2. cap. 1. in. deſignat.

gens) Loquitur more Romano, et inde vult hos populos cognoſci omnes Sauromatas, ſed qui dividantur in varias familias et plures nationes, ſicut Romani diſtinguebant gentem et populum, de qua diverſitate agit pater meus ad Liv. 5, 34, 5. I. GRONOVIVS *MS.* Nempe gens continet populos; et ſic alibi coniunguntur. Vid. Oudendorp. ad Lucan. 6, 443. et ad Apulei. Metam. lib. 4. p. 314. Graevius ad Cicer. pro Fonteio cap. 2. Heyne ad Virgil. Aen. 10, 202. Burmann. ad Ovid. Metam. 2, 215. Ita vero, ut hic Mela, Tacitus in Germ. cap. 43. *Lygiorum nomen in plures civitates diffuſum;* unde populi recenſentur.

Maeotidae) Sic et Vopiſcus in Tacito c. 13. et Aureliano c. 16. ubi Salmaſius explicat Μαιῶται, quos antiqui dixerint. Sed eos hic indicare Mela non poteſt, quippe qui iam praeceſſerint ad paludem, et quod curſus iam proceſſerit ad Tanaidis ripas, quare Voſſius hic explicat Maeotarum et Amazonum ſoboles, cum Maeotides ſint Amazones; *Amazonum connubia* apud Plin. 6, 7. Ceteri habent Sauromatas γυναικοκρατουμένους. De ipſa commiſtione Amazonum cum Sauromatis plura commemorat Herodot. 4, 110 ſqq. Cf. et Dionyſ. v. 655. et ibi Euſtathius, Priſcian. v. 645. Avien. v. 855. anonymus in periplo Ponti p. 2. Hudſ. ex Scymno in fragm. v. 143. Maeotis illos Sauromatas, uti cum aliis vocat, conterminos facit Scylax pag. 31. Hudſ. unde diverſos utrosque eſſe adparet. Idem vero pluribus verbis tradit Nicolaus Damaſcenus de moribus Gr. ſ. v. Σαυρομάται. Ad Thermodontem olim habitaſſe refert Diodor. Sic. 2, 45. in. quod, ut reliqua ibi narrata, Amazonas innuit earumque maritos, quibuscum egiſſe varia indicia declarant, et pluribus docuit Petit in libro traité des Amazones cap. 4. Talem etiam gentem in Libya ponit idem Diodor. 3, 53. cui et reliquos Amazonum mores tribuit, et de Agilaeis (ſ. Augilis apud Noſtrum) in Oriente Glycas Annal. P. 2. p. 111. Ven. *αἱ γυναῖκες αὐθεντοῦσι τῶν ἀνδρῶν, καὶ πορνεύουσιν, ὡς βούλονται.* Noſtras autem

Sauromatidas vocat Plato de legibus lib. 7. pag. 357. Bipont.

regna) Haec et memorat Iuftin. 2, 1, 3. Prope Maeotida et ultra cis Tanain in Afia confediffe Amazones, multi narrant. Cf. Nicol. Damafcen. f. v. Γαλακτοφάγοι praeter alios, quos fupra iam indicavi. Primam tamen et antiquam regni fedem ad Thermodonta ponit Diodor. 2, 45. ex qua finitimos populos ad Tanain usque bello adortae fubegerint. Cf. Petit cap. 10. c. l. De fedibus in Libya, Aethiopia (Schol. Apoll. Rhod. ad 2, 967.) — nolo hic quaerere.

Budini) Duxit ex Herodoto 4, 108. qui etiam urbem ligneam vocat Γελωνὸς, pro quo Stephanus in MSStis pofuit Γελωνοὶ, quod et ex eo refert Euftath. ad Dionyf. v. 310. etfi Herodotum adlegat Stephanus, qui etiam cum Euftathio nomen eius a Gelono, Herculis filio, ducit. Quod hanc urbem in Sarmatia Europaea conlocat Stephanus, Gelonos, Budinos in Europa recenfet Plin. 4, 26. f. 12. Nofter cum Herodoto in Afia, de eo dixi in notis criticis p. 647. plura defideranti in utramque partem fubminiftrabunt de Guignes et d'Anville in Memoires de litterature — de Paris Tom. 35. p. 543 fqq. et p. 584 fqq. quorum hic Poloniae prope Tyram admovet et hinc in Europa ponit, ut Plinius c. l. Ammian. 31, 2. Migrationem eorum innuit Herodot. 4, 108. eosque Graecae originis dicit, qui ex emporiis fuis expulfi inter Budinos egerint; tum promifcue a Graecis Budinos et Gelonos ferri, quare etiam Budinis Gelonon urbem tribuit Herodotus cum Noftro. Ipfi Budini (Herodoto Βουδῖνοι) gens Scythica laxius, ut in Sauromatis vidimus, dicuntur a Stephano, qui nomen a Graeca lingua parum probabiliter derivat. Quod in Ponticis gentibus referat Nofter, reprehendit Uphagen in parergis hiftor. p. m. 222. et eum merum Herodoti non fatis intellecti exfcriptorem vocat; de quo fupra monui. Ipfe p. 213. eosdem effe cenfet, quos Venedos f. Enetos,

nempe Balthicos, male cum Hadriaticis commiſtos. In Ptolemaeo 3, 5. certe memoratur Budinus mons, qui ſi gentis veſtigia exhibet, ad ſinum Venedicum utique progreſſi ſunt; et ſic Bayerus in opuſculis pag. 88. ed. Klotz. Budinos et Gelonos ad occidentem habitaſſe putat, ubi nunc Palatinatus eſt Chelmenſis et Brzeſtienſis in Polonia. Cf. etiam Mannert Geogr. T. 3. p. 6 ſqq. Ceterum de moribus eorum, in primis pediculorum comeſtione cf. Herodot. 4, 108 ſq.

Thyſſagetae) De nomine dictum eſt in not. crit. pag. 648. Herodotus 4, 22. de iis haec habet: ἔθνος πολλὸν καὶ ἴδιον· ζώουσι δὲ ἀπὸ θήρης. Habitarunt olim ſupra Budinos ad Boream ultra deſertum 7 dierum, de quo cf. Bayer in opuſc. p. 91. vel, quod magis expoſite declarat de Guignes p. 550. c. l. in utraque ripa fl. Rha (*Wolga*) verſus mare Caſpium, in planitie *Captchac*, quae permittitur ad fl. *Ibi;* et hinc porro, ubi h. lacus *Saiſſan Iurcae*, de quibus expoſui in notis criticis p. 649 ſq.

§. 20. *Arimphaeos)* De ſcriptura cf. not. crit. p. 651. De moribus eorum, ſi quidem ſunt Agrippaei, Herodot. 4, 23 ſq. plura, ex quibus haec Melam inluſtrant: πάντες φαλακροὶ ἐκ γενεῆς γενόμενοι — ζῶντες ἀπὸ δενδρέων — ὑπὸ δενδρέῳ ἕκαστος κατοίκηται — τούτους οὐδεὶς ἀδικέει ἀνθρώπων· ἱροὶ γὰρ λέγονται εἶναι — ὃς ἂν καταφεύγων καταφύγῃ ἐς τούτους, ὑπ' οὐδενὸς ἀδικέεται. Similia vel ex hoc, vel ex Noſtro repetunt Plin. 6, 14. ſ. 13. Solin. c. 21. ſ. 17. Martian. Capella lib. 6. p. 214. quae variationis notandae cauſa conſuli poſſunt, et inter ſe comparavit Salmaſius ad Solin. p. m. 148. *Iuſtos homines* vocat Ammian. 22, 8. et *placiditate cognitos.* Melam deſcripſit Boccatius de fluminibus ſ. v. Carambucis. Ita vero de Hyperboreis refert Solin. cap. 16. ſ. 21. *Domus ſunt nemora vel luci.* Iuxta Rhipaeos montes conlocat etiam Plinius; in Europa Ammianus, quod in his populis non eſt mirum.

nuda) Male Solinus c. l. caput eos tondere dicit, cum calvi nascantur, ut refert Herodotus c. l. quem melius reddiderunt Mela et Plinius. Ita et Myconios nasci tradit Plin. 11, 47. s. 37. etsi Strabo 10. p. 335. s. 487. tantum πάθος ἐπιχώριον vocat.

surgit) Usitate et apte de montibus. Cf. infra 2, 2, 10. Ovid. Metam. 1, 43. — Pro eo passim *adsurgere* legitur, ut apud Liv. 22, 4, 2. et alios, quos ibi producit Drakenborchius. Ad variationem ex Nostro faciunt *exsurgere, adtolli, in altitudinem abire*, de quibus cf. diss. de Mela cap. 7.

Rhipaeus) Usitate Graeci dicunt Ῥίπαια s. Ῥιπαῖα ὄρη. Stephanus simpliciter Ῥιπαία, ὄρος Ὑπερβορέων; alii sic ὄρη subintelligunt. Latinis sunt *Rhipaei montes*, quo numero et Mela utitur 3, 5, 1. rarissime, ut hic, singulari efferuntur. Ita tamen Lutatius ad Statii Theb. 1, 420. Ex variatione adpellantur *Rhipaea iuga*, (Plin. 4, 27. s. 13.) *iugum*, (Solin. c. 20. s. 15.) *arces*. (Virgil. Georg. 1, 240.) Secundum Athenaeum 6, 4. pag. 233. post dicti sunt Ὄλβια, ipsius aetate *Alpes*, quae tamen male misceri monet Casaubonus. Nomen a ῥίπτειν, ob impetum Boreae, ducit Servius ad Virgil. Georg. 3, 382. et certe Boream inde flare quidam dixerunt. Cf. Eustath. ad Dionys. v. 34. Alii a Tatarica voce *Rif-aet*, i. e. altus, ducunt, (vid. St. Croix ad Vibium p. m. 365.) alii ex Ostacorum, priscorum accolarum, lingua, in qua *Reep* est mons. (Schloezer in Allgem. Welt-Gesch. N. Zeiten T. 13. p. 112.) Altissimos esse montes cum Caucasiis scribit Agathemer. 2, 9. in. Situm varie constituunt. Plin. 6, 5. in. Caucasi iuga ad eos torqueri refert; Marcianus in periplo p. 56. Huds. inter Maeotida ponit et Sarmaticum Oceanum; Plutarch. in Camillo c. 15. in. versus Oceanum septemtrionalem; Mela 3, 5, 1. Plin. 4, 26. s. 12. Eustath. ad Dionys. v. 311. — ante Hyperboreos, et post Arimaspos Eustath. ad Dionys. v. 34. et Arimphaeos Ptolem. 6, 7. et hic Noster. Inde Hyperboreorum montem vocat Stephanus h. v. et propter

viciniam, etsi laxius (cf. Herodot. 4, 21 sq.) in Scythia ponunt Hesychius h. v. Vibius p. m. 32. Servius ad Virgil. Georg. 1, 240. Lutatius ad Stat. Theb. 1, 420. in Sarmatia Europaea Ptolem. 3, 5. et Marcian. c. l. qui Turunten fl. (*Dwina*) ex iis deducit, quidam etiam Tanain, de quo cf. Casaub. ad Strabon. p. 207. s. 299. Oberlin. ad Vibium p. 365. Gedoyn recherches sur les Hyperboreens in Memoires de litterature — de Paris Vol. 7. p. 118. Herodotus eorum nomen ignorat, etsi ipsos novisse videtur. Supra Argippaeos enim, qui sunt Melae et Plinii Arimphaei, commemorat montes inaccessos, quos nemo transcenderit. Strabo tamen 7. p. 204. s. 295. et Hyperboreos et hos montes locorum ignoratione fictos esse putat, cui adsentitur Vossius ad §. 18. cum in toto septemtrione montes non sint, qui insignem habeant excelsitatem, et sic nullos omnino in his regionibus esse montes, nisi ultra fl. Rha (Wolgam), adfirmat praeter alios etiam Bayerus in opusculis p. 86. et 82. Quidam cum Alpibus commiscuerunt, de quo ad 2, 4, 10. et Sudetes adeo montes prope Silesiam et Bohemiam intelligit Vaissette in notis ad hist. de Languedoc. T. 1. p. 594. Alii melius quidem omnino inde ab ostio et promontorio Obii porrigunt super Tataros Nogaios, sed quia sint cognati teste Mela 1, 19, 13. explodit Cluver. in Germ. ant. 1, 1. p. 11. qui de iis etiam disseruit in Ital. ant. 1, 22. pag. 226. Uralios montes saepe quidem intelligi posse concedit Uphagen in parerg. histor. p. 42. at propter situm Ponto borealem, ubi satis exstans iugum non reperiatur, fictos esse. Forte montes Herodoti in plerisque Rhipaei ex situ de Werchoturiis explicari possunt. Cf. Bayerus in opusc. p. 86. et quae adtulit Schloezer c. l.

20,

hia
ad
0.
l.
m
9.
es
is
fi
t

14405

Mela, Pomponius
De situ orbis libri tres; ed. Tzschucke.
Vol.3. Part 1.

LL
M517T

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED